


Kubitschek - Imperium Romanum - 1889

JOS. WILHELM KUBITSCHEK

IMPERIUM ROMANUM

TRIBUTIM DISCRIPTUM

PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY
BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

LIPSIAE
G. FREYTAG.

MDCCCLXXXIX.

Vindobonae, typis Adolphi Holzhauseni.

In imperii Romani tributim discripti forma depingenda iisdem fere consiliis utar, quae in libri mei ʻde Romanarum tribuum origine ac propagationeʼ cap. 3, §. 3 (p. 89—91) probare studui. itaque nunc satis habeo notas explicare quibus in titulis digerendis et aestimandis usurus sum:

α littera tituli indicabuntur in quibus una cum tribu patria enuntiata est; quod testium genus auctoritate praeter cetera insigne est.

β littera municipalium magistratuum nota erit.

γ littera privatos homines significabit.

δ littera milites et veterani notabuntur.

ε littera ad patronos civitatium et magistratus populi Romani pertinebit.

his litteris geminatis (α α, β β, γ γ, δ δ, ε ε) monebo civitatis ius et tribum ad imperatoris alicuius beneficium referenda esse vel referenda videri, ita ut tribus cum hominis condicione, non cum eius patria coniungatur.

$\cong$ = *nota inter duos titulos posita hos titulos eiusdem esse hominis significabo.*

$\sim$ = *nota inter duos titulos posita indicabitur hos titulos hominum cognatorum memoriam servare.*

compendiis autem scripturae his potissimum utar:

Br. = *Corpus inscriptionum Rhenanarum, ed. W. Brambach, Elberfeldae 1867.*

C = *Corpus inscriptionum Latinarum, Berolini, a. 1863 sqq.*

CG = *Corpus inscriptionum Graecarum, Berolini 1825—1877.*

CIA = *Corpus inscriptionum Atticarum, Berolini, a. 1873 sqq.*

EE = *Ephemeris epigraphica, C. I. L. suppl., Berolini, a. 1872 sqq.*

GN = *Galliae Narbonensis historia, quam scripsit W. Herzog, Lipsiae 1864.*

HME = *Heiss, Monnaies antiques de l'Espagne, Parisiis 1870.*

H = *Henzeni supplementum syllogae Orellianae, Turici 1856.*

IN = *Inscriptiones regni Neapolitani Latinae, ed. Th. Mommsen, Lipsiae 1852.*

KT = *ʻDe Romanarum tribuum origine ac propagationeʼ, diss. W. Kubitschek, Vindobonae 1882.*

LW = *Voyage archéologique dans la Grèce et l'Asie mineure, ed. Le Bas et Waddington, tom. 3, Parisiis 1870 sqq.*

MIH = *Inscriptiones confoederationis Helveticae Latinae, ed. Th. Mommsen, Turici 1854.*

Or. = *Orellii inscriptionum Latinarum selectarum collectio, Turici 1828.*

Indicem oppidorum imperii Romani tributim discripti ita typis describendum curabo, ut in singulis capitibus versu primo civitatis nomini tribum adponam, in qua eam censitam esse intellectum est, si quidem de ea re iam nobis constat, versu autem secundo summatim enarrem, quae nobis de civitatis forma usque ad id tempus, quo in ius Quiritium inierit, innotuerunt; minoribus litteris sequentur expressi tribus ad oppidum de quo agitur pertinentis testes; agmen claudent aliarum tribuum forte aut errore cum illo oppido coniunctarum tituli, minimis litteris conscripti, de agris singularum civitatium quatenus patuerint, ut chartae parcam, disserere nolo, si quidem in corporis inscriptionum Latinarum Berolinensis voluminibus de ea re iam actum est; quod si adhuc non factum est aut ita, ut dubitem num recte factum sit, rem explicabo, quatenus non a re alienum videbitur.

E titulis ipsis, ut brevitati consulam, ea sola verba depromam, quae ad tribulium nomina et condiciones definiendum ex usu videbuntur, reliqua lineolis duabus vel tribus (- -) indicabo; **cet.** *compendium ad tribulium magistratus, munera, honores aliaque pertinebit, quae in re praesenti citare supervacaneum videbitur.*

Quae de Augustorum consiliis in tribuum propagatione ad novos cives quaeque de tribulium generibus scripsi, aliis commentariis iam sum editurus. supplementa huius libri ut addere possim ubi mihi ex re videatur cum redemptore pepigi. Restat ut gratias agam Ottoni Hirschfeld et Eugenio Bormann, qui schedas quas ad Corporis inscriptionum Latinarum volumina XI et XII perscribenda comparaverant foliaque typis descripta mecum communicaverunt meaque legerunt et emendarunt mihique petenti summa cum liberalitate opitulati sunt. ceterum officiis et beneficiis me obstrinxerunt etiam Dessau, qui folia pleraque sylloges suae inscriptionum ex Latio collectarum (CIL XIV) mihi dedit, et Schmidt, qui Ephemeridis epigraphicae fasciculum recens editum (VII 1, 2) antequam ederetur ad me petentem misit, et Keune, quem ut Umbricarum rerum peritissimum saepius de oppidis Italiae regionis sextae consului.

ITALIA.

In Italiae forma depingenda, quomodo tributim discripta fuerit, civitatum illis indicibus utar quos ab divo Augusto profectos Plinius in tertio naturalis historiae libro memoriae mandavit. quibus ut utar animum impellit quod nulla praeter hanc plenissima Italiae municipiorum et coloniarum enumeratio nobis innotuit et quod Augustus ni fallor oppidorum quae rem p. suam haberent conspectum iustum et expletum edidit, oppidorum vicorumque quae non sui iuris essent nullam mentionem iniecit.[1]) at oppidum unum alterumve Romana civitate et tribu ornatum ante Augusti saeculum periisse aut alii rei p. attributum esse potest. audio; sed qui ideo credat eum qui Augusti discriptionem solam et totam sequatur rem tribuariam Italiae satis explicare non posse, tribuum testimonia ex aetate rei p. liberae cum perquam rara ad nostram aetatem manavisse tum ad civitatem aliquam, quae ante Augustum imperatorem evanuerit et interierit, certo iudicio referri non posse neglegat. Augustus Italiam cunctam in undecim regiones divisit, non, quod vv. dd. quidam coniecerunt, ne dinumeratio oppidorum, quam in commentariis suis protulit, parum dilucida esset,[2]) sed rei p. ex nescio qua parte gerundae causa.[3]) regionum autem fines ita designavit et terminavit, ut populorum priscorum consanguinitates respiceret; quod quidem Italiam tributim discribenti prodest, cum saepius singulis gentium confiniis singulae tribus contineantur; attamen ubi populi alicuius ager finibus regionum Augustearum, quales ex Plinio compertas habemus, dirimitur, ut agri partes in unum restituantur, Plinium ut neglegam non commoveor;[4]) dux enim illo neglecto ubi nobis aderit?

---

[1]) cf. Beloch, Ital. Bund (1880), p. 1 sqq.; Bormann, Bemerkungen z. schr. Nachl. d. K. Augustus (1884), p. 39; Oehmichen, Plin. Studien (1880), p. 57; Mommsen, Ital. Bürgercolonien (Hermes 18, 1883, 205 sq.) oppida tam sui iuris quam aliis attributa civitatibus ab Augusto promiscue in commentarios relata esse contendit.

[2]) Heisterbergk, Ueber Namen und Begriff des Ius Italicum (1885), p. 68.

[3]) T. Vespasianus imperator eiusque filius tabulas censorias Augusti regiones secuti conscripserunt; cf. quae Plinius, nat. hist. 7, 162—164 et Phlegon, fragm. 29 Müller de longaevis *regionis octavae* ex illis tabulis memoriae prodiderunt.

[4]) in Interamna Praetuttianorum et in Tiburte et in aliis oppidis.

Quibusnam rationibus populus Romanus Italiae oppida in tribus recipienda curaverit, in libro meo 'de tribuum origine ac propagatione' (Vindobonae 1882) fusius demonstrare studui. ex quibus capita repetere, unam quaestionem redintegrare mihi liceat. Servium Tullium regem exposui urbem in Collinam Esquilinam Palatinam Succusanam tribus, agrum vero in alias nescio quot regiones divisisse, quae ex gentium patriciarum pagis nomina caperent. anno iam 259 = 495 xxi tribus fuisse inter auctores constare. plus centum annis post (a. 365 = 389) civium numero aucto quattuor tribus additas esse, Arnensem Sabatinam Stellatinam Tromentinam; alios novos cives a. 396 = 358 in Pobliliam et Pomptinam, a. 422 = 332 in Maeciam et Scaptiam, a. 436 = 318 in Falernam et Oufentinam, a. 455 = 299 in Aniensem et Teretinam, a. 513 = 241 in Quirinam et Velinam iniisse. ante a. 513 = 241, quo anno tribuariam rem cum re p. administranda arte coniunctam esse scimus, quae civitates ad suffragium veteresque tribus accederent, proximae cuique tribui attributas esse, colonias autem nondum in tribubus fuisse videri. post annum modo dictum ad bellum Italicum usque, cum novae tribus institui nullo modo possent, colonias et oppida civium Romanorum per minorem tribuum numerum diffusa esse. bello Marsico confecto Italicos, qui cum Romanis arma contulissent, in octo tribus coniectos esse, eos autem qui a Romanorum partibus stetissent in alias et longe plures esse relatos videri. Gallos denique transpadanos Caesare auctore et in Fabiam, in qua Iulia gens esset, et in eas tribus venisse, quae quadraginta annis ante coloniis Latinis et sociis fidelibus concessae essent. — quae omnia fere recte mihi videor enarravisse; unam autem rem multo accuratius, quam ante hos quinque annos mihi contigerit, me nunc aperire posse cum sperem, dico consilia Romanorum in tribuum numero civitatibus Latini iuris sociisque Italicis post bellum Marsicum compositum concedendo, hanc quaestionem ex parte iam renovabo.

Atque id primum tenendum est novos cives non in omnes xxxv tribus distributos esse. Romanis enim, cum viribus virisque absumptis ius Quiritium sociis concederent, quod integri dare noluerant, iniustum visum esse puto omnes xxxv tribus illis aperiri. nam usque ad id tempus vetustiorum tribuum maior pars angustis finibus agrorum prope Romam urbem sitorum comprehensa fuit; ceteris tribubus coloniae et oppida civium Romanorum attributa erant. quodsi Italicis tribus omnes darentur, metus erat, ne vis et auctoritas civium, qui agros suburbanos tenebant, priscarum praesertim illa Romanarum gentium suboles nobilis, quique quamquam pauci suas tribus expleverunt, novorum civium affluenti copia comminuerentur vel conciderent. nonne enim, ut hoc uno utar exemplo, in Sergia id postea effectum est, ut omnis vis esset apud novos cives? tribum Sergiam P. Vatinium perdidisse ait Cicero,[5]) utpote Sabinorum Marsorum Paelignorum, suorum tribulium, iudicio notatum; iam igitur qui antiqui Sergiae territorii agros colebant

[5]) coll. schol. Bob., p. 323, 28 Orelli.

tribules in comitiis tributis nihil valebant.[6]) anno 639/640 = 115/114 a L. Caecilio Metello et Cn. Domitio Ahenobarbo 394336 civium Romanorum capita censa sunt, anno 684/685 = 70/69 post tantas atrocium et nefandorum bellorum caedes a Cn. Cornelio Lentulò et L. Gellio Poplicola 910000 capita in tabulas censorias relata sunt:[7]) itaque civium numerus plus quam geminatus erat, ita ut cives novi, si in omnes tribus pervenissent, omnes res in comitiis tributis decertare atque facile civibus veteribus Romaeque urbi, quorum odiis flagrabant, detrimenta et turpitudines infligere potuissent.[8]) quae iniuriae ut praecaverentur optimatibus summae curae erat.

At P. Sulpicius Rufus, trib. pl. a. 666 = 88, ut libertini et novi cives in omnes tribus reciperentur, legem promulgavit et pertulit; sed eo ipso anno haec lex post Sulpici caedem rescissa est. eadem a L. Cornelio Cinna, cos. a. 667 = 87, rogata sunt; sed quominus a populo sciscerentur, alter consul Cn. Octavius prohibuit; quin etiam Cinnae consulatus abrogatus civitasque erepta est, atque ipse et qui popularium rebus nimio ardore studere videbantur, ex Urbe exturbati sunt. postquam reversus rerumque iterum potitus est, Cinna legem non iteravit neque, qui popularium studiis in tanto honorum fastigio collocatus fuerit, saluti suarum partium civitatisque quicquam consuluit: qui homo in populari ratione floruerat, iam ipse dominatione misera omnes cives premebat. illo caeso Cn. Papirius Carbo et de novorum civium et de libertinorum suffragiis ad populum tulit (a. 670 = 84). Cinnae et Carbonis leges auctoribus interfectis a L. Sulla refixas esse consentaneum est. quae Sulla ipse, cum rem publicam dictatoria potestate regiaque libidine regeret, de Italicarum civitatium iure et suffragiis constituerit, fere ignoramus. hoc autem facile concedes hunc virum non eum fuisse, qui parti et rationi novorum civium faveret, quibuscum ipse iterum atque iterum armis decertaverat; illud quoque constat eius leges de civitate municipiis quibusdam adimenda tamdiu valuisse quamdiu illa Sullani temporis arma valerent, postea ratas habitas non esse. quo factum est, ut ne Sullanae quidem leges quicquam in suffragiis civium novorum immutarent. neque annis proximis, quod scimus, nova ulla de iis lex lata est, rataque valuerunt ea quae leges anno 666 = 88 ulteriores, Iuliam dico atque Plautiam Papiriam,[9])

---

[6]) alia v. KT, p. 74 sq.; p. 70, not. 249.

[7]) a. 639/640: Livi epit. 68; a. 684/685: Livi epit. 98, Phlegon, fragm. apud Photium, bibl. cod. 97, p. 83b; cf. Beloch, Bevölkerung der griechisch-römischen Welt, p. 348. 351 sq.

[8]) Velleius 2, 20, 2: '*ne potentia eorum* (cives novos dicit) *et multitudo veterum civium dignitatem frangeret plusque possent recepti in beneficium quam auctores beneficii*'. Appianus b. c. 1, 49: ἵνα μὴ τῶν ἀρχαίων (οἱ νεοπολῖται) πλέονες ὄντες ἐν ταῖς χειροτονίαις ἐπικρατοῖεν idemque fere 1, 53.

[9]) legem Calpurniam, quae non multum temporis valuisse videtur, omitto; duae enim illae tribus, quas L. Calpurnium Pisonem ex senatus consulto instituisse a Sisenna (lib. 3, fragm. 17, Peter = Nonius p. 484 s. v. *senati vel senatuis*) tradi viri docti putant, aut non factae sunt aut perbrevi abolitae sunt. alia quaedam tradit de Calpurnia lege Sisenna 4, 120 (cf. 4, 119).

iusserant. iam vero nobis est anquirendum, quae ista fuerint, quae his legibus sancita sunt.

Italiae Pado amne citerioris tributim discriptae forma ut non ita nobis innotuit, ut de tribuum in oppidis frequentia satis certum iudicium fieri posse videatur, sic de civitatium singularum condicionibus, quae fuerint ante bellum Marsicum, parum edocti sumus parumque cognita sunt, quae res per bellum ipsum gestae sint. quae quamquam ita se habent, tamen nonnullas tribus rusticas (in urbanis enim non est quod ad nos nunc pertineat) novis ex Italia civibus post bellum sociale finitum praeclusas esse prope intellegimus, Camiliam Romuliam alias. in ceteras socii ingressi sunt agmine ut ita dicam conferto, atque maxime conferto ii qui acrius contra Romanos pugnaverant. qua re cognita adductus sum, ut socios qui defecissent in octo tribus (Arnensem Clustuminam Fabiam Falernam Galeriam Pomptinam Sergiam Voltiniam), socios qui in fide et officio mansissent in alias plus minus quindecim tribus distributos conicerem;[10]) sed restabant pauca, quae ita explicari non possent, Menenia in Campanis quibusdam, Horatia in Venusinis, Fabia in Albensibus Fucentibus et in Lucensibus, aliaque.[11]) attamen rei tribuariae legum annis 664 = 90 et 665 = 89 iussarum cognoscendae totum hoc consilium et rationem prorsus immutanda esse nequaquam censeo: sed pauca aliter proferenda puto.

Scriptorum veterum, qui de re tribuaria legum Iuliae et Plautiae Papiriae de civitate sociis danda aliquid memoriae tradiderunt, duo nobis adsunt, Velleius et Appianus. sed eam rem in diversum trahere videntur; hic enim in decem vel quindecim tribus, sive novae fuerunt (Weiland) sive veteres (Mérimée), socios receptos esse dicit, ille in octo tribus distributos narrat. sed in hac re nimis intricata et contorta, in qua quisque eius qui antea scripserat sententiam reprobavit, mihi ne longus fiam liceat omittere quae priores exposuerunt.

Ac quidem initium sumo ab Appiano, qui ad annum illum (664 = 90), quo Ἰταλιωτῶν . . . τοὺς ἔτι ἐν τῇ συμμαχίᾳ παραμένοντας ἐψηφίσαντο (οἱ Ῥωμαῖοι) εἶναι πολίτας, οὗ δὴ μάλιστα μόνου πάντες ἐπεθύμουν. καὶ τάδε ἐς Τυρρηνοὺς περιέπεμπον, οἱ δὲ ἄσμενοι τῆς πολιτείας μετελάμβανον. καὶ τῇδε τῇ χάριτι ἡ βουλὴ τοὺς μὲν εὔνους εὐνουστέρους ἐποίησεν, τοὺς δὲ ἐνδοιάζοντας ἐβεβαιώσατο, τοὺς δὲ πολεμοῦντας ἐλπίδι τινὶ τῶν ὁμοίων πρᾳοτέρους ἐποίησε,[12]) haec de tribubus enarrat (l. c. 1, 49): Ῥωμαῖοι μὲν δὴ τούσδε τοὺς νεοπολίτας οὐκ ἐς τὰς πέντε καὶ τριάκοντα φυλὰς αἳ τότε ἦσαν αὐτοῖς κατέλεξαν, ἵνα μὴ τῶν ἀρχαίων πλέονες ὄντες ἐν ταῖς χειροτονίαις ἐπικρατοῖεν· ἀλλὰ δέκα πέντε[13]) ἀπέφηναν ἑτέρας, ἐν αἷς ἐχειροτόνουν ἔσχατοι. καὶ πολλάκις αὐτῶν ἡ

[10]) KT, p. 65 sqq. de sociorum infidelium suffragiis idem iudicium tulit Beloch, Der ital. Bund, p. 40 sqq.

[11]) KT, p. 69. 71 sq. 74.

[12]) nempe lege Julia.

[13]) δεκατεύοντες quod traditur Musgrave Mommsen alii recte reiecisse mihi videntur. numerum aliquem in ista corruptela subesse apparet. quod Musgrave proposuit, δέκα, non est quomodo nobis probetur sive ex scripturae in codicibus vestigiis sive ex tributim Italiae

ψῆφος ἀχρεῖος ἦν ἅτε τῶν πέντε καὶ τριάκοντα προτέρων τε καλουμένων καὶ οὐσῶν ὑπὲρ ἥμισυ. ὅπερ ἢ λαθὸν αὐτίκα ἢ καὶ ὣς αὐτὸ ἀγαπησάντων τῶν Ἰταλιωτῶν, ὕστερον ἐπιγνωσθὲν ἑτέρας στάσεως ἦρξεν. ut mittam has coniecturas (ὅπερ κτλ.) omnium Graecorum qui ad Romanas res explicandas accesserunt facile levissimi hominis, eum in Latino quodam auctore, T. Livio potissimum, cui se tradiderat, [14]) legisse puto cives novos lege Iulia in quindecim tribus redactos esse; itaque aut aliquamdiu cives novos fugere potuisse (λαθόν), cum earum tribuum laterculum nondum cognovissent, sibi hac lege parum in re publica administranda auctoritatis concessum esse, aut his eos suffragiis contentos fuisse (αὐτὸ ἀγαπησάντων), quoniam reliqua oppida c. R., quae non prope Romam sita essent, in iisdem fere tribubus suffragia ferrent: nisi potius haec omnia Appianus ipse, quid cives novi tunc sensissent, commentus addidit. sed quod novas dicit illas quindecim tribus, mero errore [15]) factum est; nullas enim novas tribus post numerum a. 513 = 241 expletum additas esse satis constat.

Quid autem de Velleio statuemus? num ipse auctor quamquam non subinde locuples tamen sollers et ingenuus falsus vel ementitus est, quod ad a. 667 = 87 haec rettulit (hist. 2, 20, 2): '*cum ita civitas Italiae* [16])

---

discriptae laterculis eis quae nobis servata sunt. δέκα πέντε, quod Bekker suspicatus est quam maxime potest ad traditae scripturae vestigia accedit, quamquam verbis quodammodo offendimur; Mendelssohn enim Appiano πεντεκαίδεκα scribere ex usu fuisse contendit. quae utcumque sunt, his litteris (δεκατεύοντες) tribuum illarum numerum, quae civibus novis e lege Iulia concessae sunt, subesse censeo.

[14]) cf. Klebs, De scriptoribus aetatis Sullanae, p. 20, 57.

[15]) eiusdem fere erroris Appianus alio quoque loco auctor est; ad a. 666 = 88 haec enarrat (1, 53): καὶ τάδε μὲν ἦν περὶ τὴν Ἰταλίαν ἀμφὶ τὸν συμμαχικὸν πόλεμον, ἀκμάσαντα δὴ μάλιστα μέχρι τῶνδε ἕως Ἰταλία πᾶσα (lege Plautia Papiria) προσεχώρησεν ἐς τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν, χωρίς γε Λευκανῶν καὶ Σαυνιτῶν τότε. — ἐς δὲ τὰς φυλὰς (in cod. Aug. ἐς δε τά φυλας exaratum est, ἐς δὲ τὰς νεωτέρας φ. Musgrave coniecit, Schweighaeuser vero — tom. 3, p. 706 — ἐς δὲ δέκα φυλάς — uterque credo parum feliciter) ὅμοια (= simili modo, sc. ἐν αἷς ἐχειροτόνουν ἔσχατοι, cf. 1, 49) τοῖς προτυχοῦσιν ἕκαστοι (num = *ex gentibus?*) κατελέγοντο, τοῦ μὴ τοῖς ἀρχαίοις ἀναμεμιγμένοι ἐπικρατεῖν ἐν ταῖς χειροτονίαις, πλέονες ὄντες, et ad a. 667 = 87 (1, 64): οἱ δὲ τῶν φυγάδων φίλοι - - τοὺς νεοπολίτας ἠρέθιζον ἐς τὸ ἐνθύμημα τοῦ Μαρίου, ταῖς φυλαῖς ἀξιοῦν ἀναμιχθῆναι, ἵνα μὴ τελευταῖοι ψηφιζόμενοι πάντων ὦσιν ἄκυροι. — quam parvam curam in opere suo concinnando Appianus adhibuerit, optime ex iis evincitur quae de Samnitibus et Lucanis (1, 53) tradit: δοκοῦσι . . . μοὶ καὶ οἵδε τυχεῖν ὧν ἔχρῃζον ὕστερον. tantaene molis erat compertum habere, num illae gentes civitatem, quam armis sibi comparare studuissent, consecutae sint necne? sed strenuum auctorem, qui de omnibus οἴεται et ἡγεῖται, cui semper δοκεῖ, qui Socraticum illud omnia nesciendi ubivis exercet, laboris pertaesum est (cf. etiam E. Klebs, De scriptoribus aetatis Sullanae, Berol. 1876, et Em. Hannak, Appianus und seine Quellen, Vindob. 1869, p. 29—40). Mérimée contra (Guerre sociale p. 178) laudavit la version d'Appien, . . . parceque les détails, dans lesquels il entre, prouvent, qu'il avait étudié la question (!)

[16]) ceterum quaeso ne te fugiat Velleium *Italiae* civitatem datam esse dicere. quam Italiam viri docti eam dici putant, quae cis Rubiconem — melius de Pado cogitavissent, cf. KT, p. 75 sq. — sita erat. non recte id faciunt ex mea quidem opinione. vide enim ne sit potius Italia quae rebellaverat, cuius numis *Italia* sive *Vitelio* (Friedländer, Osk. Münzen, Lips. 1859, n. 14 sqq.; Eckhel, doctr. n. v. 1, 106 sq.; Mommsen, C 1, n. 418. 419)

data esset, ut in octo tribus contribuerentur novi cives - -, Cinna in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est'? idem iam anno superiore (a. 666 = 88) Sulpicium, ut cives novi et libertini sibi faverent, egisse scimus. quare quae Velleius de octo tribubus dicit ante Sulpiciam legem constituta esse oportet, sed post legem Iuliam, ex qua Appiano teste quindecim[17]) tribus novis civibus concessae erant: lege Plautia Papiria ergo eis sociis, qui non lege Iulia in civitatem et tribus recepti essent, ius Quiritium et octo tribus concessas esse censeo. sed cum sibi inde parum auctoritatis in comitiis futurum esse intellexissent bello non desistere quam togam sumere maluerunt.[18])

Equidem igitur censeo civibus novis[19]) lege Iulia quindecim[17]) tribus, quae est minor pars tribuum rusticarum, concessas esse; reliquarum dimidiam partem, quae sunt octo tribus, lege Plautia Papiria datam esse et quae supererant octo tribus Italicis praeclusas mansisse. quocum optime convenire videtur, quod socios qui contra Romanos pugnaverunt, postquam ad civitatem pervenerunt, in aliis tribubus suffragia tulisse titulis comparatis scimus atque socios, qui e Romanorum partibus steterant; fierique potuit, ut oppidum aliquod, quod in officio manserat donec ab Italicis vi expugnatum est ideoque lege Iulia non in civitatem recipi potuerat, in unam ex octo illis sociorum infidelium tribus iniret, id quod in Alba Fucente, ut hoc utar exemplo, factum est, vel ut quamquam contra Romanos pugnaverat quoniam ante legem Iuliam vel cum illa sanciebatur pacatum erat in quindecim fidelium sociorum perveniret. iamque in tanta penuria testimoniorum hoc loco rem relinquere malo quam testium non satis probata fide efficere consensum speciosum.

Hoc unum restat, ut moneam tribus singulas cum civitatibus singulis Iulia et Plautia Papiria legibus coniunctas esse, neque censorum fuisse tribuum et oppidorum laterculos miscere; populi enim aetate reipublicae liberae semper habebatur tribus aut instituere aut novis oppidis aperire.[20])

---

inscriptum est, cuius Corfinium caput *Italica* vocabatur, cuius duces (2, 16, 1) et milites (2, 21, 1) *Italicos* dicit Velleius (nam de ceteris auctoribus, qui socios Romanorum infideles *Italicos* sive Graece Ἰταλιώτας dicunt, hoc loco non est quaestio).

[17]) si quidem recte δέκα πέντε l. c. ab Appiano scriptum esse putamus.

[18]) aliam causam pugnarum a Drumannio quoque probatam (Röm. Gesch. 2, 584) Cassius Dio, frg. 102, 7 Dind. profert, sed in qua non acquiesces: τήν τε γὰρ πολιτείαν ἠξίουν οὐχ ἑαυτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ηὐτομοληκόσι πρὸς σφᾶς δοθῆναι, καὶ οὔτε τι τῆς λείας ἣν εἶχον ἀποδοῦναι ἤθελον, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τούς τε αὐτομόλους σφῶν πάντας ἀπῄτουν.

[19]) universum Latium tunc in civitatem receptum esse videtur, cf. Gellium, noct. Attic. 4, 4, 3: '*hoc ius sponsaliorum observatum dicit Servius* (Ser. Sulpicius Rufus, iuris consultus ille notus, cós. 703 = 51, mortuus a. 711 = 43) *ad id tempus, quo civitas universo Latio lege Iulia data est*'. ideo oppida Latii proprie dicti sive contra Romanos sive contra Italicos pugnaverant non in octo tribus illas pervenisse videntur.

[20]) Livius 38, 36; Herzog, Röm. Staatsverfassung 1, 973 sq.

Roma.

Auctores antiqui, quamquam de agro Romano dissentiunt, urbem quadrifariam divisam eisque partibus tribus Palatinam Esquilinam Collinam Succusanam comprehensas fuisse uno ore consentiunt. quam ob causam has tribus dictas esse *urbanas* consentaneum est. in titulis autem hominum Roma oriundorum, quamquam pauci in Palatina se esse dicunt

α C 6, 12773 (Romae) '- - *T. Attius T. f. Pal. Quintinus Roma* - -'. 8, 2535 (Lambaesi, a. 144) '- - *P. Timinius P. f. Pal[at.] Tertullus Roma, pp. leg. III Aug*'. 2623 (ibd.) ≌ EE 5, 761 (ibd.) '- - *Ti Memmius T. f. Palatina Ulpianus Roma, praef. coh. II c(ivium) R(omanorum) eq(uitatae) p(iae) f(idelis), trib. mil. leg. III Aug(ustae)* - -'. C 8, 9359 (prope Caesaream) '- - *M. Popilius Palat. Nepos, praef. alae geminae Sebastene, domo Roma*'. etiam in C 7, 377 (Uxelloduni) '- - *coh. [I Hisp.] eq(uitata) c(ui) p(raeest) Pub(lius) Corn[elius]* PVP · FIL GAIVS . . *[p]raef. [eq.] p(atria)* ROMAN · - -' '*Pu[b(lii)] fil(ius) [P]a[l(atina)]* . . . *Roman(us)*' Hübner subesse coniecit, cf. ad l. c. et add., p. 308, sed non probavit. addi forsitan oporteat C 6, 1632.

aut in Esquilina

α C 6, 10097 (R.) '- - *Ti. Claudius Esquilina Aug(usti) [l(ibertus)] Tiberinus* - -; *Roma mihi patria est, media de plebe parentes* - -',

tamen longe plurimi in tribubus rusticis censi sunt vel potius, ut taceam de Claudia

α Bull. dell' istituto 1871, p. 98—115 (R.) '- - *Q. Sulpicio Q. f. Cla. Maximo, domo Roma* - -',

et de Quirina,

α C 2, 2600 (in Gallaecia) '- - *Tib. Iulius Tib. fil. Quir. Quadratus, domo Roma, praef. equit. al(ae) II Fl. Hisp. c. R.* . . .' 3423 = EE 3, 35 (Caravacae) '*L. Aemil(ius) M. f. M. nep. Quirina Rectus, domo Roma, qui et Karth(aginiensis) et Sicelitanus et Assotanus et Lacedaemonius et Bastetanus et Argius, scriba quaestorius, scriba aedilicius, donatus equo publ. ab imp. Caesare Traiano Hadriano Aug., aedilis coloniae Karthagi(nis), patronus rei publicae Assotanor(um) testamento suo rei pub. Assotan. fieri iussit epulo annuo adiecto*' ≌ 2, 3424.

in Fabia tribu (de qua egi KT, p. 125 sq.)

α C 2, 4322 (Tarracone) '*Tib. Iulius Tib. f. Fa[bi]a Maternus, domo Roma* - -'. 3, 435 (Ephesi) '*L. Pompeio L. filio Fabia Marcellino Roma* - -.' 3646 (Cirpi) '- - *A. Plautius Fab. Bassianus Roma, praef.*' diplom. 9 (a. 74) testis quartus '*Sex. Iuli C. f. Fab. Italici Rom(a)*'. 6, 14 (R.) '- - (. .) *Mustius T. f. Fab. Olympus Roma, miles coh. XI urb. 7 Vituli*'. 220 (vigilum laterc. a. 203) vs. 9 '*T. Scutrius T. lib. Fab. Sabinianus Rom.*', vs. 10 '*M. Annius M. fil. Fab. Primiti(v)us Rom.*', vs. 15 '*C. Satrius C. fil. Fab. Neptunalis Roma*', vs. 17 '*M. Gargilius M. fil. Fab. Ianuarius Roma*', vs. 21 '*M. Arrius M. fil. Fab. Castor Roma*', vs. 25 '*sd. L. Septimius L. lib. Fab. Hyginus Roma*'. 221 (lat. coh. vig. a. 113) vs. 2, 8 '*buc(cinator) in 7 M. Nonius Fab. Probus Rom*'. 477 (a. 192) '- - *coh. X urb. Ti. Cl. Plautius Ti. fil. Fabia Receptus Rome* - -'. 2384 (lat. mil. a. 198) b, 2 '*M. Oratius M. f. Fab. Heraclida Rom(a)*'; 7 '*T. Flavius T. f. Fab.*

Timocrates Rom(a)'; 10 '*P. Marius P. f. Fab. Antiochianus Rom.*' 2896 (a. 160) '*- - Jul. C. f. Fabia Roma Seio iuniori, veteran(o) Aug., militavit in c(o)horte XI urb. 7 Valeri. - -*'. 2902 '*- - C. Apponius C. f. Fab. Novellus Rom(a), mil. coh. XII urb. - -*'. 3884 (laterc. coh. urb. a. 197—198) (1, 24) '*T. Haterius T. f. Fab. Rusticus Rom(a)*'. (1, 38) '*. . . f. Fab. Secundinus Rom(a)*'. (2, 1) '*7 leg., C. Vallius C. f. Fab. Pollianus Rom(a), XVI F. f.*' (2, 5) '*L. Annius L. f. Fab. Prudens Rom(a)*'. (2, 13. 14) '*C. Propertius C. f. Fab. Optatus Rom(a), L. Geminius L. f. Fab. Arisco Rom(a)*'. (2, 18) '*L. Antonius Q. f. Fab. Augustalis Rom(a)*'. (2, 22) '*Li Vibius L. f. Fab. Threptus Rom(a)*'. (2, 30) '*Q. Crepereius Q. f. Fab. Pudens Rom(a)*'. (2, 37) '*Q. Sextilius Q. f. Fab. Maximus Rom(a)*'. (2, 41) '*L. Valerius T. f. Fab. Annianus Rom*'. (3, 30) '*L. Granius L. f. Fab. Victor Rom*'. (4, 23) '*T. Annius T. f. Fab. Felicissimus Rom*'. (5, 5) '*ev(o)c. L. Rufellius L. f. Fab. Iulianus Rom*'. (5, 9) '*M. Valerius M. f. Fab. Valerianus Rom*'. 11, 3057 (Hortae) '*Sex. Atusius Sex. fil. Fabia Roma Priscus, evoc(atus) Aug., primus omnium aram Tiberino posuit, quam caligatus voverat*'. 14, 2950 (Praeneste) '*. . . Domitius L. f. . . .* | *Fab. Priscus Rom . . .* | *leg. XVIII F. . . .* |'[20a]) EE 2, 683 (Aquinci) '*- - T. Fl. Fabia Romanus Roma, b(eneficiarius) proc. Aug. - -*'. EE 2, 357 (Tomis) '*- - Q. Trebellius Q. f.* EAB · *Maximus Roma, 7 leg. V Mac., trecenarius coh. III pr. - -*'. EE 4, 174 (Salonis) traditur CL · PIAE · DOMO | LAPIAE ROM cet., restituere conatus est Mommsen '*Cl(audiae) Piae, domo [F]a[b]ia Rom(a) - -*'. Bulletin épigr. de la Gaule 2 (1882), p. 184, n. 1 (Luguduni) '*- - Sertoriae Festae Fab. Rom., filiae Sertori Fortunati 7 leg. III Cyr. Antonianae* (sic) *- -, Ti. Cl. Fab. Rom. Felix, 7 leg. I M. Antonianae - -*'. Bull. de corresp. hell. 1886, p. 59 (Cadyandae Lyciae) 'Καδυανδίων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησεν Γάιον Ἰούλιον Νειχίου υἱὸν Φαβία Καλλιφάνην Ῥωμαῖον καὶ Κα[δυ]ανδέα - - - ἀγορανομή[σ]αντα καὶ πρυταν[εύσ]αντα καὶ ἱερατεύσ[αντ]α τῶν Σεβαστῶν - -', de quo cf. quae ad Cadyandam infra dicentur.

Regio I.

Abella — Galeria

C 10, p. 136. 969.

β C 10, 1202 (post a. 117) '*N. Marcio N. f. Gal. Plaetorio Celeri, quaest(ori), II vir(o), 7 leg. VII gemin(ae), 7 leg. XVI Fl(aviae) firm(ae)*, cet., *patron(o) colon(iae) d. d.*' 1204 '*T. Antistio T. f. Gal. Ciloni, duovir(o) iure dicund(o)*'. 1205 '*L. Antistio L. f. Gal. Tiron(i), praef(ecto) decurion(um) decreto iure dicundo*'. 1208 (est Neapoli, 'Abellae titulum olim stetisse ex argumento colligitur' Mommseno; a. 155) '*- -* ‖ *C. Caecilio C. fil. Pal. Vero, quaest(ori) aliment(orum) - -, Abellae in basilic[a] scribundo atfuere M. Munatius M. fil. Gal. Priscianus, T. Egnatius T. f. Pa[l.] Ru[fus], . . Herennius T. f. Gal. Clemens, N. Pettius N. f. Gal. Cuiti . . ., A. Fuficius A. f. Gal. Priscus - -*'. 1215 '*C. Ofillio Sex. f. Gal., duovir(o) iterum quinquennali*'. 1216 (litteris sequioris aevi) '*N. Pettio N. f. Gal. Rufo, II vir(o), q(uaestori) aliment., q(uaestori) pec(uniae) publicae, curatori frument(i), cultores Iovis - -*'.

γ C 10, 1223 '*. . . assio P. f. Gale(ria) Rufo*'. 1224 vs. 1 '*Gal. Rufo*', vs. 2 '*Gal. Pon*'. cf. Galeriam Nolanorum titulorum C 10, 1305. 1314. 1319.

Palatinae tribules duos cf. in titulo s. s. C 10, 1208 (β). Sergia β C 10, 1210.

[20a]) Dessau adnotat '3: si recte descriptus et editus est, hic titulus est clade Variana antiquior; sed fortasse fuit in lapide LEG · XVI · FL · *Fid.* vel simile quid'.

Abellinum **Galeria**

de agri finibus cf. C 9, p. 91 sq., 10 p. 128. — C 10, p. 127 sq., 969.

β C 10, 1129 '*L. Pinario L. f. Gal. Nattae, aed(ili) II vir(o), q(uaestori), tr. mil. leg. III, praefecto Bernicidis, M. Bivellius C. f. Gal.*' ≌ 1134 '*[M. Bi]vellio C. f. Gal., [aed.], q., pr(aetori) II vir(o), cens(ori)*'. 1130 '- - *P. Herennio P. f. Gal.*, - - *censori*'. 1135 '*D. Cottius D. f. Gal. Flaccus, aed., q., pr. II vir, cens(or) ex d(ecreto) d(ecurionum)* - -'. 1137 '*C. Mamercius C. f. Ga[l.] . . ., aed(ilis) II vir, pr(aetor) II vir, c[ens(or)]* - -'. 1140 *P. Vettieno P. f. Gal. . . . ., pr. II vir(o), C. Vettieno P. f. Gal. Ba . . . ., aed(ili) II vir(o).*' 1152 '- - *[E]gnatio* (sic) *C. f. Gal., mag(ister) Mercurialis* - -'. 1153 '*A. Freio A. f. Gal., Mercurial(i)* - -'.

γ C 10, 1141 '. . . *aed(ili) d(uum)v(iro) ex testamento fecerunt, qui infra: C. Allenius C. f. Ter. Gal* . . .[21]), *C. Lucceius C. f. Gal. Secun[d . . .], C. Lucceius C. f. Gal. Sabinus [f(ilius)?], C. Aruttius C. f. Gal. Alauda*'. 1158 ' - - *C. Kadio C. f. Gal. Rufo M. Kadius C. f. Gal. Celer* - -'. 1187 '. . . *us C. f. Ga[l(eria)?]* . . .'.

Menenia β C 10, 1132. Quirina ε C 10, 1122 Ti. Claudi Quir. Frontini Nicerati titulum, quocum cf. 3, 495 Messeniacum a. 164 et Spartanum CG 1327 (Κυρείνα) et Argivum 1133, titulumque eius filii C 10, 1124 Ti. Claudi Quir. Saethiadae Cethegi Frontini (videsis KT, p. 119 in Claudiorum laterculo n. 18. 19). Stellatina C 10, 1127 ad Beneventum rettuli. Teretinam? (et Galeriam) v. in titulo s. s. C 10, 1141.

Acerrae **Falerna**

C 10, p. 362. 602. 976. Livius 8, 17, 12 (a. 422 = 332): '*Romani facti Acerrani lege ab L. Papirio praetore lata, qua civitas sine suffragio data*', cf. Velleium 1, 14, 4. quando civitatem optimam acceperint, nobis non constat.

β C 10, 3758 '*C. Fuficio C. f. Fal. Fangoni, h(omini) p(robo), aed(ili)* - -'. 3759 '*Heuresi; Gn. Stennio Egnatio Gn. Stenni Egnati Rufi fil. Fal(erna) Primo, IIII vir(o), (iterum) q(uin)q(uennali), omnibus oneribus et honoribus functo,* cet. - -'.

Palatina δ C 10, 3757 (ante a. 2).

Aenaria insula **?**

Mommsen C 10, p. 679: 'Neapolitani insulam bello superati amiserunt, scilicet Romanis eam tradiderunt post bellum a. 428. nam aetate liberae rei publicae Aenariam populi Romani fuisse inde colligitur, quod Augustus *Capreas cum re publica Neapolitanorum permutavit Aenaria data* (Suetonius Aug. 92, Strabo 5, 4, 9 C 248), nec facile ob aliam causam Neapolitanis adimi potuit excepta supra dicta. ab Augusto inde Aenaria Neapolitanorum mansit. rem publicam suam insula ea certe aetate, cuius monumenta supersunt, nullam habuit'. neque de tribu quicquam constat:

Tromentina γ C 1, 1238 = 10, 6797 (vide auct. p. 1008 inf.) '*L. Rantius L. f. Tro* - -'. num titulus C 10, 6795 '*Sex. Fabius C. f. Vol(tinia) Gemellus* - -', qui nunc Neapoli in museo servatur, recte a vv. dd. ad Aenariam relatus sit, Mommsen dubitat.

---

[21]) sic Bellabona et Lupoli, Baccio TER · C · A · · · D, Muratori inde GAL · TER coniecit.

Afil(ae?) **Aniensis?**

C 14, p. 351. — Plinius nat. hist. 3, 63 (*lefulani* A, *a//fulani//* F, *ua. fulania* D, *uafulanico* R).

ε C 14, 3442 '*L. Afilano L. f. An. Provinciali, equo p(ublico) ornat(o), Luperco desig(nato) - -*'.

Alba Longa

in Albae locum, capitis quondam et originis oppidorum Latinorum, postquam a Romanis Tullo Hostilio rege duce expugnata et diruta est, tribus vel una vel plures (rusticas putaverim) successisse videntur. postea novum quoddam c. R. municipium Albanum ibi factum est, cuius meminit Plinius nat. hist. 3, 63. de tribu non constat.

Quirina γγ Grut. 1089,9 = C 14, 2302 '*Ti. Claudius Qui. Macedo Phonascus - -*'. conferas ceterum, quae ad Bovillas infra dicentur.

Aletrium **Poblilia**

C 10, p. 566. de Aletri fatis v. 'Hernicos'.

β C 10, 5832 (Ferentini) '*C. Iulio C. f. Pub. Rufo, veterano coh. VI pr. Ↄ Aquilii Maximi, praetori, aed., IIII viro i. d. municipio Aletri - -*'.

Aniensis γ 10, 5817 est Capituli fortasse tribus. Romulia γ 10, 5811 Soranam opinor originem prodit.

Allifae **Teretina**

C 9, p. 214. 'in potestatem Romanorum Allifae venerunt vi captae a. u. c. 444 a consule C. Marcio Rutilo testibus Diodoro 20, 35 et Livio 9, 38; nam quod hic etiam tradit (8, 25) eas iam a. 428 expugnatas esse, parum probabile est. quo iure postea fuerint, aliquatenus inde perspicitur, quod Allifae nominantur inter oppida, quo praetor urbanus quotannis praefectum iure dicundo mitteret (Festus p. 233 v. praefecturae); videntur igitur Allifani civitatem Romanam sine suffragio habuisse, donec bello opinor sociali ad plenam iuris communionem pervenerunt' Mommsen l. c.

β 9, 2346 '*. . [A]quillius L. f. Ter. Rufus, [a]ed., II vir, pr(aef.) i. d. - -*'. 2348 '*Cn. Cluvi⟨ae⟩ C. f. Ter., aed., q., II vir. iure d.*' 2354 '*Sex. Minio Se[x. f.] Ter. Silvano, aed., II vir II quin[quenn.], patr. colon. Allif[anor.], quaest. sac(rae) p(ecuniae) alim(entariae), quaest. [p(ec.) p(ub).], defens. r. p.,* cet.' 2356' *C. Naevoleio M. f. Ter. Rufo, II (viro), aed., q. - -*'. 2357 '*Q. Ovio C. f. Ter. Scaevolae, q., aed., II vir. - -*'.

γ 9, 2374. 2382. 2416. 2421. 2426, vs. 2. 2435, vs. 1 '. . . F·TER . . .' (?), cf. vs. 3 '. . . E·P·F·PO . . .', quod in Pobliliam Polliam Pomptinam supplere non ausim.

ε 9, 2325.

adde 9, 2469 Saepinatem, fortasse Aeserninum quoque 9, 2174. β 9, 2359 vs. 1 tradi '. . . *Statio L. f.* F . . . CILO, *tr. mil.,* cet.' ibique Mommsenum littera F·· aut FIL aut TER intellegendum censere adnoto; in indicibus vir ille doctus p. 726 de *F . . . cilus* cognomine cogitavit, p. 774 omittit.

Aniensis β 9, 2345. Collinae (Spuri filii) exemplum CIRN 5097 = C 9, *264 inter incerta Mommsen reiecit. Fabia ε 9, 2339. Falerna α 6, 3884 (Romae; laterc. coh. urb. a. 197/8) (2, 47) '*Q. Torbius Q. f. Fal. Tertullinus Alif.*', quomodo sit intellegendus non video; Mommsen hunc testem non audiendum diiudicat. Stellatinae testes satis vetusti γ 9, 2383. 2415. 2418 Allifanenses Beneventanam originem indicare videntur.

Anagnia **Poblilia**

C 10, p. 584 sq. de eius fatis v. 'Hernicos'.

α 6, 2377 (Romae; laterc. coh. praet. a. 136) v. 11 '*. . . Octavius L. f. Pub. Felix Anagn(ia)*'. 10, 5919 (A.) '*Ti. Cl(audio) Ti. fil. Pub. Crescentiano, p(atrono) m(unicipi), q(uin)q(uennali), praet(ori), q(uaestori) bis, sacerdoti iuvent(utis) An(agn)inae s(enatus) p(opulus)q(ue) A(nagninus) amantissimo sui ac praestantissimo ob nimiam eius erga municipes patriamque adfectionem,* cet.'

β 10, 5928 '*P. Vegellio P. f. Pub. Primo, eq. R., II vir(o), q. alim., cur. pec. annon., q. aerar. arcae pub(licae), cur r. p. Trebanorum - - collegius iuvenum patrono - -*'. 5929 '*L. Vibio L. f. Pob. Iusto, - - pr(aetori), q(uaestori) - -*'.

γ 9, 5937 (ter).

Pa[l(atina)] vel Pa[p(iria)] β 10, 5920.

Antium **Quirina**

C 10, p. 660 sq. ut antiquas Antii vices omittam, a. 416 = 338 'Antium nova colonia missa cum eo, ut Antiatibus permitteretur, si et ipsi adscribi coloni vellent; - - Antiati populo est et civitas data' (Livius 8, 14, 8 bis idem narrans).

α 6, 2725 (Romae, Domitiani aetate vel postea) '*C. Vedennius C. f. Qui. Moderatus Antio, milit. in leg. XVI Gal(lica), - - tran(s)lat. in coh. IX pr. - -, missus honesta mission(e),* cet.'

β 10, 6674 '*L. Veratio C. f. Qui. Afro Foro Iuli, veterano, decurioni, quaestori Anti - -*'; is enim homo Foro Iuli nescio quonam ortus a Nerone[22]) Antium deductus et Fori tribum, quaecumque fuit[23]), cum Antii Quirina commutavisse putandus est. 8295 (est Pisauri, sed Antias esse videtur) '*C. Clodius C. f. Quir. Maximus, proc. Aug. a frumento, quaest(or), aedil(is), II vir - -*'.

γ 10, 6666. 6744, vs. 1.

δ 10, 6671.

Cl(audiam) dici putat (nescio num recte) Mommsen in titulo 10, 8291 '*C. Atilio Cn. f. [. . n. L. Cuspi]o Juliano* CL· *R[ufi]no, cos. II* (a. 142), cet'. Fabia ε 10, 6657 (post a. 193). Voltinia ε 10, 6658 (post a. 104). Voturiam retinuit veteranus δ 10, 6672 '*Sex. Nonius L. f. Vot. Severus, veter(anus) deduct(us) Anti(um), mil. coh. I classic(ae) - -*'.

Aquinum **Oufentina**

C 10, p. 530, cf. p. 510. Mommsen oppidum quinto saeculo a. u. c. ius civitatis sine suffragio, sexto vero civitatem plenam accepisse suspicatur.

β 10, 5399 '*- - L. Fufidius L. f. Ouf. Proculus, trib. leg. VII Claud. p. f., praef. fabr. co(s)., II vir, aed., q. IIII*'[24]). 5401 '*M. Bar(r)onio M. f. Ouf. Surae,*

---

[22]) Tacitus ann. 14, 27. Suetonius Ner. 9; tabula est scripta litteris bonis.

[23]) Quirina autem Foroiuliensium oppidi alicuius tribus fuisse non videtur.

[24]) eius nepos (10, 5066 Atinas β) in Teretina est.

II quinq., aug., tr. mil., praef. fabr., d. d. publice post mortem'. 5429 '*C. Matieni C. f. Ouf. Oviculae, - - praeco, idem dissignator - -*'. 5552 '. . . S·M·F·OVF·II·LVERATI'.

γ 10, 5423. 5436. 5440. 5442. 5450. 5455. 5457. 5481. 5486. 5495 (bis). 5502. 5505. 5510. 5518. 5523. 5530. 5539. 5567.

accedit ex agro Arpinate δ 10, 5668, ex agro Fabraternorum Novanorum 10, 5629 (prope S. Viti aedem, quam nescio num recte Mommsen in Fabraterniae finibus incluserit; non obstat fortasse 10, 5585).

cf. Oufentinae testes in Casinate agro repertos 10, 5277 (bis). 8383.

Aemilia β 10, 5583 (prope S. Giovanni in Carico, i. e. in Fabraterniae novae agro; sed ad Aquinum pertinet titulus) Fundos potissimum vel Formias originem olet. Lemonia 10, 5407. Palatina γ C 10, 5385 = CIG 5985. 10, 5546 (?). Quirina? γ 10, 5528 (bis). Teretina β 10, 5411 v. s. 'Interamna Lirinas'; γ 10, 5477.

Aricia[25]) **Horatia**

C 14, p. 203 sq. — a. 416 = 338 victi Aricini in civitatem Romanam recepti sunt (Liv. 8, 14, 3); quo tempore suffragium ferre coeperint, non constat, at certe tulerunt ante a. 585 = 169, quo Q. Voconius Saxa Aricia oriundus tribunatu plebis Romae functus est.

β 14, 2166 '*Ti. Latinius Ti. f. Hor. Pandusa, IIII vir viar. cur.*' 2169 (fuit Romae) '*Cn. Dupilius Cn. f. Hor., tr. mil. in leg., flam(ini) Mart., q., aed., dictat. Ariciae, Cn. Dupilius M. f. Hor., pater; M. Dupilius Cn. f. Hor., frater - -*'. 2171 '*- - L. Semproni L. f. Hor. Proculi, - - aed., q., VI (viri?), Sali, curatoris pec(uniae) Ocran(ianae) - -*'.

γ 14, 2179 '*M. Atius M. fil. [H]or.*[26]) . . . - -'. 2180 '*M. Atius M. f. Hor. Celer, f(ilius) - -*'. 2182 (Genzani) '*- - M'. Avonius M'. f. Hor. - -*'.

Palatina est in γ C 14, 2191.

Arpinum **Cornelia**

acc. Arcae(?) et Cereatae Marinae. — C 10, p. 555. 556. 564. Arpinates, a Romanis superati a. 449 = 305 (Diod. 20, 90. Liv. 9, 44, 16), a. 451 = 303 civitatem sine suffragio (Liv. 10, 1, 2), a. 566 = 188 lege Valeria una cum Fundanis et Formianis civitatem adsecuti sunt (Liv. 38, 36). pars autem territorii postea (κώμη Κιρραιάτων τῆς Ἀρπίνης Plut. Mar. c. 3) Arpino dempta suam obtinuit rempublicam et cognomen Marianorum; quod in honorem Marii, qui ibi natus est, factum esse e nomine civitatis effici potest. tribum quod Arpinatium retinuerint Cereatini non est quod miremur.

α Livius 38, 36, 19 (ad. a. 566 = 188) '*rogatio perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent; atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito censi sunt*'. — M. Tullius Cicero orator, Arpino oriundus, dicitur in senatus consulto Oropiano (a. 681) vs. 12 (= Hermes 20, 1885, p. 270) 'Μάαρκος Τύλλιος Μαάρκου υἱὸς Κορνηλία Κικέρων'.

---

25) Genzano oppidum ad Lanuvium an ad Ariciam pertinuerit antiquitus, nunc diiudicari non potest, cf. C 14, p. 192.

26) trad. FILIO·R.

β C 10, 5783 '. . *[Quin]ctio L. f. Cor., [pon]tif(ici), II vir(o) - -*'.
γ C 10, 5676 '*Q. Munati P. f. Cor. Histri*'.
accedunt Corneliae testes 10, 5063. 5121. 5148 s. v. Atina relati; 10, 5621 s. v. Fabrateria Nova; 10, 5732 s. v. Sora.
Romuliam γ 10, 5677 ad Soranum potius civem pertinere puto.

Atina **Teretina**

[de agro egit Mommsen C 10, p. 507.] — C 10, p. 499. Atinam quinto saeculo a. u. c. civitate sine suffragio, sexto vero plena donatam esse Mommsen 10, p. 510 coniecit, v. ad Casinum.

α 6, 2722 (Romae) '*Cn. Sentius Cn. f. Ter. Saturninus Atine, spec. coh. VIIII pr. 7 Severi - -*'. Cicero pro Plancio 8, 21, cf. 16, 38. 17, 43.

β 10, 5066 '*C. Avidio C. f. Ter. Clementi, aed., II vir(o), equo publico, municipes et incolae - -*', idem vocatur in Arpinate n. 5399 una cum avo (avunculo?), Oufentinae tribule. 5067 (post a. 117) '*Q. Herio Q. f. Ter. Octavio Iusto, patrono municipi, flam. divi Traiani, aed., II vir., II vir. II quinq., q. II ob merita eius Atinates dec. Aug(ustales) arkani VI vir(i) - -*'. 5071 '*C. Marrio M. f. Ter., II vir(o), q. ite[r(um)], quinq(uennali)*'. 5072 '*Q. Minatio Q. [f. T]er.*[27] *Saturnino, aed., II [v]ir(o), q., quin[q.], pr[a]ef. fabr. - -*'. 5075 '*L. Postumi[o . . f.] Ter. Rufo, II v[iro] - -*'. 5077 '*C. Veturio C. f. Ter. Aphrodisiano, equo publico, aedili - -*'. 5078 '*. . . mmio C. f. [? Te]r(etina) filio, [. . .?] aed(ili)*'.

γ 10, 5082. 5091. 5097. 5146 (ter). 5147 (ter). 5155. 5156. 5157 (quinquies).
ε 10, 5064 (a. 208).

Cornelia, quae Arpinum olet γ 10, 5121. 5148 (litteris vetustis); δ 10, 5063. in titulo 10, 5134 num. vs. 1 FA⟨ litteris Fabia tribus Falernave indicetur, vel maxime dubitari potest.

Bovillae

Cicero pro Planc. 9, 23 Bovillas municipium dicit; cf. Plinius nat. hist. 3, 63; Beloch ital. Bund p. 45. 105.

Palatina: β Wilmanns 664a (Romae exstat) '*P. Sufenati P. f. Pal. Myroni, equiti Romano*, cet., *decurioni, IIII viro Albani Longani Bovillenses municipes - -*' ∾ 664c (id.) '*P. Sufenati P. f. Pal. Severo Semproniano*, cet., *decurioni et sacerdoti Apollinis Albani Longani Bovillenses decuriones - -*'.

Pomptina: β Wilm. 2624 (Marini, a. 169) '*L. Acilio L. f. Pompt. Eutychae, nobili archimimo*, cet., *decurioni Bovillis*, cet. - -'. γ C 10, 7316 (Bovillis, cf. 10, app. p. 993) '*G. Rabonius P. | Pom. Flaccus | - -*'.

Quirina: β Wilm. 684 (alla Fratocchie) '*C. Dissenio C. f. Quir. Fusco Hadriano - -; C. Dissenio Quir. Fusco, praef. fabr., curatori et patrono Albani Longani Bovillenses - -; C. Dissenio C. f. Quir. Fusco Sabiniano - -*'; pater et filii eius duo sunt; pater autem redire videtur Wilm. 1750 (Romae exstat; a. 158) '*- - C. Diss[e]nio C. f. Qui[r. Fusco], curatore rei publicae Bovillensium - -*'.

Caiatia **Falerna**

C 10, p. 444. Mommsen docuit Caiatinos ante a. 448 = 306 in potestatem Romanam venisse aetateque Romana ob nummos bello Pyrrhico poste-

[27]) Q IER trad.

riores, anteriores Hannibalico cusos, qui Latine loquantur, quinto iam saeculo a. u. c. in civitatem sine suffragio receptos videri. praeterea de vicibus oppidi, quas subiit usque ad Sullana tempora, nihil comperimus nisi quod ab Hannibale expugnatum est.

α 10, 3893 (Capuae, S. Nicolai) '. . . *Fal. Restituto milit(i), . . . Kaiatia mil(itavit) ann(is) V - -*'.

β 10, 4570 '- - *P. Serviliu[s] P. f. Fal. Apri[l]is, II vir q. q.*, cet., *pat(ronus) munic[i]pi Caiatinorum, cur. ka[l]end. rei p. e[i]iusdem - -*'.

ε 10, 4579 (III saeculi dicit Mommsen Staatsrecht 2², 248) '*Q. Gavio Q. fil. Q. nep. Q. pron. Q. abn. Q. adn. Fal. Fulvio Proculo, trib. coh. XV vol., trib. leg. VIII Aug. decuriones et Augustal(es) et popul(us) Caiatinus patron(o) - -*'. 4580 '*Q. Gavio Q. f. Fal. Fulvio Tranquillo, quaest. urbis, quaest. provinc. Narbonensis, ordo, dec. et populus patrono mun.*'

Palatina ε 10, 4584 (Severi et Caracallae aetate). Teretina ε 10, 4590, L. Pacidei Carpiani, qui idem patri titulum Caiatiae rep. 10, 4606 posuit.

Cales **Poblilia**

C 10, p. 451. Cales oppidum captum est a. 419 = 335 et de Calenis a. M. Valerio Corvo cos. eo anno triumphatum (tabula triumph. ad h. a., Liv. 8, 16), et iam insequenti anno colonia eo deducta est iuris Latini (Liv. l. c., Vell. 1, 14).

α 6, 2382 (Romae; laterc. mil. a. 175) b1 '*equ., C. Vitrasius C. f. Pub Primus Calib(us)*'.

β 10, 4655 '*C. Patercilio C. f. Pob., IIII vir(o) i. d. - -*'. accedit 10, 3910 (exstabat Capuae, ad Cales recte revocavisse videtur Mommsen) '- - *M. Cornelio M. fil. M. nep. Publ. Iusto Acutiano, IIII vir(o) qq. i. d., quaes(tori) rei p.*, cet.'

Claudia δ 10, 4642. Falerna γ 10, 4671. Teretina β 10, 3919 (titulum hunc qui nunc est Capuanus ad Cales rettulit Mommsen) '*C. Pomponio C. f. Ter. Capitoni, dec. Caleno - -*'. etiam 10, 4704 vs. 2 Mommsen *Ter(etinam)* latere suspicatur. quod neque probare neque negare possum.

Capitulum Hernicorum **Aniensis**

C 10, p. 590; cf. infra s. v. 'Hernici'.

β Orelli 125 = C 10, p. 590 = 14, 2960 (I lapide a Praeneste ad B. Virginis aediculam q. d. del Ristoro) '. . . *nio P. f. Ani. Varo, [pra]ef. fabr., praef. cohort. German., [pra]ef. equit., trib. mil. legionis V, . . . P. f. Ani. Varo, q., pr., pontif., pr. quinq. Capituli Hernico(rum) - -*'.

huc nescio an pertineant etiam alia duo Aniensis in Hernicis documenta, quorum alterum 10, 5817 Aletri, alterum 10, 5831 Ferentini repertum est.

Campani **Falerna**

Oppida: Atella, Calatia, Capua, Casilinum. — Campanorum res pulcherrimo et amplo commentario enarravit Mommsen C 10, p. 365—370, ex quibus haec expromam: 'anno u. c. 414 (Liv. 8, 11. 12) potius quam a. 411 (Liv. 7, 31) Campani Romanis se dediderunt . . .; circa idem tempus Campanis pars agri a dextra Volturni, id est ager Falernas et Stellas, ademptus est et civibus

Romanis viritim divisus (Liv. 8, 11 cf. c. 22, 6. 9, 41, 5), qua ex agri divisione nata est tribus Falerna instituta a. u. c. 436 . . .; cives Campani facti sunt Romani sine suffragio a. 416 (Liv. 8, 14), ut ad bellum copiarum suarum usum Romanis praeberent et ius Capuae dicerent praefecti quotannis eo ex urbe missi (Liv. 9, 20) - - deinde cum Romani Capuam post diuturnam obsidionem a. 543 recepissent, non solum de primoribus Campanorum vindictam sumpserunt, sed ipsam rem publicam sustulerunt (Liv. 26, 16. 34)'. ager Campanus publicus factus est, sed ita divisus est, 'ut singuli fundi singulis colonis locarentur. - - fuit civium Romanorum Capuae degentium adeo aliqua universitas, qualis esse solet inter Romanos in aliqua provincia dioecesive consistentes. magistratus autem decurionesque nullos ibi tum fuisse consentaneum est. - - sed ut saepe factum est, in locum rei publicae quae deficeret successit quodammodo res sacra constitutis per agrum eum pagis vicisve, inter quos primum locum tenet is, qui applicatus est ad montem Tifata'. colonia c. R. in eum agrum, ut M. Bruti coloniam a. 671 = 83 iussam eodemque anno sublatam omittam, lege Julia a. 695 = 49 tandem deducta est. in tribu Falerna, cuius agro finitimi erant Campani, quo tempore coepti sint censeri, ignoratur.

α 6, 2381 (Romae; laterc. coh. pr. a. 155) b 1, 9 '. . . *vilius C. f. Fal. Florus Capua*'. 2382 (lat. mil. a. 175) a 34 '*M. Fufidius M. f. Fal. Quartinus Capu(a)*'. 3884 (laterc. coh. urb. a. 197—198) vs. 1, 6 '*Ti. Claudius Ti. f. Fal. Primus Cap.*', (3, 20) '*M. Valerius M. f. Fal. Marcianus Capua*', (3, 25) '*C. Munisius C. f. Fal. Maximus Capua*', (3, 32) '*C. Petidius C. f. Fal. Felicissimus Cap.*', (4, 3) '*D. Pompeius D. f. Fal. Adiutor Cap.*', (4, 13) '*M. Iulius M. f. Fal. Fortunatus Cap.*', (4, 18) '*M. Opsius M. f. Fal. Silvester Cap.*' 10, 3891 (Capuae) '*L. Norbanus L. f. Fal. Faustus Capua, miles coh. IIII pr., 7 Valeri - -*'. EE 4, 887 (Romae, laterc. coh. praet. a. 141) 2, 3 '*Ti. Claudius . . . [F]al. Hilarus Capua*'.

β 10, 3906. 3918 (ter). 3921 (bis). 3928.

γ 10, 3845. 3995. 4002. 4021. 4023. 4025. 4067. 4094. 4103. 4124 (bis). 4129. 4241. 4263 (= 1, 1242 originis incertae). 4306. 4332 (bis). 4338. 4342 '*C. Sevio C. f. [F]al.*[28]) *Fido - -*'. 4354. 4398. 8228.

δ 10, 3872. 3887 (bis). 3888 (bis). 3890. 3892.

ε 10, 3847. 3849 (eiusdem 8, 9363. 9364). 3853 (post a. 74).

Palatina β 3865 (ubi FAL · lapicidam in PAL · correxisse ait Mommsen). 3909 [29]). 3913 (dictatoris Lanuvi, II viri Capuae). 10, 3924 (a. 138/161); accedit 4564. Arnensis δ 10, 3899. Horatia γ 10, 4169. (Poblilia β 10, 3910 v. s. Calibus). *Pup(inia)* aut *Pub(lilia)* γ 10, 4409 (C.). Pupinia γ 10, 4353. δ 10, 3897 (est Neapoli, sed videtur Capuana origine). Quirinam non reperimus nisi in Claudiis duobus, L. Ti. Claudio Aurelio Quintiano cos. a. 235 (10, 3850) et C. Clodio C. f. Adiutore praetore (10, 3851), praeterea in titulo perquam mutilo 10, 3916. Sergiae fortasse mentio fit 10, 4477 vs. 2

---

28) auctores tituli sunt Gariglianus, Maza apud Mur. 2062, 9, Mur. 1215, 10 ex schedis Argelati; habet PAL Gar., AL Maza, om. Arg.; quare vide num falso Mommsen *F*AL correxerit.

29) eius filium Mommsen coniecit reperiri in titulo Volturnensi ε 10, 3723, hominem tribus PA ..

{SEX · F · SER · E}. Teretina γ 10, 4053. 4416; 3919 v. s. 'Cales'. Tromentina γ 10, 4450 v. 3 EVTILI · P · F · TRO · P}.

Atellam ibi fuisse ubi nunc sunt S. Arpino et Aversa tituli 10, 3732. 3736 aperuerunt; at ut titulum n. 3735 dubiae interpretationis omittam, qui Aversae est rep., n. 3750, ad Puteolos pertinet, ut ibi civitatum quas dixi confinium fuisse suspiceris. titulos igitur tribulium quos afferam, repertos Casacellae, Aversae, Calvizzani, num recte cum Mommseno Atellanos statuam, dubitari potest. — Atellani (10, p. 359) coniuncti erant artissima fortunae communione cum Capuanis Calatinisque; bello Hannibalico defecerunt et civitatem sine suffragio, quam antea habuerant, amiserunt. 'paullo post, Mommsen ait, senatui placuit, ut Atella civibus si qui superessent exturbatis in solacium urbis patriae omissae exulibus Nucerinis concederetur (Liv. 27, 3. App. Hann. 49). his deinde bello confecto cum sedes antiquae restituerentur, de Atellanis quid factum sit ignoratur. rem publicam sub antiquo nomine eo ipso tempore restitutam esse non crediderim; obstant cum alia tum quod fabula Atellana inde nata est, quod per leges Romanas non licebat in scaena abuti nomine coloniarum municipiorumque, quae essent'. restituta tamen est Atella, antequam Cicero orationem alteram de lege agr. (31, 86) habuit, a. 699 = 55, et epistulam ad Quintum fratrem 2, 14, 3 a. 691 = 63 dedit; tunc enim municipii loco fuit atque in Gallia agrum vectigalem possedit (Cic. ad fam. 13, 7, 1 a. 708 = 46). Atellam a Capua Casilino Calatia nolui separatam, quod ipsa quoque in Falerna ni fallimur censita est neque certis argumentis demonstrari potest hoc iam ante leges de civitate bello Italico confecto latas evenisse.

γ 10, 3734 (Casacellae, saec. I) '- - *M. Verrio M. f. Fal. Celso, 7 leg. III Cyrenaicae et M. Verrio M. f. Flacco filis* - -'. 3745 (Aversae) '*L. Curredio L. f. Fal. Modesto* - -'. 3749 (ib.). '- - *[P]et[r]onius P. f. Fa[l.] Flac[cus]* - -' (trad. ET · PONIVS . P · F · FA · FLAC). 3753 (ib.) '- - *L. Vettius T. f. Fal.* - -' qui est v. 3 tituli corrupti.

δ 10, 3733 (Calvizzani, a. 131—138).

Tromentina β 10, 3736 (Aversae).

Calatia (10, p. 359. 369) eadem fere atque Capua fata perpessa est. et periit cum Capua et revixit lege Iulia demum a. 695 = 49. tribus testis nullus.

Casilinum (10, p. 369) Romani simul et Capuam suae dicionis fecerunt, ut suos magistratus oppidum utrumque retineret (Liv. 23, 19, 8). bello Hannibalico Casilinum quoque abolitum videtur, a. 695 = 49 lege Iulia restituta et colonia facta est. tribus testis nullus.

Casinum **Teretina**

C 10, p. 509 sq. quando Casinum ad civitatem Romanam admissum sit, diserte nobis non traditur; sed veri simile, Casinates cum reliquis Volscis quinto saeculo civitatem sine suffragio, sexto saeculo optimam civitatem accepisse.

α 6, 2382 (R., laterc. mil. praet., a. 174) a 26 '*C. Paccius C. f. Ter. Maximus Casin(o)*'.

β 10, 5417 (Aquini) '*Q. Ovio L. f. Ter. Urso, II vir(o) i. d. Casini*'. 5197 (ante Gaium imperatorem) '*L. Luccio L. f. Ter. Hibero, II vir(o) iter(um) q(uin)q(uennali)*, cet., - -' ≌ 5198, cuius alumnus in Palatina tribu procedit.

γ 10, 5255. 5257. 5276.

ε 10, 5182 (a. 54—60) '*C. Ummidio C. f. Ter. Durmio Quadrato, cos.* (sub Caligula vel Claudi prioribus annis), cet.'; cf. de eo Wilm. 2839 et Nipperdey ad Taciti ann. 12, 45 et PRE 5, 743; Tacitus ann. 14, 26 ad a. 60 iam de mortuo narrat. Casinatem originem corroborant Ummidiae C. f. Quadratillae n. 5183, Ummidi Quadrati filii n. 5248 tituli, praeterea Ummidiae gentis Casini crebrior solito memoria (10, n. 5198. 5299—5304). — titulum 10, 5186 v. sub 'Interamna Lirenate'.

Palatina: β 10, 5198. Fabia: γγ 10, 5251. Lemonia: α Grut. 351, 1 '*[C.] Alfius C. f. Lem. Ruf(us), II vir quin[q.] col Iul. Hispelli et II vir quinq. in municipio suo Casini* - -' ni fallor Casinum patriam in qua II viratu iam functus erat cum Hispelli civitatis origine et tribu permutavit. Maecia: γ 10, 5169 (a. 731 = 23 vel paullo post). Oufentina: γ 10, 5277 (?) et 10, 8383 vs. 1 (?) ad Aquinatem fortasse originem spectant.

Castrimoenium — Falerna

C 14, p. 239.

β 14, 2466 (a. 31) '- - *L. Cornelius A. f. Fal. Pupillus v(erba) f(ecit ad decuriones)* - -' ≌ 2468 '*L. Cornelius A. f. Fal. Pupillus, praefectus fabr., flamen quinquenn., patronus Castrimoenesium, ex testamento C. Iulius Sp. f. Pal. Carus, L. Cornelius L. f. Fal. Albanus* - -'.

Palatinam v. in titulo modo dicto.

Cereatae Marianae

v. Arpinum.

Circeii (s. Cerceii) — Pomptina

C 10, p. 635. 'colonia fuit Romanorum iuris Latini, quam fabulosa historia ad regem Tarquinium Superbum refert (Liv. 1, 56; Dionys. 4, 63) addens colonos Romanos inde expulsos esse a Coriolano (Liv. 2, 39; Dionys. 8, 14; Plutarchus Cor. 28); contra annales fide digni conditam scribunt a. u. c. 361 (Diodorus 14, 102). quocum recte convenit, quod in periplo Scylacis scripto saeculo urbis quinto ineunte c. 8 hic terminus ponitur Latii, ut ipsi Circeii Latinorum sint (τὸ τοῦ Ἐλπήνορος μνῆμά ἐστι Λατίνων)' Mommsen l. c.

β 10, 6428 '*L. Faberius C. f. Pom. Murena, augur, IIII vir aed.* - -'.

ε 10, 6426 '*C. Vibio C. f. Pomptin. Celeri Papirio Rufo, praef. coh. I Montanor(um)*, cet., *Circeienses patrono* - -'.

Cominium

v. sub 'Atina'.

Cora — Papiria

C 10, p. 645. quaeritur utrum Cora in Priscis Latinis fuerit an in Volscorum agro, sed a Latinis colonis occupata. hoc probatur eis quae Liv. 2, 16

ad a. 251 = 503 et 2, 22 ad a. 259 = 495 narrat, illud autem ex eo quod non legitur inter triginta colonias Latinas (Liv. 27, 10. 29, 15), quae fuerunt bello Hannibalico.

γ 10, 6547 '*L. Lucreti L. f. Pap. Vituli* - -'.

ε 10, 6520 (a. 47—54) '*M. Calvi M. f. Pap. Prisci, fil[i]; M. Calvi M. f. Pap. Prisci, patr(is), adlecti in ordine senatorio a. Ti. Claudio Caes. Aug. Germanico cens. inter tribunicios* - -'.

Cubulteria

C 10, p. 449. Cubulteriam, cum ad Hannibalem defecisset, a Q. Fabio receptam narrat Livius bis (23, 39, 6 ad a. 539 = 215 et 24, 20, 5 ad a. 540 = 214).

γ 10, 4624* (',in scaphi' SANVTVS, praecedit Teanensis n. 4820; intellegitur fortasse Schiavi prope Alvignanum [agri Cubulterini]' haec Mommsen) '*P. Mediolenus M. [f.] Tro.*[30]) *Sextanus* - -'.

Cumae

C 10, p. 350. 602. 975. a. 416 = 338 Cumani cives sine suffragio facti sunt (Liv. 8, 14, 11). 'Samnites Palaeopolitanos si recte - - docuimus ipsos Cumanos esse, tam Cumani quam Neapolitani a. 428 auxilio Samnitium freti bellum contra Romanos susceperunt; sed mox devicti ad fidem redierunt; - - anno u. c. 574 - - neque Latinum ius neque plenum civitatis habuerunt, quippe quibus Latine publice loquendi ius privilegio tributum sit. plenam civitatem videntur adepti esse bello sociali' Mommsen l. c. — in parte terrritorii veteris Cumani a. 560 = 194 Puteoli colonia c. R. condita est. de tribu non constat; sed hoc monuerim Cumanos, si post bellum Marsicum demum Misenatium rem publicam in eorum agro conditam putamus, in Claudia censos existimemus necesse esse, cf. 'Misenum'.

Palatina α 10, 3704 (Cumis?) '. . *Veratio A. f. Pal. Severiano, equiti Rom., cur. reip. Tegianensium, adlecto in ordin(em) decurion(um), civi amantissimo, qui cum privilegio sacerdoti Caeninensis munitus potuisset ab honorib(us) et munerib(us) facile excusari, praeposito amore patriae et honorem aedilitat(is) laudabiliter administravit,* cet.', et duumviratu functus est, qui quod videmus alienus est a Cumanorum magistratuum ratione; cf. 10, 3676 (Miseni) '- - *M. Antoni Iuliani, Augustali immun. Misen., item August. Cum(is), adlect(i) trib(ui) Palat(inae)* - -'.

β—ε? 10, 3702 (litt. saec. III, 'Cumis rep.' dicit Mommsen Belochium secutus; igitur quae Mommsen p. 1010 addit, ex Agosta Siciliae Venetias advectus lapis' ego non intellegere me fateor) '. . . . . . *[ob editionem] muneris huic posi[ta est]* cet. *Q. Octavius M. f. Pal.* Q . . . . . . *[provi]nciae Dalmatiae* - -'.

Fabrateria Nova **Tromentina**

C 10, p. 546 sq. in Fregellanorum a. 629 = 125 dirutarum agro — Mommseni opinionem perquam probabilem sequor — a. 630 = 124

---

[30]) METRO traditur.

'Fabrateria deducta est' (Velleius 1, 15, 4), colonia sc. civium Romanorum quoniam Latinas nullas saeculo septimo in Italia deductas didicimus. at quod Mommsen dicit Fabrateriam ipsam ius accepisse videri Fregellanorum, Latinum nempe quod video, quoniam Plinius non coloniam dicat, 10 n. 5584 autem diserte municipium audiat, neque intellego neque video quidnam e Plinio coloniarum laterculo ad oppidi ullius condicionem, quae fuerit ante bellum sociorum, effici possit. tribus eadem est quae Fabrateriae Veteris. nescio quaenam affinitas illorum oppidorum e nominis et tribus communione statuenda nobis sit.

β 10, 5582 *'P. Valgius P. f. P. n. Tro. Barba, tr. mil., II vir, pont(ifex)'*. 5587 '. . . . . . *C. f. Tro. Pollio, [II vir a]ed. potest.* cet., *augur Fabrat(eriae)'*.

γ 10, 5606 *'L. Bruttius L. f. Tro.* - -'.

Palatina β 10, 5584. Aemilia β 10, 5583 v. sub 'Aquino'. Cornelia, Arpinatium tribus γ 10, 5621. Oufentina γ 10, 5629 v. sub 'Aquino'.

Fabrateria Vetus — **Tromentina**

C 10, p. 552, cf. 510. quando cum Romanis foedus Fabraterni pepigerint et in civitatem sine suffragio recepti sint non constat; Mommsen id evenisse fere post Fundanos et Formianos, ante Privernates cives factos coniecit, sexto autem putat saeculo eos ad optimum ius pervenisse. quae de Fabrateria a. 630 = 124 *'deducta'* Velleius 1, 15, 4 dicit, utrum ad Fabrateriam Veterem an ad Novam pertineant, ignoratur; sed ea malo cum Mommseno ad hanc civitatem referre. tribus eadem quae Novae Fabr. est.

β 10, 5657 '. . *Septimio L. f. Tro. Herm[eti? I]III vir(o) qq., pat(rono) mun. Fabra[t(eriae)] Vet(eris),* cet., *omnibus honor[i]bus et muneribu[s p]erfuncto* - -'.

Palatina ε 10, 5653.

Ferentinum — **Poblilia**

C 10, p. 572. de eius fatis v. 'Hernicos'.

α 6, 2382 (Romae, laterc. mil. praet. a. 174) a 23 *'M. Dolutius M. f. Pub. Iustus Ferent(ino)'*.

β 10, 5843 *'C. Naevio L. f. Pob. Blaeso, IIII vir(o) iur. dic., aedi[li], arbitratu M. Acili M. f. Po[b.?]'*.

γ 10, 5878 (litt. antiquioribus) '- - *C. Eppio T. f. Pub.* - -'.

mirum quam multa Palatinae documenta e Ferentini ruinis erudertata sint: α 10, 5853 *'A. Quinctilio A. f. Pal. Prisco, IIII vir(o) aed. potest,* cet., *[hu]ius ob eximiam munificent(iam), quam in munic(ipes) suos contulit, senat(us) statuam publice ponend(am) in foro, ubi ipse vellet, censuere* - -' ≌ 5852. β 5829 (post a. 122?[31]) ∾ (?) ε 5830 γ 5821. Aniensis, Capituli fortasse tribus: δ 10, 5831. Pollia β 10, 5844 *'L. [P]acuvio L. f. Pol.*[32]) *Severo, [IIII] viro aed. pot.,* cet. - -'.

Formiae — **Aemilia**

C 10, p. 602 sq. anno 416 = 338 (Liv. 8, 14, 10) vel 422 = 332 (Vell. 1, 14, 4) Formiani et Fundani in civitatem sine suffragio recepti sunt

---

[31]) cf. Bull. dell' inst. 1851, 139 sq.

[32]) POL · ex COL · factum esse in lapide agnovit Mommsen.

(cf. Dionys. 15, 7, 7), a. 566 = 188 optimam impetraverunt ex lege C. Valeri Tapponis, trib. pl. (Liv. 38, 36).

α Livius 38, 36, 9 '*rogatio perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent. atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito censi sunt*'. Cicero ex Formiano a. 695 = 59 ad Atticum haec dedit (2, 14, 2): '*basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. at quam parem basilicae tribum Aemiliam!*'

β C 10, 1800 (Puteolis? est Neapoli in museo publico) '- - *Sex. Firmio Sex. f. Aem. Sabino, aed. Form(iis ter)* - -'. 6107 '*C. Magnius M. f. Ae[m.], aedil(is) iter(um)*'.

γ 10, 6089 frgm. 2, vs. 1. 6140. 6163.

γ—δ 10, 6098. — praeterea de 6, 3503 confer 'Fundos'. — magistratuum ratio duos titulos Formiana origine esse ostendit, qui sunt reperti in eodem mausoleo, quod situm est sub Traetto qua itur ad pagum delle fratte, scripti iisdem litteris optimis et maximis eiusdemque C. Iuni C. f. Terti memoriae causa positi videntur; at tribus modo Aniensis modo Aemilia dicitur, ut alterutro in lapide quadratarium erravisse facile suspiceris; sunt 10, 6015 '*C. Iunio C. f. Anien. Terti[o], eq. public., augur., aed. quinq. solo,* cet. - -' et 6016 '- - *C. Iunio C. f. Aem. Tertio, eq. public., aed. solo, augur(i), C. Iunio C. f. Aem. Maximo* - -'.

Palatina β 10, 6094. δ 10, 6100. ε 10, 6092. Fabia γγ 10, 6153. Aniensis tribus haud scio num recte Mommsen collegerit vestigia in titulo nunc Formiano δ 10, 6102 ('Cumis repertam esse narrari ait Guarini' Mommsen adn.) '*T. Acilio P. f. An(iensis) Florentino, equo publ.,* cet. - -'; exscripsit Mommsen prius (IRN 4093) AI, deinde l. s. s. AI; ita ut quominus AIM*ilia* aut A · N · (= *Auli nepos*) subesse coniciamus nihil nos impedire opiner. Clustumina δ 10, 6099[33]). Tromentina ε 10, 6090, cf. add. p. 1015 (Kiriacus locum non adnotat, sed de Capua cogitare videtur; Iucundus et Redianus Caietae titulum exstare contendunt; Minturnis cur titulum olim collocatum fuisse Mommsen coniciat neque ob auctores neque e magistratuum ratione titulique indole intellego; a. 117—138).

Forum Popili — Falerna

C 10, p. 460. originem eius civitatis vv. dd. aeque atque ceterorum fororum e conciliabulo c. R. aetate liberae reipublicae ibi constituto repetunt. referenda videtur Mommseno ad ipsam agri Falerni divisionem coeptam ab a. 414 = 340, quae sine id genus conciliabulo ibi constituto fieri non potuisset. fori institutionem a Popillio quodam consule ortam esse consentaneum est, praesto sunt consules a. 438 = 316, 596 = 158, 622 = 132. 'et potest quidem, Mommsen ait, de tertio cogitari, quem rei viariae curam per Italiam diligenter gessisse constat adeoque alterum Forum Popilii in Lucania condidisse (vol. 1, n. 550. 551), sed longe aptius oppidi constitutionem ad primum referemus fasces gerentem biennio post tribum Falernam constitutam'. de reliquis fori fatis nihil innotuit.

Tribum huius fori Falernam fuisse mihi evincitur ex Falernae tribus ipsa institutione in Falerno agro. accedit (β?) δ 10, 4723 (inter Claudium et Vespanianum imperantes) '*Ti. Iulio Ti. f. Fal. Italico, 7 leg. VII Macedon.,* cet., ... *decuri* . . . . . .'.

cf. Falernam et Pupiniam 10, 4727 s. v. 'Sinuessa'.

---

[33]) aut subest *Clu(stumina)* tribus aut *Clu[viani], Clu[sini]* vel simile cognomen.

Frusino **Oufentina**

C 10, p. 554, cf. p. 510. a. 451 = 303 '*Frusinates tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis sollicitatos conpertum*' Livius 10, 1, 3 = Diodorus 20, 80 (a. 448 = 306) Φρουσίνωνα ἐκπολιορκήσαντες ἀπέδοντο τὴν χώραν. deinde praefectura fuit (Festus p. 233), saeculoque fortasse iam sexto suffragium nancta est civitas.

β 10, 5663 '. . *Magneius L. f. Ouf. Niger, II vir - -, . . Magneius L. f. Ouf. Sardus - -*'.

sed Aniensis etiam testimonium adest, γ 10, 5665 '*N. Clodio N. f. An. Sabiniano - -*'. Palatina, quae certe ab hominis condicione pendet, β 10, 5662.

Fundi **Aemilia**

C 10, p. 617. eisdem quibus Formiani (quos vide) fatis Fundani usi sunt.

α Livius 38, 36, 9 (ad a. 566 = 188) '*a C. Valerio Tappone, trib. pl., rogatio perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent. atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito censi sunt.*' C 3, 776 = 6195 (Troesmi) '*Tib. Veturio Tib. fil. Aemilia Mauretano Fundis, praefecto castrorum leg. V Mac. - -*'. 6, 3503 (Romae) '*- - L. Albius L. f. Aem. Tatianus F(undis,* nisi *Formiis* aut *filius* legi praestat), *tr. mil. bis*'. 3884 (R., coh. urb. laterc. a. 197—198) (v. 1, 35) *L. Aemilius L. f. Aem. Regillus Fund(is)*'.

β 10, 6240. 6241. 6243. 6244. 12, 4357 = Herzog 32 (Narbone, litt. saec. primi incipientis), *L. Aufidio L. f. Aem. Viniciano Epagatiano, praef. fabr., trib. mil., aed. bis, quinq. bis Fundis - -*'.

γ 10, 6250 = 6353 cum add. p. 1015. 6254. 6268 (antiqua) vs. 5.

Palatinae testis α 5, 6881 (= Mommsen inscr. Helv. 32; in summo Poenino) '*- - L. Paccius L. f. Pal. Nonianus Fundis, 7 leg. VI victricis p. f. - -*' ad hominem potius quam ad patriam referendus est. alter Palatinae testis debilissimus est lectionis incertae ε 10, 6224. maxime offendit Maecia tituli α 6, 3884 (Romae, coh. urb. laterc. a. 197—198), 4, 9 '*M. Arruntius M. f. Maec. Antoninus Fund(is)*'; rem bene opinor Mommsen expedivit, qui quadratarium, de cuius fide et sollertia alio loco agam, *[Br]und(isium)* scribere debuisse coniecit 10, p. 617; in eiusdem tituli vs. 1, 35, quod iam supra dixi, recte *Aem(ilia)* cum *Fund(is)* procedit. Oufentina γ 10, 6253 fortasse civis Tarracinensis sive Privernatis est.

Gabii **?**

C 14, p. 278 sq. oppidum, quod iam regibus Romam tenentibus foedere cum Romanis coniunctum memoriae proditum est, quando civitatis Romanae in communionem vocatum sit ignoratur. neque de tribu quicquam constat.

Claudia et Palatina β 14, 2795 = Wilmanns 752 (a. 140) '*- - Gabis in municipio in curia Aelia Augusta, scribundo atfuit universus ordo decurionum, referentibus L. Vipstano L. f. Cl. Publico Messalla L. Setrio L. f. Pal. Prisco, IIII vir(is) q(uin)q(uennalibus) - -*'. Falerna γ 14, 2820 '*[? Se]x. Cloulius P. f. Fal. - -*'. Quirina, sed in Flavio homine εε 14, 2806 = Nibby viaggio antiq. 1, 237 '*T. Flavio T. fil. Quir. Aeliano ordo et populus Gabinus patrono [et curat(ori) rei] publ. - -*'.

Herculaneum **Menenia**

C 10, p. 156 sq. bello sociali oppidum a Romanis expugnatum est ducibus T. Didio et Decio Magio Hirpino, cf. Vell. 2, 16; Sisenna fr. 54 Peter.

β 1, 1245 = 10, 1457 (litt. antiquioribus) '*M. Spurius M. f. Men. Rufus, II vir i. d.* - -'.

β (?) 10, 1403 (fragmenta albi cuiusdam rep. Herculanei in theatro), c: '*adlegerunt M. Clodius M. f. Men. Proculus C. Iulius C. f. Men. Alexander L. Bennius L. f. Tro. Maritumus Cn. Laelius Cn. f. Mae. Probatus [T]i. Acutius Ti. f. Spendon C. Alficius C. f. Mae. Firmus Cn. Lusienus Cn. f. Men. Iustus Cn. Lusienus Cn. f. Men. Probus Q. Hedius Q. f. Men. Modestus [Se]x. Caecilius Sex. f. Mai. Proculus [Se]x. Caecilius Sex. f. Mae. Astus*, unus versus erasus, *[Se]x. Clodius Sex. f. Maximus . . . Veturius C. f. Mae. Priscus . . . Quinctius C. f. Men. Florus . . . artorius C. f. Vot. Isio . . . Aurelius M. f. Mae. Priscus C. Postumius C. f. Fal. Blandu[s] C. Novius C. f. Fal.* . . . . - -'; sunt igitur Meneniae sex tribules (2. 3. 8. 9. 10. 16), Maeciae quam ad Neapolim referemus sex (5. 7. 11. 12. 15. 18), Falernae tribus Nolanorum duo (19. 20), Tromentinae unus, Voturiae unus; in duobus hominibus tribus nescio ob quam causam omissa est.

γ 10, 1442. 1446. 1470.

δ 10, 1416 (a. 48—49).

de n. 1449 v. s. v. 'Nuceria'.

Horatia ε 10, 1468 (ca. a. 750 = 4 vel ca. a. 26).

Hernici

oppida: Ferentinum, quod erat caput Hernicorum, Aletrium, Anagnia, Verulae, Capitulum, Treba. — C 10, p. 572 cf. 499. 509. ut tempora vetusta omittam, '*Hernicorum tribus populis Aletrinati Verulano Ferentinati, quia maluerunt quam civitatem, suae leges redditae conubiumque inter ipsos, quod aliquamdiu soli Hernicorum habuerunt, permissum*[34]*. Anagninis quique arma Romanis intulerant civitas sine suffragii latione data, concilia conubiaque adempta*' Livius 9, 43, 23. 24 ad a. 448 = 306. Ferentinates certe post a. 559 = 195 civitatem Rom. adsecuti sint necesse est, cum eo anno '*novum ius*' temptarent, '*ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, cives Romani essent*' (Livius 34, 42, 5). Hernicos omnes mature in civitatem aut ius Latinum receptos esse apparet e Ciceronis or. pro Balbo 13, 31 '*ex ceteris generibus gentes universae in civitatem sunt receptae, ut Sabinorum, Volscorum, Hernicorum*', de off. 1, 11, 35 '*maiores nostri Tusculanos Aequos Volscos Sabinos Hernicos in civitatem etiam acceperunt*', cf. Strabo 5, 3, 4, p. 231.

Hernici ita autem in tribus discripti sunt, ut regio contigua Anagninorum Aletrinorum Ferentinatium in Poblilia censeretur, Verulani in eandem tribum in quam Arpinates vicini venirent (Corneliam), Capitulani prope Anienem fl. habitantes Carsiolanos, ni fallimur, sequerentur (Aniensem); unde coniecturam spero non temerariam iudicatum iri, Trebas quoque et Sublaqueum in Aniensi collocata fuisse.

---

[34]) 'ius quasi Latinum' est Mommseno.

Interamna Lirenas Sucasina **Teretina**

C 10, p. 525. 529. colonia iuris Latini facta est a. 442 = 312 cf. Diod. 19, 105. Liv. 9, 28 (coll. 10, 36). Vell. 1, 14. bello Hannibalico quod militiam detrectabat poenas subiit (Liv. 27, 9, 7. 29, 15, 5).

β 10, 5344 '*Q. Marcio Q. f. Ter. Regi, IIII vir(o) i. d.* - -'. addit Mommsen, recte opinor, duos titulos, quorum alter Casini exstat, alter Aquini; priorem et ex magistratuum ratione et Caprii nomine[35] — eam enim gentem Interamnae floruisse —, hunc et e municipii vocabulo et magistratuum tribusque ratione Interamnates origine esse effici: 10, 5186 '*C. Caprius C. f. Ter. C. n. IIII vir i. d., iter[um q]q.*, cet. - -'. 5411 (Pontecurvi Pighius repertum esse dicit) '*C. Cavarius Sex. f. Ter. Vi* . . . . . . *Apulus, IIII vir i. d.*, cet. - -'; adn. Mommsen eundem fortasse esse, quem fasti Interamnates a. 72 IIII viratu functum esse dicunt, 10 n. 5405, 2, 4 CAVARIVS}.
γ 10, 5353 '*L. Aefrio L. f. Ter. Nigro* - -'.

Palatina γ 10, 5377. Scaptia δ 10, 5368.

Lanuvium[36] **?**

C 14, p. 191 sq. a. 416 = 338 in civitatem Romanam inscripti sunt, non ita multo post suffragiis et honoribus uti coeperunt. tribum Lanuvi fuisse Maeciam Dessau contendit Niebuhrium secutus (hist. Rom. 3, p. 164) his argumentis nisus: Maecia tribus 'addita est ad veteres paucis annis post civitatem Lanuvinis datam, scilicet a. u. c. 422, ideo ut in ea novi cives censerentur (Liv. 8, 17, 11) et nomen accepit a Maecio castro (Paulus Festi p. 136), quem locum fuisse non procul a Lanuvio videtur colligi posse ex Livio 6, 2, 8 (cf. Plut. Cam. 34; Diod. 14, 117). accedit ad eam coniecturam firmandam, quod C 14 n. 2104 magistratus aliquis Lanuvinus habet tribum Maeciam [saec. II '- - *s. p. q. L., dedic(ante) Q. Varinio Q. f. Maec. Laeviano, aed.*']. non multum sed tamen non nihil tribuendum videtur ei rei, quod in sigillo plumbeo C 2, n. 3439 satis antiquo inveniuntur duo Roscii adscripti tribui Maeciae, Roscios autem Lanuvinos cognoscimus ex Cicerone de divin. 1, 36, 79'. ego rem ob Romae viciniam tribuumque primigeniorum finium exiguitatem diiudicare non audeo.

Fabia et Pupinia δ—γ 14, 2108 (Genzani). Galeria γ 14, 2148. Quirina β 14, 2112 (a. 136) vs. 1, 9 '- - *L. Caesennio L. f. Quir. Rufo, dict(atore tertium) idemq(ue) patr(ono)* - -'. Palatina β 14, 2092 '- - *D. Granius Pal. Celer, flam. maximus*'. 2114 (L.?) '*D. . . . cirio D. f. Pal. Auspicato, aedili municipi, curatori muner.* - -'; cf. Capuanum 10, 3913.

Lavinium et **Laurentes**

Lavinium — C 14, p. 186 sqq. Gust. Wilmanns, de sacerdotiorum p. p. R. quodam genere (Berolini 1868, p. 1—17) — quod ne umquam quidem

---

[35]) hoc, quod 'Caprii ibi maxime floruerunt' nescio unde sumpserit Mommsen; reliquorum titulorum his locis rep. duo sunt eiusdem hominis Capriae gentis (5338. 5339) Interamnates, tres n. 5459. 5460. 5461 (?) Aquinates, unus n. 5694 Cereatinus, unus n. 5715 Soranus.

[36]) Cività Lavinia; acc. Genzano, sed cf. ad 'Ariciam'.

rem p. suam habuisse certis argumentis affirmari potest, inde a quinto saec. ab u. c. sui iuris iam non fuit. Laurentes C 14, p. 183. Wilmanns p. 16 sq.

de tribu oppidi Strabonis et Lucani aetate paene deserti non edocet 14, 2058 (Laurentinus) '*C. Albius Sp. f. Col. Celer* - -', cum Collina Spuri filios sequi soleat. neque edocet, ut titulos alios omittam, 9, 705 (Teani) '- - *M. Numisius M. f. M. n. Cor. Quintianus, Laurens Lavinas,* cet.', cum Laurentis Lavinatis nomen non ad originem, sed ad sacerdotium publicum referendum sit.

Minturnae **Teretina**

C 10, p. 595. a. 440 = 314 a Romanis superati (Liv. 9, 25) colonos cives Romanos acceperunt a. 459 = 295 (Liv. 10, 21, 8. Vell. 1, 14, 5).

β 10, 6012 (a. 249) '*P. Baebio P. f. Ter. Iusto,* - - *omnib(us honorib(us) in re publ. funct(o)* cet.' ≌ (?) 6013 '*[P. Bae]bio [P. f.] Ter. Iusto, II vir(o), aed., q. II,* cet. - -'.
γ 10, 6049 '- - *P. Rutilius P. f. Ter. Veratianus* - -'.
cf. Ter(etinam) 10, 4777 s. v. 'Suessa'.

de 10, 6015 *(Anien.)* et 6016 *(Aem.)* cf. 'Formias'. Falerna β 10, 6021. Pollia 10, 6011, in quo titulo *Narbones(i)* vocabulo patriam quam cognomen indicari cum Mommseno malo, cf. 'Narbonem'. Quirina ε 10, 6006 (a. 138—161). de Tromentina ε 10, 6090 v. 'Formias'.

Misenum **Claudia**

de Misenatis agri titulis cf. quae ad 'Puteolos' dicta sunt. — C 10, p. 317. Misenum olim agri Cumani pars fuit (Liv. 24, 13, 6 ad a. 540 = 214); oppidum ex portu, quem 'ibi instituit Augustus (Suet. Aug. 49)' crevisse dicit Mommsen; v. d. forsitan recte hoc dixerit; sed neque portum a Caesare filio institutum Suetonius l. c. quod video diserte affirmat nec intellego quomodo e Plini narratione ep. 6, 20, 7 oppidum ex classiariorum statione natum esse ('crevisse' Mommsen) coniectura satis certa efficiatur. quando sui iuris factum sit, prorsus ignoratur. Beloch, Campanien (Berol. 1879) p. 190 ad Octavianum (a. 723 = 31), Mommsen l. c. ad Claudium oppidi origines refert. ceterum cf. quae ad 'Cumas' dixi.

α 6, 2381 (Romae, lat. mil. praet., m. f. a. 153) b 2, 13: '*T. Sextius T. f. Cl. Albellius M[iseno?]*'. 3884 (lat. coh. urb. a. 197—198) 2, 29 '*M. Ulpius M. f. Cl. Maximus Misen(o)*'.
β 10, 3679 '- - *C. Iulii C. f. Cl. Hegemonis, adlec(ti) in ordin. decur. Miseni* - -'. 3680 '- - *D. Iunio D. f. Clau. Certo, sacerdoti et aruspici publico ex genere sacerdotum creato* - -' ≌ 3681 (Puteolis) '- - *D. Iunio D. f. [Cl]a[u]d.*[37] *Certo, sacerdoti et aruspici publico* - -'.
γ 10, 3050?
δ 10, 3392.
cf. 10, 1593 *[Cl]aud.*, 1597 *Cla.?* 1761 *Cl.* Puteolanos.

Sergia δ 10, 3361.
Miseno an Cumis oriundus sit *M. Antonius Iulianus, augustalis immun(is) Misen(i), item august(alis) Cum(is), adlect(us) trib(ui) Palat(inae),* cuius sepulcrum exstabat 10, 3676 Miseni, ignoratur.

---

[37]) QVAD · est in lapide.

Neapolis **Maecia**

de titulis agri cf. quae infra ad 'Puteolos' dicam (Mommsen C 10, p. 171. 172. 183 sq. 1008 sq.[38]). — 10, p. 170 sqq. Neapolitani a. 428 = 326 foedus cum Romanis percusserunt ita opportunum, ut bello Italico composito cunctarentur civitatem Romanam libertate prisca commutare; atque illa adempta Graecos mores patriaeque linguae usum retinuerunt.

α 3, 645 (Philippis) '- - *L. Iuni Maximi Me(cia) Neapol(i), cho(rtis) III (praetoriae), benef. prefectoru(m) pr.* - -'. 5, 901 (Aquileiae) '- - *Q. Caecilio Q. f. Maecia Maximo Neapoli, mil. coh. VII pr., singulari tribuni*'. 6, 220 (Romae, laterc. vigilum a. 203) v. 11 '*T. Flavius T. fil. Maec. Alexander Neap.*' 221 (Romae, in laterculo coh. vig. a. 113) vs. 1, 11 '*lib(rarius) ur(?) s(ub)pr(aefecti), C. Antistius Mae. Earin(us) Neap.*' 2382 (lat. mil. praet., m. f. a. 173) a 19 '*buci., C. Manilius C. f. Maec. Faustus Niapol.*' 3884 (coh. urban. a. 197—198) vs. 1, 17 *M. Orbius M. f. Maec. Felix. Neap.*'

β 10, 1491. 1493.

γ 10, 1486 (Neapoli rep.? — patri tribulis ipsi quoque in Maecia censo C 3, 429 Ephesi positus est). 1501 (pater tribulis redire videtur in laterculo Herculanensi 10, 1403 g, I 11). 1504 (add. p. 1008; a. 59).

cf. 10, 1403 g, I 5. 7. 11. 12. 15. 18. *(Mae., Mai.)* s. v. 'Herculaneum'.

Quirina in homine Claudio non offendit εε CIG 5842.

Nola **Falerna**

C 10, p. 142. 969. a. 441 = 313 N. a. Romanis expugnata (Liv. 9, 28. Diod. 19, 101) et in fidem recepta est. bello Marsico Italici eo oppido potiti munitissimo popugnaculo usi sunt.

α 6, 2874 '*C. Iulius C. f. Fal. Fortis, miles coh. X urb. 7 Prisc., domo Nola* - -'.

β 10, 1266 (post a. 79) '*Q. Caesio Q. f. Fal. Fistulano,* cet., *aed., q., II vir., praef. fabr(um)* - -'. 1273 '*P. Sextilius P. f. Fal. Rufus, aid. iterum, II vir quinq. Pompeis, decurio adlectus ex veterib(us) Nola, - - L. Petronio L. f. Fal. Vero, vitrico, decurioni Nola* - -'. 1274 (N.?) '*L. Sitrio M. f. Fal. Modesto, ae[d., p]raef. fab.* - -'.

γ 10, 1330. 1334.

cf. 10, 1403 g, I 19. 20 *(Fal.)* s. v. 'Herculaneum'.

Collina (α) δ 10, 1263 '- - *C. Germanio C. [f.] Collin(a) Valent[ino], mil. leg. XV Apol[lin.], mil. coh. XI urb. ɔ A[lfi?], veterano coh. e[i]u[sdem], deducto a divo N[erva]* - -'. Palatina β 10, 1275. Galeria γ 10, 1305. 1314. 1319 ad oppida spectat Campaniae, quae inter ortum solis et meridiem sita est, sc. Abellam et Abellinum.

Nuceria Alfaterna s. **Constantia** **Menenia**

C 10, p. 124. Nucerinorum primum mentio fit ad a. 438 = 316, quo ad Samnites defecerunt (Diod. 19, 61), a. 446 = 308 in deditionem accepti sunt (Liv. 9, 41, 3), sed mox ad foedus aequum admissi videntur (Cic. pro Balbo 11, 28; Polyb. 3, 91, 5), in quo fidem erga Romanos servaverunt usque ad belli Marsici tempora.

---

[38]) Mommsenum in agri titulis componendis ita secutus sum, ut ne Teretinae testem quidem exstantem Pollenae (10, n. 2399), quae est sub Vesuvio, ad Neapolim referrem sed ad Puteolos.

α 10, 1075 (Pompeis) '. . . *Vibius M. f. Men. Coeianus Nucerinus, IIII vir* - -' (quamquam incertum est, utrum cognomen an patriae nomen *Nucerinus* sit).

β 10, 1081 '*M. Virtio M. f. Men. Cerauno, aedili, II vir(o) iure dicundo,* cet. - -' 1449 (Herculanei; fortasse est civis Herculanensis, adlectus Nuceriam) '*L. Mammi* . . . | *Men., patri t* . . . | *decu[r.] mun* . . . | *Nu[ch]er. al[lecto]*'.

γ 10, 1087. 1090. 1093[39]).

Cornelia γ 10, 1088.

accedit Sarnum (C 10, p. 127).

γ 10, 8363 '*L. Caesio L. f. Men. Labeoni; L. Caesio L. f. Men., patri* - -'.

Ostia **Palatina** et **Voturia**

C 14, p. 3 sqq. Schwegler, röm. Gesch. 1, p. 600, not. 5. oppidum antiquissimum coloniae iure ab Anco Marcio rege donatum esse traditur (Liv. 1, 33, 9; Dionys. 3, 44; al.).

α 6, 2384 (Romae, lat. mil. urban. a. 198) b 8 '*C. Fundanius C. f. Pal. Nedumus Ost.*', b 11 '*[Q.] Iulius C. f. Pal. Rogatianus Ost.*', b 12 '*tess., Q. Aemilius Q. f. Pal. Datus Ost.*' 3884 (coh. urban. a. 197—198) (1, 10. 11) '*Q. Amullius Q. f. Pal. Vitalis Ost., opt. ab a. P. Aelius P. f. Pal. Lucianus Ost.*' (1, 14) '*L. Pompeius L. f. Pal. Victorinus Ost.*' (1, 20) '*C. Iulius C. f. Pal. Viator Ost.*' (1, 28) '*traec. pr. M. Iulius M. f. Pal. [Feli]xs Ost.*' (1, 30) '*C. Aemilius C. f. Pal. Felix Ost.*' (2, 17) '*T. Clodius T. f. Pal. Maximus Ost.*' (2, 19) '*L. Annidius L. f. Pal. Saturninus Ost.*' (2, 24 sq.) '*L. Caecilius L. f. Pal. Sula Ost., L. Caecilius L. f. Pal. Victor Ost.*' (2, 44) '*C. Iulius C. f. Pal. Saturninus Ost.*' (2, 48) '*Q. Caelius Q. f. Pal. Prudens Ost.*' (3, 33) '*M. Licinius M. f. Pal. Florus Ost.*' (3, 39) '*L. Gallonius L. f. Pal. Saturninus Os.*' (4, 1. 2) '*M. Fulvius M. f. Pal. Pudens Ost., M. Iunius M. f. Pal. Titianus Ost.*' (4, 6. 7. 8) '*Q. Castricius Q. f. Pal. Saturninus Ost., Q. Furfanius Q. f. Pal. Fortunatus Ost., opt. M. Aeretius M. f. Pal. Su(c)cessus Ost.*' (4, 11) '*M. Lollius M. f. Pal. Rusticus Ost.*' (4, 20) '*Q. Valerius Q. f. Pal. Calpurnianus Ost.*' 8, 2825 (Lambaesi) '- - *M. Aurelio M. f. Pal. Sextiano Ostia, 7 frumentario, exercitatori singularium imp., hastato leg. III Aug.* - -'. 14, 373 (O., post a. 211) '*L. Licinio L. fil. Pal. Herodi, equit. Rom., decuriali decuriae viatoriae equestris cos.. decurioni, quinquennali, duumviro, - - optimo civi* - -'.

β 14, 166 (O.). 292 (= 11 n. 1447*, nunc Pisis est). 306. 321. 335. 341 (Romae exstabat). 351. 352 (est Romae). 354. 371. 378. 438: tituli saeculorum I, II, III p. Chr.

γ 14, 60 ≌ 61. 309. 390 (a. 138—161) ≌ 391. 665. 741. 783. 793. 868. 949 (est Romae). 1353. 1388. 1728.

ε 14, 106 (est Romae, a. 165).

praeter Palatinam tribum Voturiae nomen in hominibus Ostiensibus ita frequens est, ut non possimus non putare Ostiam duabus tribubus, Palatinae et Voturiae, adtributam fuisse. neque video quaenam civium pars in alterutram tribum p. R. recepta sit. antiquissimus Voturiae testis β 14, 426.

α 14, 230 (est Romae) '- - *L. Iulius L. f. Vet. Victor Ost(ia)* - -' qui miles coh. vig. fuisse videtur.

β 14, 349 '*C. Fabio Longi p(rimi) p(ilaris) filio, Longi p(rimi) p(ilaris) n(epoti), Fabi Rufi pron., C. Gratti abn., Vot. Agrippae, praetori sacris Volka[ni fac(iundis)],*

---

[39]) ubi ad LIV·IVIO quod traditur cf. 6, 3884 LIVIBIVS.

dec. decr. decurio[ni adlecto], aedili, II [viro . . . . . .]'. 412 (O.?) '- - *Cn. Sergio Cn. f. Vot. Prisco, - - praetori sacris Volkani, ex d. d. aedili adlecto*' (est liberti filius). 415 '- - *C. Silio L. f. Vot. Nervae, decurionum dec. decurioni allecto, II viro, - - L. Calpurnio L. f. Vot. Saturo, d. decreto aedili allecto, C. Silio C. f. Vot. Nervae - -*'. 456 '*C. Tuccius L. f. Vot., duomvir - -*'. 72 (a. 138—161) '*M. Acilius A. f. Vot. Priscus Egrilius Plarianus, praef. aerari militar., pontif. Volcani et aedium sacrarum, p. c. - -*'.

γ 14, 358 (2, 1, 4). 417. 1166. 1393 vs. 2. 1748.

Claudiae tribus patruum et liberorum clientium tribulis β 14, 374. Cornelia γ 14 1705. Galeria γ 14, 707. Horatia β—γ 14, 324 (a. 203). Lemonia γ 14, 1808. Menenia β 14, 298 (post a. 79). de Papiria ε 14, 154 cf. 'Thibursicum Bure' Africae. Pollia et Voltinia γ 14, 1332. Pomptina γ 14, 532. Quirina β 14, 362 ♎ 363 ♎ 364. 400 (a. 141) ♎ 401. γγ 14, 479 (in homine Flaviae gentis). γ 780. 1159. ε 14, 161. 169 (a. 195). 247 (est Romae, a. 138—161), cf. 248. Succusana γ 14, 397 (O.?). Teretina β 14, 409. Voltinia γ 14, 1332 s. s. δ 14, 209.

Pompei **Menenia**

C 10, p. 89 sqq. quando Pompei in Romanorum potestatem venerint, non constat; certe nondum venerant a. 444 = 310 quo classis Romana ad Nucerinum agrum depopulandum eo appulit. bello Marsico a Romanis desciverunt (Appian. b. c. 1, 50. Oros. 5, 18. Vell. 2, 16). post coloniam a Sulla Pompeios deductam unam, non quod diu ob Cic. pro Sulla c. 21 crediderunt multi vv. dd. duas exstitisse res publicas, probavit Mommsen.

β 10 1019 '*T. Terentio T. f. Men. Felici maiori, aedil(i) - -*'. 1024 '*A. Umbricio A. f. Men. Scauro, II vir(o) i. d. - -*'. 1037 '*L. Ceio L. f. Men. Labeoni, iter(um) d(uo)v(iro) i. d. quinq(uennali) - -*'. 1064 '*L. Avianius L. f. Men. Flaccus Pontianus, Q. Spedius Q. f. Men. Firmus, II vir(i) i. d. - -*'. 1074 (post a. 751—752) d: '*A. Clodius A. f. Men. Flaccus, II vir i. d. ter quinq., trib. mil. a populo - -*', e: '*L. Cellius L. f. Men. Calvos, decurio Pompeis*' (c vide sub Palatina).

γ 10, 8058, 29 '*T. D(. . . . .) M. f. Men. Pantherae*'.

10, 1075 cf. s. v. Nuceria.

Palatina β 10, 1074, c (vide supra) '*A. Clodius M. f. Pal., scriba, magist. pag(i) Aug(usti) Fel(icis) sub(urbani)*'. Collina γ 10, 1046 (litt. saec. Augustei). Fabia ε 10, 797 (a. 47—54). Falerna γ 10, 1033. Papiria γ 10, 8047, 18a et b. Velina δ 10, 960 (ante a. 751—752).

Praeneste **Menenia**

C 14, p. 288 sq. Praenestini post annum 416 = 338, quo longa bellorum et foederum serie exacta in Romanorum dicionem venisse videntur, suis legibus et magistratibus usi sunt ad bellum Marsicum usque. anno 667 = 87 Appiano (b. c. 1, 65) teste Cinna consul ἐξέδραμεν ἐς τὰς ἀγχοῦ πόλεις τὰς οὐ πρὸ πολλοῦ πολίτιδας Ῥωμαίων γενομένας, Τίβυρτόν τε καὶ Πραινεστὸν κτλ.

α 6, 2382 (Romae, laterc. mil. praet., m. f. a. 177) b 11 '*equ., C. Laetilius C. f. Men. Splus Praen(este)*'. 3884 (coh. urb. a. 197—198) 2, 43 '*M. Trutelius M. f. Men. Liberalis Praen.*' (2, 46) '*sig. T. Celsius T. f. Men. Crescens Praen.*'

β 14, 2972 (a. 243) '*P. Acilio P. f. Men. Paullo, IIIIII vir(o) Aug., q. col., aed., II vir(o),* cet. - -'. 2974 '*M. Albinius M. f. Men., aed., II vir,* cet. - -'.

2888 (saec. III in.) '- - *C. Valerio C. fil. Men. Dolutio Marciano, VI vir(o) Au[g.], dec., omnibus honoribus curiis muneribus functo - -'.* 2991 = Orelli 3051 (cum suppl. 3, p. 265) '*A. Munio A. fil. Men. Euaristo, spl. eq. R., pat. col., omnibus honor. nitide functo - -*'. C 14, 2987 = Or. 3749 (Labicis) '*L. Herennio L. f. Men. Cossutiano, decurio allectus . . . curia Praeneste - -*'. C 14, 2992 '*L. Nivellio L. f. Men. Prisco, harispici, allecto inter decuriones - -*'.

γ C 14, 3359. 3381. 3391. 3413.

Aniensis C 14, 2960 v. sub 'Capitulo Hernicorum', γ 3362 (idem homo ter dictus). 3393. Arnensis γ C 6, 2625 = 14, 2844 = Hübner ex. 315 ('facile originis urbanae' Dessau). Collina γ C 14, 3380. Fabia γ C 10, p. 979 = 14, 2827. Horatia ε C 14, 2925 (post a. 117) = (?) 2925ª. Papiria ε 2933. Pollia δ 2954. 2958. Pupinia ε 2924 (coll. Dessavii nota). 2930. 3004. Quirina γ 2931. δ 2957. Romulia β 2989. *Se[r(gia)]*?? β C 1, 1134 = 14, 2890 v. sub 'Tarento'. Sergia γ 3379. Stellatina ε 2937. Tromentina δ 2961 v. sub 'Vienna'. Palatina α (?) C 14, 2947 (post a. 192). β—γ 2839. γ 3004. 3389.

Privernum **Oufentina**

C 10, p. 637. '*oppidum captum redditumque Privernatibus* — ex annalium fide narrat Livius 8, 1, 3 ad a. 413 = 341 — *praesidio valido inposito agri partes duae ademptae*'. bello autem a. 425 = 329 iterato et confecto Privernates maximas dicuntur subiisse poenas; quibus exactis '*ex auctoritate patrum latum ad populum est, ut Privernatibus civitas* (sc. sine suffragio) *daretur*' (Liv. 8, 21, 10; cf. Valer. Maxim. 6, 2, 1). at tamen bellum prius ficticium videtur esse et quidem ob similia consulum nomina a. 413 = 341 et a. 425 = 329 excogitatum et 'vere pertinere ad a. 436, quo instituta est tribus Oufentina teste Festo p. 194' (Mommsen l. c.). ad suffragii communionem quando pervenerint non constat, sexto saeculo a. u. c. id factum esse Mommsen coniecit 10, p. 510.

α C 6, 3884 (laterc. coh. urb., m. f. a. 198) vs. 2, 36 '*C. Mollius C. f. Ofen. Noetus Priv.*' cf. Festum p. 194 '*Oufentinae tribus initio causa fuit nomen fluminis Oufens quod est in agro Privernate mare intra et Tarracinam. Lucretius* [immo *Lucilius*]: *Priverno Oufentina venit fluvioque Oufente. postea deinde a censoribus alii quoque diversarum civitatum eidem tribui sunt adscripti*'.

γ 10, 6447 '*L. Asinio(s) L. f. Ouf. Cudia - -*'. 6457 '*[M.] Trebelli C. [f.] Ouf. - -*'.

Puteoli **Palatina** (et **Falerna?**)

C 10, p. 182 sqq. — fuit ante Cumanorum; postea coloniam eo deduci iussit populus Rom. a. 557 = 197 et deduxit a. 560 = 194 (Liv. 32, 29, 3. 34, 45, 1 cf. 34, 42, 6; Vell. 1, 15; Strabo 5, 4, 6 p. 245; lex parieti faciendo a. 649 = 105). Puteolos aeque atque Ostiam, alterum Urbis portum et quodammodo partem in Palatina censos fuisse tituli militares urbani 6, 2384 et 3884 evincunt; Palatinae tribulium quorum lapides e Puteolorum ruinis ipsis emerserunt vel potius emersisse videntur[40]), unus alterque etiamsi alius cuius-

[40]) museum illud Neapolitanum pulcherrimum lapides continet cum ex omnibus Italiae inferioris oppidis, quae in regum Neapolitanorum dicione fuerunt, atque etiam

libet oppidi civis fuisset in Palatina censeretur necesse fuit; quare hi testes minus mihi vigent. inter reliquas tribus, quas tam multas in oppido celeberrimo reperiri nemo credo mirabitur, principem locum et numero et argumento Falerna obtinet. possis eos omnes homines dicere Capuanos Atellanos Nolanos alios; at non ausim consentire, intercedere enim videtur nescio quaenam ratio inter civium genera oppidorum in Palatina censorum; neque Romae procerum quemquam in Palatina censum tenemus et Ostiae magnam oppidanorum partem ad Voturiam accedere constat.

Palatina:

α 6, 2384 (laterc. mil. urban., a. 198) b 3 '*M. Valerius M. f. Pal. Cassius Puteol.*' 3884 (coh. urb. lat. a. 197—198) 2, 4 '*C. Statius C. f. Pal. Crescens Puteol.*' 3, 4 '*M. Octavius M. f. Pal. Lateranus Puteol.*' 3, 8—11 '*L. Lucilius L. f. Pal. Saturninus Puteo., Q. Agrinius Q. f. Pal. Saturninus Puteo., M. Aurelius M. f. Pal. Annianus Puteo., C. Cornelius C. f. Pal. Felix Puteo.*' 3, 24 '*b. tr., L. Hostorius L. f. Pal. Crescentianus Pute.*' 3, 36 '*Q. Cornutius L. f. Pal. Honoratus Puteo.*'

β 6, 1944 (Romae). 10, 1576 (P.?) hominis a libertino (?) oriundi. 1795 (est Neapoli). 1807 filii libertini (?) hominis.

γ 10, 1633 (a. 112).

δ 10, 1777 (exstabat Neapoli).

Falerna:

β 10, 1685 = 11, 95*$_3$ (est Neapoli, dubitans inter Puteolanos collocavit Mommsen; ante a. 14) '*L. Bovius L. f. L. n. Fal. Celer, II vir, q., augur,* cet. - -'. 1799 (id.) '*C. Victorio C. fil. Fal. Firmo, aedil(i), q(uaestori), II vir(o),* cet. . . . . . .' 1806 (id.) '. . . . . . *onio S[ex? f.] Fal. Musculo,* cet., *quaest., II vir(o) bis, ter- t(ium) quinq(uennali)* - -'.

γ 10, 2130. 2400, vs. 1. 2415. 2569 '*C. Iulius C. f. Fal(erna) Rufus sibi et C. Iulio Musogenis f. Fab(ia) Menophilo patri - -, (. .) Iulio C. f. Fal(erna) Basso fratr(i)* - -'; patris scilicet tribus ad condicionem ipsius ni fallor pertinet [41]), filii autem in tribum patriae venerunt. 2639 ≌ 2640. 3086*.

ε 10, 1708?

Collina, quae certe non ad patrium oppidum, sed ad hominis condicionem pertinet, α 10, 1782 '*L. Annio L. f. Col. Modesto, hon(orato) equo publ.*, - -', cui decuriones '*in curia basilicae Augusti [An]nianae*' II viris rogantibus statuam fieri ab Annio Adiecto liberto loco adsignato a II viris censuere, ut defuncti patrem Annium Numisianum, virum ornatum, bonum *civem* piumque patrem in tam gravi fortunae iniuria qua posset indignatione a tanta avocarent tristitia'. γ 10, 8182. Claudia, Misenatium tribus β 10, 1957? δ 10, 1761 (cf. auct. 10, p. 1008). ε 10, 1593. Clustumina γ 10, 2764 (P.?).

Roma ex urbe advectos, tum in vicinis regionibus eruderatos. inter eos facillime Pompeiani et Herculanenses tituli separari possunt aut actis musei testibus aut ob argumentum. de reliquis non ita constat, cum saepissime acta musei sileant. hoc autem teneamus Mommsen 10, p. 1009 admonet, initio huius saeculi exstitisse 'Neapoli tria musea publica in universum ad origines ordinata, Farnesianum urbanum, Porticense Puteolanum, denique Herculanense. itaque de origine maioris partis incertarum musei Neapolitani decisum est, ut certo iure agro Puteolano attribui possint'. Puteoli enim clarissimum et opulentissimum oppidum totius sinus, quem nos Neapolitanum, Puteolanum veteres dicebant, pleraque nobis Romanae aetatis documenta servavit.

[41]) KT, p. 117 (Iuliorum n. 12).

Fabia non habet quod offendat in Iuliorum titulis 10, 2569 s. s. et 1878. praeter hos γ 10, 3071. δ 10, 1767. Horatia δ 10, 1757. Oufentina γ 10, 1939. Papiria γ 10, 3200 (P.?). Quirina semel in Claudio homine 10, 2274 (KT, p. 119, Claud. n. 20). γ 10, 2838. ε 10, 1687 (non ante a. 270—275). Sabatina γ 10, 2333 (saec. fortasse primi). Teretina γ 10, 2399 (litteris antiquis). Velina γ 10, 2841. Voturia δ 10, 1758.

Salernum **?**

C 10, p. 61. Livius 32, 29, 3 C. Acilium tr. pl. narrat legem tulisse a. 557 = 197, ut ad castrum Salerni colonia c. R. deduceretur; Salernum coloniam factam a. 560 = 194 idem (34, 45, 2; cf. Vell. 1, 15, 3) memoriae tradidit. — lapides Salerni vel prope Salernum exstantes, in quibus tribuum nomina reperiuntur, cum neque patriam diserte enuntient neque certa ratione cum Salerno civitate coniungi possint non sufficiunt ad quaestionem de huius rei publicae tribu absolvendam.

Falerna γ 10, 627 '- - *Proculeius C. f. Fal.*[42]) *Magnus* - -'.

Quirina γ 10, 569 (cum auct. p. 1005) '- - *C. Pomponius (?) M. f. Quirin(a) Xsermius (?), iuri studiosus* - -'. 643 '- - *M. Titiceni M. f. Qui. Maximi* - -'.

hos titulos, quos modo dixi, Mommsen citat quo loco de Salerni tribu disserit; addam duos titulos, sed quos quonam modo intellegam nescio; in altero 10, 557 (qui Positani inter Amalfi et Minervae prom. exstat) Appuleiorum qua cognosci potest plus LX memoria traditur, omnium libertinorum (2, 16 nec pater nec patronus nominatur); inter eos 2, 8 invenitur '*L. Appuleius L. f.* GA PHILOC (GAPHILOS cod. Barb. cl. 58, n. 16 f. 177 — auct. 10, p. 1005 — GA PHILOC Pansa); Mommsen in indicibus cognomen exhibet *Ga Philoc(alus)*, ego si huius Appulei solius in lapide adservaretur memoria, *Ga(leria)* [vel *Gal(eria)*, GA_] *Philoc(alus)* temptarem, nunc non audeo. alterum titulum 10, 645 (in littore Amalfitano in ecclesia del Casale del Ponte) unicus testis Camera, rei epigraphicae non adeo gnarus, sic exhibet '*valeriae* | *c. f.* | *ouf.*'; in femina tribus ferri non potest itaque testi illi hic fidem nullam habeo.

Setia **Pomptina?**

C 10, p. 640. in agro Pomptino Setia Latini iuris colonia deducta est, cf. Vell. 1, 14, 2; novi coloni adscripti sunt a. 375 = 379 (Liv. 6, 30, 9).

in libri 'de trib. orig.' p. 45, not. 159 nescio an recte coniecerim in titulo lectu difficillimo ε 10, 6465 versum 1 sq., qui sic traditur C · OPPIO · C · F · PONI · POM | IVS ////// legendum esse ita fere: '*C. Oppio C. f. Pon[t(ina)] Pom . . ius[o]* . . .; fuit autem ille homo '*p(atronus) c(oloniae) S[et(inae)]*'.

Sinuessa **Teretina(??)**

C 10, p. 463 sq. in Ausonum oppidi Vesciae agro a. 459 = 295 (Vell. 1, 14, 5) vel a. 458 = 296 (Liv. 10, 21, 8) haec civium condita est colonia. de tribu non constat.

Teretina (de qua constaret, nisi Minturnae vicinae essent): β C 1, 1199 = 10, 4727 (Carinolae in agro Falerno) '*L. Papius L. f. Ter. Pollio, duovir: L. Papio L. f. Fal. patri: mulsum et crustum colonis Senuisanis et Caedicianeis* (qui sunt Sinuessae vicani, cf. Plin. 14, 6, 62) *omnibus, munus gladiatorium cenam colonis Senuisanis et Papieis* (i. e. iis qui nomine

---

[42]) sic Vallamberto, C · F · F · ALL Como et Procaccelli, C · FLA Staibano.

Papiorum essent), *monumentum hs (duodecim) ex testamento, arbitratu L. Novercini L. f. Pup. Pollionis*'. pater et filius Polliones quod in diversis tribubus fuerint inde explicari credo, quod filius alterius atque paternae rei publicae civis factus est, Sinuessae putaverim; pater autem ad oppidum aliquod in Campania media situm accessit. Pupiniam, quo pertineat, referre nescio; certo oppidum aliquod in his partibus situm in hac tribu fuerit necesse est, quoniam sat multi Pupiniae testes in his potissimum agris prodierunt, dico Capuanos titulos 10, 3897. 4353. 4409. Trebulanum 4568. γ 10, 4739 vs. 1 ;L·F·TER·LC·. Falerna v. 10, 4727 s. s. Pupinia v. 10, 4727 s. s. Quirina β 10, 4737 (fortasse interpolatus) '*Sex. Caecilius Sex. f. Quir. Birronianus, scriba librar(ius) quaest(orius trium) decuriarum, quinquen(nalis), p(atronus) c(oloniae) Sinues(sae)* - -' ≌ 6, 1808 (Romae) '- - *Sex. Caecilius Sex. f. Quir. Birronianus et M. Caecilius Sex. f. Quir. Statianus*'.

Sora **Romulia**

C 10, p. 560. Soram Romani a. 409 = 345 (Liv. 7, 28, 6) expugnaverunt bisque amissam a. 439 = 315 et 448 = 306 receperunt a. 440 = 314 (vel 442 = 312) et 449 = 305 (Liv. 9, 44, 16. Diod. 20, 90). colonia iuris Latini quae a. 451 = 303 ibi est condita (Liv. 10, 1, 1. Vell. 1, 14, 5), ad bellum Marsicum usque mansisse videtur. fuit inter illas colonias Latinas quae bello Hannibalico militiam detrectabant ideoque fidei quam violaverant meritas poenas luerunt (Liv. 27, 10, 8. 29, 15, 5 coll. Mommseno l. c.).

α EE 4, 887 (Romae, laterc. coh. praetor. a. 142) 2, 26 '. . . *P. f. Rom. Maximus Sora*'. C 6, 1, p. XI n. 31 ex anonymi Einsidlensis sylloge = 6, 14313 '- - *M. Camurius P. f. Rom., Soranus* - -', si quidem *Sorani* voce Sora patria recte intellegitur.

β 5, 976 (Aquileiae) '*P. Caesius P. f. Rom., aedilis Sorae, publicanus Romae* - -'. 10, 5714 '*M. Baebio M. f. Rom. Secundo, aed., p[r]aef. i. d., II vir q[q].*, cet., *M. Baebius M. f. Rom. Sabinus, M. Valerius M. f. Rom. Septiminus, M. Valerius M. f. Rom. Secundinus, hered(es) eius* - -'.

γ 10, 5723. 5724. 5725. 5728. 5737. 5738. 5742. 5746, 5753. 5755. 5756. 5758. 5761. 5773, fortasse etiam 5710.

accedit Romuliae testis 10, 5677 s. v. Arpinum relatus, et alter 10, 5811 rep. Aletri. Cornelia γ 10, 5732 originem potissimum Arpinatem indicat.

Stabiae **Menenia**

C 10, p. 84. Stabiae a. 665 = 89 a L. Sulla deletae sunt, Plin. 3, 5, 70, App. b. c. 1, 42. '*nunc in villam abiit*' ait Plinius l. c.; quonam tunc pertinuerit, ad Pompeios an ad Nuceriam an ad Surrentum non video. dolendum est, quod initium vs. 3 tituli 10, 772 hiatu scatet (*'d. m. . . . aesius Daphnus, [augus]tal. Nuceriae et | . . . . . aedem geni Stabiar(um) | [delapsi]s marmorib. [v]exata | [ae]de restituit'*).

Menenia γ 10, 8133 '*Sex. Atti L. f. Men.* - -'

Fa[l(erna)?], quae est tribus oppidorum Campaniae septemtrionalis γ 10, 8136 '*C. Valerio C. f. Fa[l.?] Rufo* - -'.

Sublaqueum, oppidulum in Hernicis (q. v.) situm, sua re publica non videtur usum esse. quod autem viri docti (Bunbury in Smithii lex geogr. 2[2],

p. 1041) e Taciti annalibus (14, 22[43]) Subiacenses Tiburtium finibus comprehensos esse intellegere sibi videbantur, vide ne erraverint verbisque Taciti minus diligenter in hac re compositis nimiam auctoritatem tribuerint, quod idem etiam Dessau C 14, p. 354 bene et quidem fusius monuit.

tribus unius vestigium in Subiacensi agro repertum est, Aniensis: γ 14, 3460 (litteris bonis et ut videtur rei p. liberae) '*L. Maenius Q. f. Ani. - -*'.

ceterum hoc potissimum loco adnotandum mihi videtur, in universo agro, qui inter Capitulum Hernicorum et Tibur in confinio regionum primae et quartae situs est, Aniensem solam regnare. sed cum civitatium singularum in his partibus sitarum territoria definire non possimus, satis habeo tribules secundum ordinem vicorum, qui nunc sunt, digerere:

Ampilione γ C 14, 3521 '*[. . Do]mitio T. f. An. [I]usto . . . . . .*'.

Belvedere (inter Olevano et Pagliano) δ C 14, 3438 (litteris aevi fere liberae rei p. extremi) '*M. Munatuleius M. f. Ani. Marcellus, [trib. mil.] a populo, M. Munatuleius C. f. Ani Moderatus pater*'.

Castelmadama γ C 14, 3519 '*T. Annio[l]enus M. f. Anie. - -*'. accedit Sergiae tribulis δ 3515 (litteris optimae aetatis) '*L. Baebio L. f. Serg. Balbo, trib. mil. leg. VIII, item trib. m[il.] . . . . . .*'.

Ceciliano γ C 14, 3504 '*C. Annius T. f. Ani. - -*'. 3508 '*C. Macedinus C. f. Ani. Rufus*'. 3510 '*T. Veti St(ati) f. Ani. Laeontini*'. 3513 '*- - A. Cervio A. f. Ani. Plebeio fratri C. Cervius A. f. Ani. Flaccus - -*'. accedit Camiliae tribulis, quem Tiburtinum esse veri simile, γ 3506 '*L. Caelio Ti. f. Cam. Montan(o) - -*'.

Rocca Canterano γ C 14, 3466 '*. . . nius St. f. Ani. Hesia . . ., . . . nius T. f. Ani. Salu . . ., . . . nius T. f. Ani. Pol . . ., . . . nius M. f. Ani. Ru . . .*'.

Saracinesco γ C 14, 3494, vs. 2 '*| . . . L. f. Ani Pilo|*'.

(in Monte Papese Galeriae mentio fit ε C 14, 3516, aetatis Hadrianeae '*- - M. Messi M. f. Gal. Rustici Aemili Afri. Cuti Prisciani Arri Proculi X vir(i) stlitibus iudicandis*, cet.')

ceterum conferas quaeso quae de Afilis et de Treba Augusta in hoc agro sitis dixi.

Suessa Aurunca — Aemilia

C 10, p. 465. Suessam a. 441 = 313 colonia iuris Latini deducta est (Liv. 9, 28, 7. Vell. 1, 14, 4).

α 5, 912 (Aquileiae) '*C. Firmidius C. f. Aem. Rufus Suess(a) Aurunca, mil. coh. VI pr. - -*'.

γ 10, 4743 '*- - M. Maecius Q. f. Aem. Arat(or)*'. 4776 '*C. Varius T. f. Aem. - -*'.

Quirina ε 10, 4750. Teretina γ 10, 4777, quae Minturnensem fortasse originem indicat.

Surrentum — Menenia

C 10, p. 76.

α 6, 221 (in vigilum laterculo a. 113) vs. 2, 10 '*sec(utor) tr(ibuni) Ti. Claudius Men. Latinus Surr(ento)*'.

---

[43]) '*discumbentis Neronis apud Simbruina stagna, a quis Sublaqueum nomen est, ictae dapes mensaque disiecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo*'. verumtamen Tacitus his verbis, si ea iuste audimus, Sublaqueum ipsum vicum in Tiburti agro situm fuisse diserte non dicit.

β 10, 688 '- - || *L. Cornelio L. f. Men. M. . . . . ., flamini Romae Ti. C[aes. Aug.], auguri, aed., II vir(o) qu[inquenn(ali)], praef. fabr. bis - -*'.

γ 10, 689 '*L. Arruntio P. f. L. n. Men. Rufo Eiedio Proculo - -, huic decuriones statuas duas - - ponendas decreverunt*'.

Falerna γ 10, 680 II (ante a. 14).

Tarracina **Oufentina**

C 10, p. 623 sq. Anxur Volscorum a. 348 = 406 Romani cepisse dicuntur; certe cum foedus cum Carthaginiensibus faciebant a. 406 = 348, eum agrum possederunt (Polyb. 3, 22, 11); a. 425 = 329 colonia c. R. eo deducta est (Liv. 8, 21, 11. Vell. 1, 14, 11).

α 3, 6086 (Ephesi) '*L. Memmius T. [f.] Ou[f.] Tarrichinensis - -*'. 6, 2920 '*- - L. Patulcio T. f. Ouf. Celso Tarr., mil. coh. XII urb. 7 Claudi - -*'. 3884 (laterc. coh. urb. a. 197—198) 2, 10 '*C. Cornelius C. f. Off. Tato Tarr.*', 2, 49 '*C. Vettius C. f. Ofent. Vitalis Tarr.*', 4, 24 '*Sex. Aurelius Sex. f. Ofentin. Ingenuus Tarr.*', 4, 29 '*Q. Marcius Q. f. Ofent. Marcianus Tarr.*'

β 10, 6330 '*- - M. Tati M. f. Ouf. Rufi, duovir(i) - -*'.

γ 10, 6326. 6362. 6386. 6388. 6394. 6396. 6401. 6404. 8264. 8271.

δ 10, 6325.

Falerna γ 10, 6373 (cum add. p. 984). Fabia ββ 10, 6318. Galeria δ 10, 6309 (cum add. p. 1015, a. 29—37?). Quirina ε 10, 6322 (Tarracinae ante a. 169) ♎ Wilm. 1194 (Tibure) ♎ Mur. 173, 8 (Tibure) ∾ 10, 6321. γγ 10, 6324. PVB · (vel PVP · ?) β 10, 6326 una cum Oufentina dicitur.

Teanum Sidicinum

C 10, p. 471. Mommsen Teanenses sive Sidicinos ca. a. 412 = 342 in fidem Romanorum (Liv. 7, 29, 4 sqq. ad a. 411 = 343 et 8, 1. 2 ad a. 413 = 341) receptos, mox una cum Campanis a. 420 = 334 (Vell. 1, 14, 3, qui errore habet a. 433 = 321) civitate sine suffragio donatos esse docet coniecturis satis probabilibus. de tribu non constat; reperiuntur enim

Falerna δ 10, 4786 '*C. Cabilenus C. f. Fal. Gallus, leg(ionis) VIII Mutinensis*'.

Quirina γ 10, 4820 '*C. Vibio C. f. Quir. Norbano - -*'.

Teretinam latere suspicatur Mommsen β (?) 10, 4795, vs. 1 }PAF INFT ER} {NASIIAE} {QVINQ}; sic etiam suspicari licet Claudiam 10, 4806, vs. 1 '*C. Clodio C. f. Cia . . . aud . .*' subesse. praestat autem utrumque testimonium omnino omittere.

conferas ea quoque quaeso quae infra de Rufranis dicentur, quae utrum ad Venafrum an ad Sidicinos pertinuerint, parum adhuc liquet. de 10, 4624ᵃ (Tromentina) v. Cubulteriam.

Treba Augusta **Aniensis**

C 14, p. 353; cf. 'Hernicos'.

Aniensis γ C 14, 3453 '*C. Suestidius M. f. Ani. Frege . . . . - -*'.

Menenia β C 14, 3448 (a. 33—34) '*- - M. Castricius M. f. Men. Mutro, quinq. - -*'.

Trebula Balli(ni?)a

C 10, p. 442. 'meminerunt, ait Mommsen, Trebulae huius ex antiquis Livius fortasse 10, 1, 2 ubi refert Trebulanis a. u. c. 451 civitatem datam

esse, certo 23, 39 ubi narrat Trebulanos, cum ad Poenos defecissent, a. u. c. 539 vi a Romanis receptos esse una cum Cubulterinis.'

Pupinia (de qua tribu cf. quae ad Sinuessam dixi): γ 10, 4568 *'M. Marius M. f. Pup. [S]ophu[s] M. Mario M. f. Pup. Luperco fil(io)'*.

Palatina (10, 4564) referenda videtur ad hominem Capuanum. ceterum conferas quaeso, quae infra ad Trebulam Mutuescam (regionis quartae) dicentur.

Tusculum **Papiria**

C 14, p. 252 sqq. 10, p. 509. Tusculi res antiquiores omitto; ante annum certe 416 = 338 '*civitatem*' (sc. sine suffragio) Tusculanis concessam esse credamus Livi auctoritas (8, 14, 4) nos admonet. non ita multo post in suffragii quoque communionem venisse videntur.

α Livius 8, 37, 8—12 Tusculanis a. 431 = 323 narrat Polliam tribum infestam se praebuisse: (§ 12) '*memoriamque irae eius Tusculanis in poenae tam atrocis auctores mansisse ad patrum aetatem constat, nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum*' Liviumque secutus est Valerius Maximus 9, 10, 1 '*quam ob causam Papiria tribus, in qua plurimum postea Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem umquam candidatum Polliae tribus fecit magistratum*'. schol. Bob. ad Cic. pro Planc. 8, 20, p. 254 Or. '*Tusculani plurimum livoris - - circa municipes suos habuisse videntur. - - nec aliter etiam Lucilius de eorundem moribus sentit hoc dicens: prima Papiria Tuscolidarum*[44])'. C 6, 219 (a. 130) '- - *coh(ortis) IV* [sc. vigilum] *7 Coeli C. f. Papiria Valent(is) Tusculo* - -'.

γ 14, 2574.

Aniensis ε 14, 2609 (ad Alexandriam Troadis referenda videtur). δ 14, 2523. Arnensis ε 14, 2498 (post a. 117). Claudia ε 14, 2501 (post a. 157). Clustumina γ 14, 2688. Collina in libertini hominis filiis duobus 14, 2523. Palatina β 14, 2634. Pupinia γ 1, 1046 = 14, 2691. Quirina β 14, 2636 (a. 131). Velina ε 14, 2604 (ante Neronem). 2607 ad Piceni Firmum referenda.

Velitrae

C 10, p. 651 sq. taceo de iure Latii quo Veliterni inde ab a. 260 = 494 usi dicuntur in annalibus vetustis; id enim a. 361 = 393 defectione amiserunt omnino neque usque ad bellum Hannibalicum receperunt; neque in coloniis iuris Latini, quas tum fuisse constat, numerantur Veliterni et post illam defectionem in bellis cum aliis tum Latino cum populo Romano saepius armis acerrime contenderunt. Mommsen (eiusque opinio quominus vera sit nihil opinor officit) ob defectionem in civium sine suffragio gregem abiectam neque suffragium nactam esse civitatem ante bellum Marsicum putat. de tribu non constat; reperiuntur enim Clustumina Quirina Stellatina, ut Scaptiam tribum Octaviae gentis, quam inde praecipuam ortam Suetonius (Aug. 1) auctor est, omittam.

Clustumina β 10, 6555 '*M. Ofasius Firmus Marus Cornelius Mari f. Clu. Cossinus, praefectus fabrum*, cet., *II vir, patronus colon(iae) Fortunis Antiatibus d. d.*'.

Quirina β 10, 6576 '*Q. Graio Q. f. Quir. Iamo, praef. fabr., II vir(o)* - -'.

Stellatina γ 10, 6598 (V.?) '*L. Careius C. f. Stel.* - -'.

---

[44]) quae tradita sunt: *tu solidarum*, Wunder apte emendavit.

Venafrum **Teretina**

C 10, p. 477. 'de populi vicibus auctores silent, nisi quod Venafrum fuisse inter oppida c. R., in quae quotannis a praetore urbano praefectus mitteretur, ex Festo (v. praefecturae p. 233) intellegitur, item traditur bello Italico Venafrum cum cohortibus duabus a Mario Egnatio proditione captum esse (Appian. b. c. 1, 41)' Mommsen l. c.

α 6, 3541 (Romae) '*M. Ovius M. f. Ter. Rufus Venafr(o), - - C. Veliternio C. f. Ter. Sabino, privigno, tr(ibuno) mil(itum)*'. Venafranus origine videtur etiam ille '*[L. Gab]inius L. f. Ter. [Cosmian]us, trib. leg. VI, augur.*, . . . cet., cui '*[Inter-amna]tes Lirenates*' utpote benevolo '*[patr. e]t cur. r. p.*' titulum 10, 4860 Venafri posuerunt; item 10, 4886 '*M. Munatio M. f. Ter. Prisco Aquinates patrono - -*'.

β 10, 4862 (a. 14/37) '*- - M. Vergilio M. f. Ter. Gallo Lusio patri, prim(o) pil(o) leg. XI*, cet., *II vir(o) iterum, pontif(ici); A. Lusio A. f. Ter. Gallo fratri, trib. mil. leg. XXII Cyrenaicae* (sc. Deiotarianae), *praef. equit.*' 4867. 4872 (post a. 14). 4873 (post a. 117). ∾ ε 4864 = (?) 4985. 4876. 4877. 4881 '*C. Herennio C. f. Ter. Melai, aedili, II. vir(o) - -*'. quem L. Nonio Asprenate cos. III Non. Sept. (a. 6 p. C.) natum, mortuum A. Gabinio Secundo cos. III Non. Sept. (ante a. 41 p. C.) constat. 4883. 4884. 4885. 4887. 4893.

γ 10, 4842. 4871. 4878. 4890. 4899, vs. 2, 4931. 4945. 4950, 4954. 4956. 4964. 4967. 4974. 4982. 4988. 4989. 4991. 4992. 4996. 4997. 4999. 5006. 5007. 5018. 5021, fortasse etiam 5029, vs. 2.

adde 9, 2714 Aeserninum, fortasse etiam 9, 2469 Saepinatem.

titulum 10, 4868 ad Forum Iuli Narbonense revocamus.

Pollia γ 10, 4966.

Rufrae (10, p. 475). quod Livius 8, 25, 4 ad a. 428 = 326 et *Allifas* **Callifas*que et *Rufrium* oppidum a Romanis captum narrat, si recte Rufrium oppidum dicit nosque recte ad Rufranos paganos, quorum mentio fit in titulis n. 4830 (a. 725 = 29). 4831. 4833 Presenzani et in contiguis partibus repertis, referimus, eo tempore vel non ita multo post res p. huius oppidi sublata sit necesse. qua sublata cuiusnam civitatis pars R. evaserint, Venafri facile vel Teani, ut efficiatur, disertus testis praesto non est; Teretinae tribulis lapidis infra dicendi Venafranus esse potest, quoniam Venafrum in Teretina fuit; nec vero cum desint certa argumenta tribus Teani efficiendae, ab hoc oppido titulum quem dixi prorsus abiudicare placet.

γ 10, 4836 (Presenzani) '*M. Baronio L. f. Ter.*'

Verulae **Cornelia**

C 10, p. 565. de eius fatis v. 'Hernicos'.

β 10, 5796 (a. 197) '*- - L. Alfio L. f. Cor. Valentino, II vir(o iterum) qq., p(atrono) m(unicipi) V(erularum), curat. reip. col. Casinatium*' cet.'

γ 10, 5798 '*Q. Blaesio Q. f. Cor. Rufo - -*'.

Ulubrae **Pomptina**

C 10, p. 642.

α 10, 6491 '*- - M. Asidonio M. f. Pom. Attico, d(omo) Ulubr(is) - -*'.

Collina β 10, 6489 '- - *M. Petroni M. f. Col. Montani, veteran(i) ex praetor(io) Aug(usti), decur., II vir(i) Ulubr(is), quaestori(s) r. p.*' 6490 '*C. Oppius Sp. f. Col. Rufus, pagi magister, idem praefectus Ulubris iure dicundo* - -'. Menenia γ 10, 6496. Scaptia γ 10, 6493 vs. 2. Tromentina γ 10, 6494 vs. 1.

Volturnum

C 10, p. 357. a. 560 = 194 colonia c. R. eo deducta est (Liv. 34, 45, 1. cf. 32, 29, 3. Varro l. L. 5, 29).

Falerna β 10, 8215 (a. 198) '*C. Iulio C. f. Fal. Magno, nauarc(o) princ(ipi) clas(sis) pr(aetoriae) Misen(ensis), adlec(to) in ord(inem) decur(ionum) et inter (duo)virale[s] decret(o) decur(ionum) p(ostulatione) p(opuli)* - -'. Pa[latina] vel Pa[piria] 10, 3723, v. sub 'Capua'. Qui[r(ina)] 10, 3724, v. sub 'Tiburte'.

Regio II.

Aecae **Pa[p(iria)?]**

C 9, p. 85.

α C 6, 2381 (Romae, lat. coh. praet. a. 153) a 2, 11 '*d. d., L. Geminius L. f. Pa[. Maximus Aec.*'; ab *Aec.* litteris quod scio nisi Aecarum et Aeclani nullius oppidi nomen incipit; ad Aeclanum autem oppidum *Pa* . . . . . tribus non pertinet.

Aeclanum **Cornelia**

C 9, p. 98 sq. 121[45]). — usque ad bellum Italicum civitate Aeclanenses caruerunt; eo autem tempore pars a Romanorum partibus steterunt, pars arma cum iis contulerunt.

α C 9, 1151 (Aeclani) '*L. Ca[lven]tio (?) L. f. Cor. L . . sio*[46]) - - *v(iro) e(gregio), c(ivi), patr(ono) et curat(ori) splend. col. Aeclanensium* - -'.

β C 9, 1123 *[L. Eggio . .] f. Cor. Ambibulo Pom[ponio Lon]gino Cassiano L. Maecio Pos[tumo, cos.* (a. 126),*] flam. Claud.*, cet., *II vir(o) q[q., item (?) pa]t(rono) col(oniae)* - -' ∾ 1165 '- - *M. Pomp. Bassulo Cor. Longiniano, eq. R., L(aurenti) L(avinati)* - -' (qui est avunculus consulis n. 1123) ∾ 1164 '- - *M. Pomponio M. fil. M. n. M. pron. M. abn. Corn. Bassulo, II vir(o) qq.* - -' (est avus cos. n. 1123). 1132 '*[C]. Betitio C. f[il. C]or. Pietat[i, p]raef. coh. pr[im(ae) Fl]aviae Comm[agen]orum,*

---

[45]) ager Aeclanensis quousque pertinuerit Compsam versus et Abellinum difficile est definire; attamen hoc unum crediderim non posse revocari in dubium, quin Frigento vicus in Aeclanensium pertica fuerit; nam in titulo n. 1049 (et 1050?) ibi rep., qui vocantur duumviri iure dicundo, non sunt Compsae, sed Aeclani, postquam colonia factum est. quapropter Frigento et proximum Gesualdo, quamquam illo loco qui reperti sunt tribulium tituli n. 1049 et 1050 uterque Galeriam, Compsinam tribum, habent, huius autem loci Stellatinae tribules propter Beneventi vicinitatem ex eo potius oppido oriundos putaverim, intra Aeclanum territorium, reliquum autem agrum inter Compsam et Aeclanum Compsinum fuisse (propter tribum) censeo.

[46]) 'CORL// (S aut B)IO Dressel, CORL//-IO ego; CORNELIO quod in lapide suppletum est, vestigiis antiquae scripturae contrarium est' Mommsen adn.

q(uaestori), IIII vir[o i. d., III]I vir(o) quinq[uenn.] - -' eiusque filius 1160 (a. 138—161) '*C. Neratio C. fil. C. n. C. pron. C. abn. Cor. Proculo Betitio Pio Maximilliano, quaest., II vir. quinq., p. c.,* cet. - -' ≌ 1161 '- - *C. Neratio C. f. C. n. C. pronepot. C. abnepoti Cor. Proculo Maximilliano Betitio Pio, pat. col.* - -' ∾ (?) 1231 '- - *C. Betitio C. fil. Cor. Pio* - -'. 1167 '- - *C. Quintio C. fil. Cor. Basso, II vir(o) aedil(i), II vir(o) iur. dic.,* cet. - -'. 1168 '- - *Sex. Secundi Sexti f. Cor. Secundini, II vir.,* cet. - -'. 1182 '. . . . *[d]ec. dec. I* | . . . . *us C. f. Cor.* | . . . . *I ob hono* . . .'. 1425 (Aequi Tutici) '- - *M. Seio M. f. Cor. Maximo - - dec(urioni) Aeclani* - -'. 1133. 1142. 1152. 1156.

γ C 9, 1207. 1208. 1256 (titulus paulo vetustior). 1310 (litteris antiquioribus). 1319.

ε C 9, 1126.

Palatina γ C 9, 1226. Galeria β C 9, 1049 et 1050, quos Aeclanensium magistratuum, sed Compsinorum civium puto, cf. ad Compsam. γ C 9, 1194. 1215 (litt. antiquis). Sergia γ C 9, 1403. Stellatina γ C 9, 1042 (quattuor tribules) et 1056 Beneventum spectant.

accedit Trevicum.

'Universum agrum [vallis Ufitae fluvii super.] pertica Aeclanensium comprehensum fuisse inde colligitur, quod et tribus eorum bis ibi invenitur (n. 1401. 1414) et magistratus Aeclano convenientes n. 1414. 1415' Mommsen C 9, p. 121.

β C 9, 1414 (Hadriani aetate) '*Ti. Claudio Ti. fil. Cor. Bithynico, quaest., II vir. aed.,* cet. - -'. γ C 9, 1401 '- - *L. Camurio L. f. Co[r.]*[47]) *Erotiano* - -'.

Anxa (s. **Callipolis**) **Fabia**

C 9, p. 3.

β C 9, 8 '- - *D. Vibullius D. f. Fab. Fuscus, decurio* - -'.

Pollia δ C 9, 7 '*L. Iuli L. f. Pol. Iuliani Prisci, vet. specul. leg. XII fulm.* - -'. (*L. f. Pol.* et *(Iulian)i Prisci* Andreasius solus ex sched. Farnes. tradidit.)

Aquilonia ?

C 9, p. 88. 668.

Galeria γ C 9, 6265 '*L. Licini M. f. Gal. Macri* - -'. Sergia γ C 9, 6266 '- - *Q. Tattius P. f. Ser. Postimus* - -'.

Ausculum **Papiria**

C 9, p. 62. — Appianus b. c. 1, 52.

α C 9, 665 '- - *P. Fundanio P. f. Pap. Prisco, patron(o) municipi*[48]), *omnibus honorib. et oneribus functo, patron(o) civit(atis) Auscul(anorum), qui cum multa et maxima in remp. saepius praestiterit, fontem quoque - - induxit et cives patriamqu⟨a⟩e reformavit* - -'.

β C 9, 669 '*L. Vinnio L. f. Pap. Frontoni, aed. i. d.* - -'.

homo cui positus est n. 666 LICIN | HORCL | AEDIL TR | cet., siquidem vs. 2 *Hor(atia)* tribus et cognomen quoddam a *Ci* . . . . . litteris incipiens subest, ad Venusiam vicinam pertinere videtur.

---

[47]) trad. COI.

[48]) 'municipium illud quodquod fuit, diversum fuisse videtur ab Ausculo' Mommsen ibid. p. 62.

... nam ad civitatem et Oufentinam tribum pervenisse

... Primo, IIII vir(o) aed., IIII vir(o

... ius P. f.

... Silo'.

... Rufo, e. v. in omni actu vitae

... Rufo, patrono - -'. L. Annium

... inter praetextatos dici

... Pal. Salutari, domo

... inseruit. Sergia γ C 9, 359.

Falerna

... Augusti Caesaris aetate cf. quae supra ad

... 673.

... T. f. Fal. Successus Caudi(o), mil. cho. I

... lat. a. 197—198 vs. 1, 34 'C. Sestius

... prope Caudium 'M. ... M. f. Fal. Caudi(o)

... Prisci - -'

... antiquis. 'N. Firrei N. f. Fal., - - L. Firvei N. f. Fal.'

Galeria

... oppidi fatis nihil fere cognitum est nisi quod a. 538 =

... (Liv. 23, 1), mox a Romanis (a. 540 = 214;

... item bello Italico occupatum esse ab legione Hirpi-

... Romana mansissent (Velleius 2, 16 si quidem recte pro

... docti reposuerunt)' Mommsen l. c.

... Romae, lat. mil. praet., m. f. a. 171 a 6: 'M. Baebius M. f.

... Compsa(a)'.

... Q. f. Gal. Paulo, IIII vir(o) quinq., patrono muni-

... C. f. Gal. Lupulo, IIII vir(o) aed., cet. - -'. 976 'M. Mindius

... Mercurii ob honorem quinq. posuit - -' ≅ 977 'M. Mindio

... IIII vir(o) aed., cet., .. Mindio M. f. Gal. Proculo, - - M.

... - -' ∾ 978 'L. Mindius M. f. Gal. Max.'. 979 '.. Pontio

... IIII vir(o) i. d. - -'. 981. 1049 et 1050 (Frigenti).

... litteris vetustis). 1017 (litteris antiquis). 1018. 1078.

...

... M. f. Gal. Primo, X vir(o) stl. iud., cet., cos.[56]) - -'. 1006.

... 9, 996. Poblilia γ C 9, 986. Se[rgia?] γ C 9, 1011 (litt. antiquis).

... 'translata eo ut suspicor e Frigento' Metellus ait). 9, 1056

...

... confer quae ad 'Aeclanum' dixi.

... in lapide

... Primum consulem a. 289 titulum non rettulerim omnino anti-

... in indice omittit; immo potius videtur idem esse ac M. Num-

... Senecio Albinus, qui a. 206 fasces gessit.

n. 18): 1603. 1605. 1610. 1616. 1620. 1629. 2099. 2114. 2115. 2167. 2217. — reliqui milites: 1608. 1611. 1625. 1628.

ε C 9, 1584. 1685.

Beneventanum hominem puto Cn. Marcium Cn. f. Rustium Rufinum, cuius duo Beneventi exstant tituli 9, 1583, cum esset tr. coh. VI vig., et 1584, cum esset praef. coh. vigilum (a. 205), tertius urbanus 6, 1056, quartus prope Abellinum repertus (10, 1127). — Beneventanorum etiam videntur 9, 1042. 1056 ad 'Aeclanum' supra relati; 2131 sub 'Vitolano'; 2383. 2415. 2416 sub 'Allifis'.

Palatina α C 9, 1619 (a. 117—138) '*C. Oclatio C. f. Pal. Modesto, augur(i), II vir(o) i. d.*, cet. - -, *hic opus quadrigae - - cum municipibus suis obtulisset* - -'. β 9, 1638. 1646. 1657. δ 9, 1618. Falerna γ C 1, 1223 = 9, 1927 '*C. Petuellius Q. f. Fale.* - -', quem potius Telesinum (vel Caudinum?) putabis; cf. hominem *Beneventan(um), [p]r(aetorem) Benev[enti], duovir(um) Tele[s(iae)]*, qui Telesinorum tribum Falernam accepit (in titulo Telesino 9, 2240 u. v.) *Gal(eria?)* γ C 9, 2022. Menenia γ C 9, 1783. 2083. — quod Guarini 9, 2103 vs. 1 NVMISIO · P · L · MEN · A.... tradidit, incuriosius quam verius descriptum puto. Poblilia γ 9, 1616 (cf. supra ad Stellatinae testes δ). Pupinia β 9, 1653. γ 9, 1607 (?). 1793. 1844[52a]). Sabatina γ 9, 1531.

Brundusium **Maecia**

C 9, p. 8. 19. — a. 508 = 246 vel 509 = 245 B. colonia iuris Latini deducta est inque ea condicione ad bellum sociale usque permansit oppidum commercio celeberrimum (Liv. ep. 19. Vell. 1, 14, 7).

α C 6, 2382, b 31 (R., lat. milit. praet., m. f. a. 179) '*Q. Lollius Q. f. Mec. Caesianus Brun.*' in laterculo urbano coh. urb. a. 197—198 C 6, 3884, 4, 9: '*M. Arruntius M. f. Maec. Antoninus Fund.*' Mommsen (C 10, p. 617) fabrili errore FVND · pro BRVND · scriptum suspicatus est. — accedit C 9, 47 (Brundisi) '*L. Cassius L. f. L. nep. L. pron. M[ae].*[53]) *Flavianus IIII [vir] aed. p., i. d. - - cum Cassius Flavianus eques Romanus in[d]us[t]ria morum et el[o]quenti[a] v[e]r[e] emin[en]tis [et r]arissimi civis impleverit famam* - -'.

β C 9, 44 (litt. bonis) '*C. Antonius M. f. Maec. Achaicus, IIII vir. aed. pot.*, cet. - -'. 46 '*Ti. Aulio Ti. f. Mai. Marino, IIII vir(o) aedil. potes., IIII vir(o) iuris dicun(di)* - -'.

γ C 9, 139. 170.

Quirina hominis Claudii cuiusdam ββ C 9, 216. Sabatina ε C 9, 39.

Caelia **Claudia**

C 9, p. 30.

α C 6, 2382 (Romae, lat. mil. praet., m. f. a. 179) b, 33 '*C. Valerius C. f. Cla. Masculin(us) Cael(ia)*'.

Canusium **Oufentina**

C 9, p. 34 sq., 42. Canusium, oppidum opulentissimum, suis legibus usum est usque ad bellum Marsicum, quo a Romanis defecit (Appian. b. c.

[52a]) nescio an hoc frustulum cum alio quodam fragmento 9, 1647 ita coniungendum sit, ut versum primum fere expleat.

[53]) vel *M[e].*, trad. *Mi.*

1, 42. 54. 84); postea demum ad civitatem et Oufentinam tribum pervenisse statuamus oportet.

β C 9, 415 '*Sex. Dasimio A. f. Ouf. Primo, IIII vir(o) aed., IIII vir(o) i. d.*, cet. - -'.

γ—δ C 9, 336 '. . . . . . *iu]s C. f. Ouf. Tertiu[s* . . . . - -, ... *ius P. f. Ouf. Gar* . . . . ., *[tr]ibunus mil.* - -, ... *tius C. f. Ouf. Silo*'.

ε C 9, 339 '*Athenasi; L. Annio L. f. Ouf. Rufo, e. v. in omni actu vitae suae, patr. col.* - -' ≅ 340 '*L. Annio L. fil. Ouf. Rufo, patrono* - -'. L. Annium Rufum quendam in albo Canusino a. 223 (C 9, 338) inter praetextatos dici Mommsen animadvertit.

Palatina α C 9, n. 3958 (Capuae) '- - *A. Canuleio A. f. Pal. Salutari, domo Canusi* - -'. Galeriam in titulo C 9, n. 362 Ligorius bis improbe inseruit. Sergia γ C 9, 359.

Caudium **Falerna**

de Caudino agro inde ab Augusti Caesaris aetate cf. quae supra ad 'Beneventum' attuli. — C 9, p. 198. 673.

α C 6, 478 (Romae) '- - *T. Livius T. f. Fal. Successus Caudi(o), mil. cho. I pr. Lepid. 7 Pomp.* - -'. 3884 (R., coh. urb. lat. a. 197—198) vs. 1, 34 '*C. Sestius C. f. Fal. Secundus Caud.*' 9, 2168 (prope Caudium) '*M. Cluvius M. f. Fal. Caudi(o) Priscus, mil. co(ho)r. III pr. cent. Prisci* - -'

γ C 9, 2182 (litteris antiquis) '*N. Firvei N. f. Fal.*, - - *L. Firvei N. f. Fal.*'

Compsa **Galeria**

C 9, p. 88 sq.[54]) de oppidi fatis nihil fere cognitum est nisi quod a. 538 = 216 ad Hannibalem defecit (Liv. 23, 1), mox a Romanis (a. 540 = 214; Liv. 24, 20) receptum est; 'item bello Italico occupatum esse ab legione Hirpinorum, qui in fide Romana mansissent (Velleius 2, 16 si quidem recte pro Cosa ibi Compsam viri docti reposuerunt)' Mommsen l. c.

α C 6, 2382 (Romae, lat. mil. praet., m. f. a. 171) a 6: '*M. Baebius M. f. [G]al.*[55]) *Lupercianus Comps(a)*'.

β C 9, 974 '*L. Antistio Q. f. Gal. Paulo, IIII vir(o) quinq., patrono municipi* - -'. 975 '*C. Baebio C. f. Gal. Lupulo, IIII vir(o) aed.*, cet. - -'. 976 '*M. Mindius M. f. Gal. Maximus statuam Mercurii ob honorem quinq. posuit* - -' ≅ 977 '*M. Mindio M. f. Gal. Maximo, IIII vir(o) aed.*, cet., . . *Mindio M. f. Gal. Proculo*, - - *M. [Min]dio* . . *[f.] Gal. Liviano* - -' ∾ 978 '*L. Mindius M. f. Gal. Max.*'. 979 '. . *Pontio Gal. Marcellino, IIII [vi]r(o) i. d.* - -'. 981. 1049 et 1050 (Frigenti).

γ C 9, 1016 (litteris vetustis). 1017 (litteris antiquis). 1018. 1078.

δ C 9, 1005.

ε C 9, 973 '. . . . . . *M. f. Gal. Primo, X vir(o) stl. iud.*, cet., *cos.*[56]) - -'. 1006.

Horatia δ C 9, 996. Poblilia γ C 9, 986. Se[rgia?] γ C 9, 1011 (litt. antiquis). Stellatina C 9, 1092 (Gesualdi, 'translata eo ut suspicor e Frigento' Metellus ait). 9, 1056 (Frigenti) v. sub 'Aeclano'.

---

[54]) de agri finibus confer quae ad 'Aeclanum' dixi.

[55]) CAL exstat in lapide.

[56]) 'ad M. Umbrium Primum consulem a. 289 titulum non rettulerim omnino antiquiorem' Mommsen ad l., in indice omittit; immo potius videtur idem esse ac M. Nummius Umbrius Primus M. f. Senecio Albinus, qui a. 206 fasces gessit.

Genusia

C 9, n. 259. Plin. 3, 11, 105. v. sub 'Matera' ad calcem huius capitis.

Gnathia (vel **Egnatia**)

C 9, p. 28. Leones Brundisini qui titulum C 9, 2666 Egnatiae repertum esse contenderunt, erravisse videntur; immo Aeserninus origine videtur.

Herdoniae **Cornelia?**

C 9, p. 64.

C 9, 692 '*C. Tintirio Sep.* (aut *Se[r.]?*) *f. Cor.* - -'.

Larinum **Clustumina**

C 9, p. 69.

β C 9, 737[57]) '*T. Vibbio T. f. Ou* . . . .[58]) *Clementi, aedili, IIII vir(o) i. d. et IIII vir(o) quinq.* - -, *T. Vibbio T. f. Cru. Prisco, aed.*, cet. - -'.

ε C 9, 731 '. . . . . *[? Cl]* *Capito* | . . . . . . *[patr]on(o) municip.*, | cet. - -'.

Cornelia β C 9, 735 '*C. Paccio C. f. Cor. Prisco, aed., II viro quinq. i. d., patrono coloniae Venafro(rum)*- -'; quem hominem Mommsen Larinatem potius quam Teanensem credit fuisse.

Leuca **Fabia?**

C 9, p. 3. 'Leucam oppidum licet exiguum suam rem publicam habuisse videtur effici posse ex n. 6; nam decuriones, qui ibi locum dant, minus facile referas ad Veretum oppidum aliquantum inde remotum' Mommsen; sed ex Augusteis Italicarum civitatum laterculis Plinius Leucae nomen non prodidit.

γ C 9, 6 (Patù q. e. medio fere loco inter Leucam et Veretum) '*M. Fadio M. f. Fab. Valeri[a]no* - -'.

Ligures Baebiani et **Corneliani** **Velina**

C 9, p. 84. 125. — Taurasiae, quam L. Cornelius Scipio Barbatus cos. a. 456 = 298 se cepisse praedicat, ager publicus populi Romani permansit ad a. 574 = 180 usque, quo P. Cornelius Cethegus et M. Baebius Tamphilus proconsules Ligurum Apuanorum ad XL milia liberorum capitum cum feminis puerisque eo perduxerunt (Liv. 40, 38); auctus est eorum colonorum numerus aliis Liguribus Apianis (ad septem milia hominum, Liv. 40, 41), quos Q. Fulvius Flaccus eodem anno eo perduxit. Ligures rem p. vel potius duas res p. habuisse ex nomine, quod oppidis his datum est, apparet (*Ligures qui cognominantur Corneliani et qui Baebiani* Plin. 3, 11, 105. *Ligures Baebiani* C 9, 1455. 1456, *ordo et populus [Ligu]rum Baebian[or]um* n. 1466, *curat(or) Ligu-*

---

57) adnotat Mommsen: 'complura leguntur in hoc titulo molesta - -, corruptus igitur fortasse est, sed nequaquam falsus'.

58) num subest *[Cr]u* . . . .?; . OV Tria, om. Pollidoro.

rum Cornelianorum n. 2354), sed non quo iure fuerint liquet neque utrum ager Taurasinorum, quem usque ad annum deductionis in tribu quadam fuisse censum oporteat, exinde tributim discriptus esse totus desierit an Ligures, cum agri eius partem ex iure Quiritium mansisse ponamus, in tribum eius agri an in aliam recepti sint. Garrucci utramque Ligurum rem p. in Velina fuisse quod statuit, non displicet.

a) Baebiani

β C 9, 1465 '*L. Turselio L. f. Vel. Fulvio, pont(ifici), aed., cet. - - L. Turselius L. f. Velin. Rufinus* avo - -'.

γ C 9, 1491 '- - *L. Tullio L. f. Veli(na)* - -'.

Aemilia δ C 9, 1460 '*C. Valerius C. f. Aem. Arsaces, legione V Alaudae* - -'.

b) Corneliani

β C 9, 937 '*M. Villius M. f. Vel. Speratus ob honor(em) q(uin)q(uennalitatis)* - -'.

Luceria **Claudia**

C 9, p. 74. Luceria a. 439 = 315 (Diodor. 19, 72) vel 440 = 314 (Liv. 9, 26; annum 431 = 323 Velleius 1, 14, 4 dicit) a Romanis expugnata statimque colonis iuris Latini adsignata est.

principem locum obtinet C 9, 799 (Luceriae) '*C. Valerius C. f. Cla. Proculus domo Baetterris, vet. leg. IIII Mac.* - -', ad quem Mommsen haec adnotat: 'Baeterras cum constet pertinuisse ad Pupiniam, Proculus hic non eius tribus est, sed Lucerinorum, fortasse propterea quod deductus fuit Luceriam. legio IIII Macedonica cum sublata sit a Vespasiano, hinc de tituli aetate iudicandum est'.

β C 9, 806 '*L. Vibienus L. f. Cla. Licin[us], II vir Siponti, IIII vir Luceria* - -', cuius hominis origo, cum Sipontinorum tribus num eadem fuerit ac Luceriae nesciamus, utra civitas fuerit diiudicari nequit.

γ C 9, 783 '*Apollini divo Aug. . . . Q. Lutatius Q. f. Cla. Cat . . . . . ., Q. Lutatius P. f. Cla. Ca. . . . . .*'. 843 '. . . *hellius M*}|{*Cla. Bassus*}'. 852 '*Q. Egnatius M. f. Cla.* - -'. 884 '. . . . . . *ius C. f. Cla. Rufus* - -'.

δ C 9, 794 '*L. Anicius L. f. Cla.* LEC} - -' [59]). 797 '*Q. Nonius Q. f. Cla., leg. VI* - -'.

Galeria γ C 9, 835. Pupinia γ 828. Sergia γ 882.

Lupiae **Camilia**

C 9, p. 6 [60]).

β C 9, 24 (coll. add. p. 652) '- - *P. Tutorius P. f. Camill. Hermatianus, dec.* - -'.

γ C 9, 26 '- - *C. Avidius C. f. Cam. Rufus* - -'.

Rudiae **Fabia**

C 9, p. 6.

---

[59]) Mommsen, indic. p. 767, in LEC *leg(ionem)* suspicatus est, sed possit esse cognomen *Leo, Lec[tus]* vel simile quoddam.

[60]) Lupiensium et Valesiorum fines certo non possunt definiri; attamen propter 9 n. 26 in Lecce oppido ipso repertum etiam n. 24, quem propter situm monasterii Cerate Valesi potius quam Lupiarum esse dixeris, huc rettuli; accedit C 3, 4486 qui Valesium in Fabia fuisse nescio an indicat.

κ EE 4, 908 (Romae) '*M. Arrius M. f. Fab. Severus Rudis, mil. coh. X pr. [7] Laeli*'.

β C 9, 23 '. . *Tuccio M. f. Fab. Ceri[al]i, [e]xornato eq. pub. a sacratissimo principe Hadriano Aug., patrono municipii, IIII vir(o), aed., item aedili Brundisi* - -'.

Sipontum

C 9, p. 65 sq.

cf. Lucerinum titulum C 9 n. 806.

Tarentum **Claudia**

C 9, p. 21 sq. oppidum a. 482 = 272 a Romanis expugnatum et ad foedus admissum est; 'cum bello Hannibalico a. 542 = 212 defecisset armisque rursus in Romanorum potestatem redactum esset (a. 545 = 209), imminuta propterea libertate, tamen suas leges retinuit - -. colonia eo deducta est a. 631 = 123 - -. eam coloniam maritimam civium fuisse et res ostendit et confirmat Plinius (h. n. 3, 10, 99) sinum Tarentinum arguens nomen traxisse '*ab oppido Laconum . . . contributa eo maritima colonia quae ibi fuerat*'. quod inde item apparet non tam Graecam rem publicam mutatam esse quam alteram Latinam ei adiunctam, id eo confirmatur quod significant Lucilius (apud Ciceronem de fin. 1, 3, 7) et Cicero (pro Arch. 3, 5, cf. Verr. 4, 60, 135) et ait Strabo 6, 1, 2 p. 254 in Italia praeter Regium et Neapolim Graecum mansisse unum Tarentum' Mommsen l. c. attamen ad eandem tribum in qua coloni cives Romani censiti sint, postea quin Graeci isti sint adducti dubitari non posse existimo.

γ C 9, 250 '- - *A. Titini A. f. Cla. Iunioris*'. 252 '*A. Titini A. f. Cla. Prisci*' [61]).

titulum C 9, 235 Columellae, tribus Galeriae testem, non ad Tarenti tribum quicquam efficere Grotefend nos docuit. Maecia δ 9, 6157 '*P. Puticius P. f. Mae. Niger, mil. leg. VI, missus* - -', fortasse Brundisio vel e Macedoniae quodam oppido Maeciae addito oriundus; de tempore huius testis cf. 'Stoberam'. titulum Praenestinum C 1, 1134 = 14, 2890 ('*C. Tampius C. f. Se*| *Tarenteinus, pr(aetor)* | - -') hominis Tarentini cognomine, non Tarento origine usi putabimus.

Teanum (Teate) Apulum **Cornelia?**

C 9, p. 67. — a. 436 = 318 vel insequenti foedus cum Romanis pepigit (Liv. 9, 20, 4. 7).

β C 9, 705 '- - *M. Numisius M. f. M. n. Cor. Quintianus Laurens Lavinas, flamen Floralis, patronus munic.* - -'.

de titulo 9, 735 cf. 'Larinum'.

---

[61]) Titinii pro nominis minus usitati frequentia et Tarentinorum titulorum numero satis multi Tarenti prodierunt: 240. 250. 251. 252. 253. 255; 249 *Titiniae* pro tradito *Titiae* vel *Tititiae* corrigendumne est?

Venusia **Horatia**

C 9, p. 44 sq. 61. Venusiam Romani a. 436 = 291 ceperunt et colonis iuris Latini eo missis confirmarunt, a. 554 = 200 novis colonis auxerunt. Venusini bello Marsico arma cum Romanis contulerunt, sed a Metello devicti sunt. eo tempore oppidum in civitatem Romanam venisse inde quoque effici videtur, quod ab sociali bello initium sumpserunt fasti Venusini publicati.

α 6, 2381 (coh. praetor., miles factus a. 154) b 1, 29 '. . . . . *M. f. Hor. Bassus Ven(usia)*'. 2654 '- - *L. Octavius L. f. Hor. Felix Venusiae, mil. coh. VII pr. 7 Veri* - -'.

β 9, 667 '*C. Luccius C. f. Hor., II vir. i. d. Venusia, M. Luccius C. f. Hor., II vir. i. d. desig. Venusia*'. 434 (cl. auctar. p. 694) '*C. Flavio C. f. Hor. Faustino DC*[62]) - -, *mil. in coh. IX pr.* - -' 651 (cl. add. p. 694). 652 (post a. 37).

γ 9, 477. 499. 500. 521. 523. 531. 575. 578. 585 vs. 2. 596. 615 vs. 1.

δ 9, 435.

cf. 9, 666 supra ad 'Ausculum' scriptum.

Pomptina: de tituli 9, 562 sinceritate non constat; tradit eum Lupoli sic '*roscio* | *l. f. pom. rufo* | *in fr. p. XII*'.

Veretum

C 9, p. 3. — cf. 'Leucam'.

Vibinum **Galeria**

C 9, p. 86 sq.

β 9, 964 '*P. Paccius P. f. Gal. Laetus, II vir, M. Gavio L. f. Gal.* - -'.

γ 9, 967 '*P. Paculeio Q. f. Rom. Rufo ex testamento, arbitratu C. Cluseni C. f. Gal.*[63])

Romuliae testis 9, 967 iam s. s.

---

in agro regionis secundae sita sunt oppida hodierna Matera et Vitolano, de quorum condicione et nomine quae apud Romanos fuerint non constat:

Matera: γ 9, 260 cuius tituli duo certa exstant exempla, Ferrarini cod. Reg. f. 101' et Marucelliani libri A 79. 1 f. 92'; Ferr. Materae titulum repertum dicit, auctor Maruc. autem 'non memini, ait, ubi sit'. '*T. Mamilio C. f. Hor.* (NOR · Ferr.) *Rufo* - -'.

regio circa Vitolano oppidum: Falerna β 9, 2128 '- - *C. Acellio C. f. Fal. Vementi,* - - *aed., pr(aetori) II vir(o),* cet., - -', qui fuit homo Telesinus. Men(enia?) 9, 2127. Pollia γ 9, 2138. Stellatina γ 9, 2131 (litt. antiquis) hominis Beneventani fuisse videtur.

Ielsi: γ C 9, 946 ad Bovianum vel Saepinum nescio an pertineat: '*L. Staio L. f. Vol.* - -'.

Itaque oppidorum priscorum regionis II tribus ne ex tertia quidem parte nobis adhuc innotuerunt.

---

[62]) adnotat Mommsen: '2 fin. cum vix videatur posse admitti in lapide esse fuisseve *domo Venusia* [neque, ipse addo, verisimile sit Faustinum *d(omo) C* . . . . . ., Canusio fortasse, ortum postea in civitatem et tribum Venusinorum pervenisse neque DC litteris *d(e)c(urionem)* aut militiae quendum gradum dici], confugiendum est ad interpretationem per se parum aptam *d(ecurioni) c(oloniae)*'.

[63]) GAL Giustiniani, Q · AL Reale.

Regio III.

Atina **Pomptina**

C 10, p. 37. 40.

α 6, 2592 (Romae) '- - *C. Veveius C. f. Pom. Quietus Atina, mil. coh. V pr. (cent.) Galli* - -'.

β 10, 337 '*Q. Statius Q. f. Pom. Gallus, tr. mil. bis, II vir ter* - -, *Q. Statius Q. f. Pom. Gallus fil(ius), praef. fabrum, II vir*'. 338 '*A. Antonio A. fil. Pom. Pelagiano, IIII viro q[q.]*, cet. - -'. 379 '*M. Insteio M. f. Pom. Secun[do], IIII viro i. d. M. Insteius M. f. Pom. Firmu[s], IIII vir aed., IIII vir i. d., IIII vir quin[q.], pater* - -'. 399 '- - *C. Bovianius C. f. Pom. Celer, aed., IIII vir iur. dic., q(uaestor)* - -'. — 10, 344 (qui civi e Potentia ni fallor oriundo positus est) v. s. 'Petelia'.

γ 10, 342. 352. 366. 387.

Buxentum **Pomptina**

C 10, p. 51. colonia c. R. a. 560 = 194 triennio post legem de colonia ducenda latam condita (Liv. 32, 29. 34, 42. 45. Vell. 1, 15), mox novis colonis aucta est (a. 568 = 186, Liv. 39, 23).

β 10, 461 '- - *L. Sempronio L. f. Pom. Prisco, aed., duovir(o) des(ignato)* - -'.

Croto **Cornelia**

C 10, p. 14. Crotonem Romani a. 477 = 277 (Frontin. strateg. 3, 6, 4) ceperunt, bello Hannibalico amiserunt et receperunt; a. 560 = 194 cives Romani coloni eo deducti sunt (Liv. 34, 45).

β 10, 110 '*L. Lollio L. f. L. n. L. pr[o]n. Cor. Lollio Marciano, equo publ. ornato, patrono col., omnibus hon. functo* - -'.

Eburum **Fabia**

C 10, p. 49.

α 6, 3884 (Romae, coh. urb. lat. a. 197—198) (1, 26) '*C. Granius C. f. Fab. Priscus Ebur(o)*'.

β 19, 451 '- - *T. Fl(avio) T. f. Fab. Silvano, patr(ono) mun(ic.) Ebur(ini), II viro II qq.*, cet. - -'.

Grumentum **Pomptina**

C 10, p. 27. bello sociali oppugnatum dicunt App. b. c. 1, 41; Flor. 2, 6 [3, 18]; Seneca de ben. 2, 23, 2; Macrob. Sat. 1, 11, 23.

β 10, 224 (cum add. p. 961) '*M'. Otacilio M'. f. Pom. Basso aedili,* - - *M' Otacilius M. f. Pom. Quintus fil(io)* - -'. 226 '- - *C. Stremponio C. f. Pom. Basso, ae(dilicia) p(otestate), pr(aetori) II vir(o) qq.*, cet. - -'. 227 '*C. Turcio C. f. Pom. Nebro, aedil(i), pr(aetori) II vir(o), quaes(tori)* - -'. 228 '. . . . . . *ttio L. f. Pom., [in nostra] colonia omn[ibus mun]eribus et princi[palibus] honoribus innoc[enter fu]ncto*, cet., *decurioni e[t IIII vir(o) sp]lend[id]ae civitatis [Reginor]um Iuliensium* - - *[col]l(egium) Beneris patrono* - -'. 229 '. . . . . . *ttio Q. f. Pom. . . . . ilogeni, dec. . . . .* - -'.

γ 10, 223. 241.
δ 10, 218.

Claudiam non tribum, sed coloniae agnomen dici in titulo urbano 6, 2382 (lat. coh. pr., m. f. a. 179) b, 29 '*Q. Vibius Q. f. Cla. Neoptolemus Grum(ento)*' Mommsen (C 10, p. 27) nescio an recte suspicatus sit. Oufentina et Tromentina β 10, 221 = 1, 1263. Scaptia ε 10, 211. Sergia β 10, 219 = 1, 604 (a. 697 = 57). γ 10, 8093 (a. 711 = 43). in fine 10, 220 addam potius ne syllogae huic absit quam quod aliquem usum praebuit (a. 703 = 51) '*[Se]x. [P]oppaedi[us] Sex. f.*{| *[Se]r. Aebutius C. f.*{| . . *al. aediles - -*'; adn. Mommsen '3 in. fortasse tribus alterius aedilis scripta fuit *Galeria Falernave* [vel *Palatina!*]; quod si ita est, alterius tribus intercidit 1 fin. [nisi eadem utriusque fuit tribus]'.

Paestum **Maecia**

C 10, p. 52 sq. oppidum, quod Lucanis eripuerant, Romani a. 481 ≐ 273 iure Latii colonia deducta donaverunt (Liv. ep. 14; Vell. 1, 14). non videtur ante bellum sociale commissum municipium c. R. factum esse.

β 10, 479 '*Q. Ceppio Q. f. Mae. Longino, pon[tif(ici)], II vir(o) design.* - -'. 484 '- - *[M.] Vinici[o M.] f. Mae. Rufo, II vir(o) q[q.], pal. co[l.]* - -'.
γ 10, 494 '*C. Petronio C. f. Maec. Basso* - -'.
ε 10, 483 '- - *M. Tullius M. f. Maecia Cicero, eq. R., L(aurens) L(avinas), p(atronus) c(oloniae)* - -'; idem n. 482 *[cur(ator) r. p.] Volceianor., [? Atinati]um, Acerentino[rum, Ve]liensium, Buxentin[or.], Tegianensium*' dicitur.

Quirinam (vel Oufentinam) libertini hominis titulus testatur 10, 497 (litt. vetustis) '*A. Scalponi Paq. l., Qui(?).*'[64]).

Petelia **Cornelia**

C 10, p. 15.

α/β 10, 113 '*M'. Meconio M'. f. M'. n. M'. pron. Cor. Leoni, aed., IIII vir(o) leg(e) Cor(nelia)*, cet. - -' ≅ 114 '*M'. Meconio M'. f. Cor. Leoni, aed., IIII vir(o) leg(e) Cor.*, cet. - -'.

Potentia **Pomptina**

C 10, p. 21. nomine ipso origo oppidi indicatur. praefecturam dicit lib. colon. p. 209.

β 10, 131 '- - *M. Helvius M. f. Pom. Clarus Verulanus Priscus, aed., IIII vir*, cet. - -'. 137 '*P. Plaetorio P. f. [P]om. Urso, aed., IIII vir(o) i. d.*, cet. - -'. 138 '- - *M. Valerio M. f. Pom. Cres[c]entiano, aed., IIII vir(o) i. d.* - -'. 344 (Atinae) '*M. Traesio M. f. Pom. Fausto sen(iori), IIII viro qq. Potent(iae), cur. r. p. Bantinor(um), cur. r. p. Atinatium* - -'. 433 (Muri = Numistri, cf. C 10, p. 46; tradidit Corcia: 'malamente trascritta e supplita come meglio ho saputo'; cavere igitur ab interpolatione nos iubet Mommsen) '- - *M. Arrio M. f. Pom. N . . . . tuano n. m. II viro qu . . . . quinq. Potentiae* - -'.
γ 1, 1261 = 10, 169.

Horatia ε 10, 135 (post a. 86).

---

[64]) QVI Kiessling, OVI Auggelluzzi, OVF Gehring.

Tegianum **Pomptina**

C 10, p. 33. Mommsen *Tergilanos* Plinii (3, 11, 98) Tegianenses esse putat.

β 10, 8095 '.......... *Q. f. Pom. Gall[us],* ...... *[it]erum, flamen div[i Aug.?]* ... - -'.

γ 1, 1259 = 10, 291 '*M. Minatius M. f. Pom. Sabinus* - -'. in titulo 10, 310 '- - *C. Puculeio C. f. Pont|oro* - -' *Pontorus* nescio an cognomen potius sit quam *Pont(ina) Orus.*

Copia Thurii **Aemilia**

C 10, p. 17 sq. Thurinos Romani a. 472 = 282 a Lucanorum obsidione liberatos in suam dicionem redegerunt iterumque cum ad Hannibalem illi defecissent receperunt; a. 561 = 193 '*in Thurinum agrum* (sic Livius 34, 53; *in castrum Frentinum* quod legitur apud eundem 35, 9 eodem redit sive corruptela subest sive castellum quoddam agri Thurini significatur) colonia deducta est iuris Latini' Mommsen.

β 10, 125 '*C. Mario C. f. Aem. Rufo, IIII vir(o) i. d. C(opiae) Thur(iorum)* - -'.

Hirschfeld in tituli Narbonensis frustulo C 12, 4531 R RVFINIANVS PAL · COPIA *Copiam [Thurios]* vel *Copiam [Lugudunum]* patriam indicari suspicatus est.

Vibo Valentia **Aemilia**

C 10, p. 7. Vibonem coloniam iuris Latini a. 515 = 239 Romani deduxerunt (Vell. 1, 14, 8) vel a. 562 = 192 (Liv. 34, 53, 1). neque oppidi condicio usque ad bellum Marsicum mutata esse videtur.

α 10, 53 (Valentiae; a. 138—161) '*Q. Muticilio Q. f. Aem. Sex. Decciano, q(uin)q(uennali) c(ensoria) p(otestate),* cet., *ob amorem patriae* - -'.

γ 10, 73 '...... | *Aem.* | *Fortunatus* | *ex t. f. i.*' siquidem vs. 2 *Aemilia* tribus dicitur.

Camilia γ 10, 82 '- - *Segulio C. f. Cam. Tiflano* - -'. Tromentina γ 10, 8041, 39 '*M. Tucci(us) L. f. Tro. Caponus*'.

Volcei **Pomptina**

C 10, p. 43. Volcei Romanis se dediderunt (Livio 27, 15 teste) a. 545 = 209.

β 10, 1809 (orig. inc.) '*M. Paccius M. f. Pom. Bassus, augur, aedil(is), II vir Volceis* - -'; Mommsen adnotat: 'offendit duovir; nam Volceii Lucaniae municipii locum tenuerunt recti a quattuorviris'. 8106 '*[L.] Haedinio L. f. Pom.*[65]) *Sanio Marcello, aed., IIII vir(o) i. d. (bis), q(uaestori) a(limentario)* - -'.

ε 10, 408 (Commodo regnante) '*L. Fulvio C. f. Pom.* ...... *Bruttio Praesenti Min* ...... *Valerio Maximo Pompeio L* ...... *Valenti Cornelio Proculo* ...... *Aquilio Veientoni, cos. II* (a. 180), *pr* ...... *[patri C]r[i]spinae Aug.,* cet.'

Palatina β 10, 416. γ 10, 392. Sergia β 10, 417.

---

65) 'POM potius quam ROM' ectyp. Momms.

Regio IV.

Aequi (Aequiculi).

Bella, quae inter Aequos Romanosque gerebantur per sat longinqua tempora, P. Sempronius Sophus cos. a. 450 = 304 praeclara victoria confecit. mox a. 450 et 452 coloniae duae iuris Latini Alba et Carsioli in agrum qui Aequorum fuerat, deducta sunt, Aequis vero ipsis civitas data est (Cicero de off. 1, 11, 35), 'scilicet sine suffragio, ut eorum res publica ita solveretur. - - Aequiculorum populo post acceptam civitatem Romanam ad vicos pagosque redacto tempore posteriore res publica restituta est sub communi nomine Aequiculorum'. Mommsen C 9, p. 388.

Aequiculi **Claudia**

C 9, p. 388[66]).

β C 9, 4120 '- - *L. Callio L. f. Cla. Restituto, veterano Aug. ex coh. pri. pr., mag(istro) i. d.*[67]), *q(uaestori)* - -'. 4128 '*L. Cresidio L. f. Cla. Basso, II vir(o) Aequic(u)l(is), IIII vir(o) Cars(eolis)* - -'.

γ 9, 4142. 4148. 4151 vs. 1, 3, 4. 4154 (litt. pulcherrimis aetatis liberae rei p.) '*L. Titienus C. f. C. n. Cla.* - -'. 4158 (litt. antiquioribus) '*T. Vibienus T. f. Cla. Grassianus* - -'.

δ 9, 4123.

Cla(udiam) in IN 873* = C 9, n. 4149 Martelli fraude inseruit.

Papiria β/ε 9, 4122 (a. 14—37). Pollia δ 9, 4121 (ca. a. 23).

Alba Fucens **Fabia**

C 9, p. 370 sq. in agrum Albensium colonia iuris Latini a. 450 = 304 deducta est (Liv. 10, 1. Vell. 1, 14. App. Han. 39); antiquum oppidum ignoratur. bello Punico altero magnam fidem in Romanos praestitit, sed a. 545 = 209 milites pecuniamque amplius se daturam negavit ideoque poenas dedit. bello Marsico ita fideles in Romanos se praestiterunt, ut postea certatum sit inter Albenses et Pinnenses, utri maiore fide et studio illis diebus res Romanas defendissent.

β C 9, 3922 '- - *M. Marcio M. f. Fab. Iusto, vet. divi Had(riani), equiti coh. VII pr., IIII vir(o) aed., IIII vir(o) i. d.,* cet. - -'. 3933 '- - *L. Avidio L. f. Fab. Successo, [IIII] vir(o) [i]ur. d[ic]* . . . . .'[68]). 3939 '*C. Hostilio [C.] f. Fab. Apro,*

---

[66]) de finibus inter A. et Trebulam v. infra ad Trebulam Mutuescam.

[67]) cf. de eo magistratu Mommsen p. 388, qui quo tempore Callius Restitutus magistratu iure dicundo functus est, Aequiculos nondum municipium obtinuisse conicit.

[68]) adnot. Mommsen 'descripsi partem tituli evanidi' eandemque esse quamvis dubitans coniecit ac 3949 a Phoebonio traditam: '- - *L. Titius L. [fil.] Fab.* (trad. L · TITIVS · L · TIT · F · AB/// vel L · TITIVS · L · TIT · F · AB) *Nae* . . . . . *[IIII vir iur. dic., qua]es[t. r.] p.,* cet.

IIII vir(o) i. d. - -'. 3941 '*C. Nonio C. f. Fab. Pelagio, IIII vir(o) aed.*'. 3942 '- - *A. Nonio A. f. Fab. Rufo, IIII vir(o) i. d.* - -'. 3943 '. . *Pompulcei M. [f.] Fab. . . . . . ari, IIII vir(i) . . . . .*'. 3950 (a. 168) '- - . . *[A]maredio C. f. Fab. . . . . . o, IIII vir(o) i. d.*, cet., *IIII vir(o) i. d. [Ma]rsi[s] Anxatibus* - -'.

γ 9, 3928, 4003 vs. 1. 4011. 4017.

δ 9, 3926, duobus exemplis serv. coll. 3927 et 3928.

Aniensis ε 9, 3925; Carseoli proximum oppidum Aniensis est. Claudia β 9, 3946. Falerna γ 9, 4039 '*P. Vettio P. f. Fal(erna?)*[69] . . . . .'. Oufentina α 6, 2517 (Romae) '- - *T. Vibio T. f. Munatia[no], tribuli tribu Oufen[tina] Albensi, eq. coh. III pr. [ɔ . . . . .]* - -'. Palatina β 9, 3942. Poblilia 9, 3924? Quir(ina?) γ 9, 4006 vs. 3.

Carsioli **Aniensis**

C 9, p. 382. a. 452 = 302 colonia iuris Latini Carsiolos deduci iussa est. bello Marsico ferro et igni vastatos esse Florus 2, 6 narrat.

β 9, 4061 '*M. Anneius Q. f. Ani. Postumus, augur* - -'. 4064 '*Cn. Cossutio L. f. An. Successino, IIII vir(o) [iur.] dic., quaest. r. p.* - -'.

γ 9, 4075 '. . . . . *C. Alfius C. f. Ani. P . . . . . viv[us] . . . . .*'. 4084 '*L. Lisius Q. f. Ani. Ro . . . L. Lisius L. f. Ani. Poi . . .*'; sic habet Garrucci, eadem fere Rossi, Gualtieri tribus nulla paene vestigia dat. 4085 '*C. Luturius C. f. An. Sei . . . . .*'. 4095 '. . *Volesedius T. f. Ani. Gall(us)*' ∾ 4096 '*T. Volesedius T. f. Ani. Gall(us)* - -'. 4101 '. . . . . *anus T. f. An(iensis?) . . . . .*'.

δ 9, 4058.

Cam(ilia?) γ 9, 4089, vs. 1.

Cliternia **Claudia**

C 9, p. 394.

β 9, 4169 '- - *T. Sellusi C. f. Cla. Certi, aedili Reate, quaest. IV, duumviro Cliterniae, praef. fabr. cos. II, iudici ex V decuriis* - -'.

Frentani.

Oppida: Anxanum, Histonium, Iuvanum, Ortona, (Cluviae?). — C 9, p. 263. — a. 450 = 204 foedus cum Romanis pepigerunt. post bellum Marsicum, quo acerrime contra Romanos pugnaverant, omnes in Arnensem tribum relati esse videntur.

Anxanum

C 9, p. 278.

β 9, 2999 '*bene[f]iciario tribuni cohor. V [p]r. C. Attio C. f. Arn. Crescenti, aed. Anxani et Cluvis, aed., IIII vir. i. d.*'; tribus igitur aut ad Anxanum aut ad Cluvias pertineat necesse est.

Cluviae

ubi fuerit oppidum ignoratur; de tribu cf. 'Anxanum'.

---

69) trad. F · AL . . . . . ; num subest *f(ilio) Al . . . . . ?*

Histonium **Arnensis**

C 9, p. 265.

α 6, 221 (Romae, in laterculo vigilum a. 113), vs. 1, 6 '*b(eneficiarius) s(ub) p(raefecti) Q. Marius Arn(ensis) Proculus Hist(onio)*', vs. 1, 9 '*tess(erarius) in 7 C. Messius Arn. Aper Hist.*' Brambach 1176 (Moguntiaci, ut videtur inter a. 739 = 15 et 43 p. Chr. pos.) '*Q. Gavius M. f. Arniens. Histonio, mil. leg. XIIII gem. - -*'.

β 9, 2855 (post a. 79) '*M. Baebio M. f. Q. n. Arn. Suetrio Marcello, equo publico, aed., q., IIII vir. i. d.,* cet. - -'.

γ 9, 2872 '*Q. Baebio Q. f. Arn. Silvano*'. 2899 '. . . . . *ius A. f. A[rn.?] Postum* . . . . .'; ARN Romanelli, Marchesani; 'at in lapide spatium non admittere nisi aut AN (vel A · N) aut ARI monuit Dressel' Mommsen adnotat; fuit fortasse ARI.

δ 9, 2851 (post Domitianum).

Iuvanum **Arnensis**

C 9, p. 274.

β 9, 2965 '*[Se]x. Mett[io Se]x. l. Arn. Ursioni, sevir(o) Aug.* - -'.

γ 9, 2975 = 1, 1273 '*C. Utius C. f. - - Arn.* - -'. 2992 '. . . *N. Septumius N. f. Arn. Capito* - -'.

ε 9, 2959 '*Cn. P[o]pp[ae]dio Q. [fi]l. Arn. Maximo, equo [p]ubl., patron[o] munic. Iu[va]nens(is)* - -'.

e Latinorum nomine.

Tibur **Camilia**

C 14, p. 365 sqq. — oppidum illud celeberrimum usque ad bellum Marsicum cum Romanis foedere coniunctum fuit (Appian. bell. civ. 1, 65 coll. Liv. 43, 2, 10 et Polyb. 6, 14, 8).

α C 6, 2427 (Romae) '*L. Calpurnius L. f. Cam. Memor Tibur., mil. coh. I pr. 7 Visini, beneficiar(ius?)* - -'. 3884 (Romae; coh. urb. a. 197—198) vs. 4, 12 '*Sex. Caecilius Sex. f. Cam. Capitolinus Tib.*'.

β Wilm. 1804 '*C. Bicleio C. f. Cam. Prisco, omnibus honoribus functo, optime de re publica Tiburtium merito* - -'. Orelli 1662 '*Q. Flavius Sp. f. Cam. Decimus* - -', qui *cur(ator)* nescio cuiusnam collegii vel reipublicae fuisse videtur. C 14, 4216 ∾ 4217.

γ C 1, 1119. Nibby dintorni 3², p. 213.

reliquam farraginem titulorum omnes fere tribus enuntiantium non est cur afferam.

Varia

C 14, p. 357. nonnullis viris doctis hoc oppidum sui iuris fuisse videtur (Strabo 5, 3, 11 C 238). de tribu non constat; unum enim illum titulum Variae exstantem, qui Romanae tribus meminit — meminit autem Camiliae — Tiburtini cuiusdam fuisse Dessau putat (C 14, n. 3472).

in urbano titulo C 6, 2782 '. . *[P]etronius C. f. Fal. Varia, speculator Caesari[s]* - -' Variam oppidum intellegendum esse non crediderim.

Marrucini.

Oppidum: Teate. — C 9, p. 282. Marrucini simul cum Frentanis a. 450 = 304 foedus a Romanis impetraverunt, bello Marsico defecerunt (Liv. ep. 72. 73. 76; Appian. b. c. 1, 39; Strab. 5, 4, 2 C 241).

Teate **Arnensis**

C 9, p. 282.

α C 3, dipl. 47 = 9, 2995 (Anxani rep., a. 161—169) vs. 9, 10 '*[co]h(ortis) X urb(anae) . . . . . f. Arn. Apolloniano Teate*'. 3, 4060 (Poetovione) '*M. Petronius M. f. Arn. Classicus Marrucinus, 7 leg. VIII Aug. - -*'. 8, 2628 (Lambaesi) '*- - P. Seius P. f. Arn. Rufus Teate Marrucinorum, praef. leg. III Aug.*'

β 9, 3023. 3024.

γ 9, 3072 (nel tenimento di Letto Manopello nella contrada Pignatara).

Marsi.

Oppida: Marruvium, vicus Supinum, Cerfennia, Antinum, Anxa. — C 9, p. 349. — a. 450 = 304 Romani foedus cum Marsis pepigerunt ruptumque a. 452 = 302 renovaverunt; post bellum, quod Marsicum dicitur, a Marsis potissimum in Romanos excitatum, has regiones in civitatem tribumque venisse consentaneum est. in Sergiam praeter titulos Ciceronem quoque in Vat. 15, 36 (coll. scholiis ad h. l.) Marsos receptos esse dicere constat; videsis quae ad Paelignos infra dicam. caput unumque per longum tempus oppidum Marsorum Marruvium erat, postea Antinates et Anxates singulas res publicas effecerunt; quo tempore illae sint constitutae, nobis non constat.

Marsi Marruvium **Sergia**

C 9, p. 349. 360.

α C 6, 2380 (Romae, laterc. coh. praet. a. 149) pagina 2, 12 '*P. Baebius P. f. Ser. Maximus Mars(is)*'. EE 4, 887 (Romae; coh. praet. a. 142) 2, 29 '*. . . . . Ser. Rufus Mars(is).*

β 9, 3666. 3669 '*L. Octavius N. f. Ser. Balbus, praef. fabr., praef. castror., prim. pil., II vir.*'. 3671 '*- - Q. Lucilius Q. f. Serg. Gallus, p. p., praef. castr., IIII vir qq., patronus municipii - -*'.

γ 9, 3823 (M.?). 3828. 3822 (litteris TI·SEC·SAL quae traduntur *T. [f.] Se[r.] Sal. . . . . .* intellegendum esse videtur).

Tromentina: δ 9, 3670.

Cerfennia **Sergia**

C 9, p. 348.

nescio num huc pertineat δ 9, 3649 (in agro Celanensi in contrada la Starza, cf. Kiepert C 9, p. 846) '*. . . . . [S]er(gia?) Scatoni, III viro [a. a. a. f. f., tribu]no militum in . . . . . [legio]nis IIII Macedon . . . . . designato - -*'.

Antinum **Sergia**

C 9, p. 362.

α 9, 3842 (Antini) '*Sex. Petronaeo Sex. fil. Valeriano, IIII vir. iur. dicund. Sergia Antino collegius dendrophorum - - patrono - -*'.

β Noviorum tituli: 3836 '*Q. Novio Q. f. Ser. Celeri, IIII vir. i. d., IIII vir. q. q., patr. munic.*, cet. - -'. 3837 '*Q. Novio Q. f. Serg. Felici, patrono municipi Antino - -*'. 3838 '*Q. Novio Q. f. Serg. Iucundo, p(atr.) m(un.), cur. kalend., omnibus oneri[b.] honoribusqu[e] perfuncto - -*'. 3839 '*Q. Novio Q. f. Ser. (Serg.?) Secundino, omnibus honoribus Mars(is) Antino functo - -*'. 3840 '*- - Q. Novio Q. f. Serg. Successo, p(atr.) m(un.), omnibus honoribus functus - -*'.

Supinum vicus **Sergia**

'Cui municipio attributus fuerit, incertum est, hoc tamen certum pertinuisse eum ad Marsorum rem publicam alteram utram aut Antiatium aut Marruvinorum, non ad Albam; nam Supinates tam qui nominantur in titulis Trasacci inventis quam ii quorum n. 3906 meminit in agro Albensi repertus, tribum habent non Fabiam Albensium, sed Sergiam Marsorum' Mommsen 9, p. 364.

α 1, 1169 = 9, 3906 (Massae) '*P. T. Sex. Herennieis Sex. f. Ser., Supinates - -*'.

γ 9, 3860 vs. 1 '*{dius N. f. Ser.}*'. 3869 '*T. Mescidius Q. f. Ser. Rufus - -*'.

δ 9, 3851 '*Q. Titecius Q. f. Ser. Rufus - -*'; cernuntur in lapide 'arma et insignia militaria perite sculpta'. 3853 '*- - L. Vettedio L. [f.] Serg. Proc . . . . ., mil. cho[r . . . . . pr.] 7 M. Miiu . . . . .*'.

Lucus **Sergia**

Lucenses num suam rem publicam habuerint, dubitat Mommsen C 9, p. 367.

β 9, 3894 '*. . . . . utidius L. f. Ser.{ . . . . . ius, IIII vir. i. d. . . . . .*'.

Paeligni.

Oppida: Sulmo, Corfinium, Superaequum: omnia in Sergia.

C 9, p. 290. — una cum Frentanis et Marrucinis P. cum Romanis a. 450 = 304 foedus pepigerunt fidemque servarunt usque ad bellum Italicum, quo defecerunt. Florus 3, 21, 28 Sulmonem oppidum ob eam causam deleri iussum a Sulla ait. Corfinium autem ipsum caput Italiae fuit et Italia dictum est. oppidorum singulorum fines bene distinguere res difficillima neque in his meis quaestionibus huius operae pretium magnum est. tribum Sergiam omnium fuisse Paelignorum et Marsorum Cicero in Vatin. 15, 36 auctor est: '*ob hasce res sciasne te severissimorum hominum Sabinorum, fortissimorum virorum, Marsorum et Paelignorum tribulium tuorum iudicio notatum nec post Romam conditam praeter te tribulem quemquam tribum Sergiam perdidisse*'. fuerunt qui Sabinos quoque Sergiae tribules a Cicerone dici credi-

derint[70]); sed maiorem partem Sabinorum in Quirina censam fuisse e titulis satis exploratum habemus.

Corfinium **Sergia**

C 9, p. 296 sq.[71]).

α Bramb. 1162 = Rhein. Jahrb. 44—45, p. 70, n. 19 (Moguntiaci) '*M. Lutatius M. f. Ser. Albanus, dom(o) Cor(finio), mil. leg. IIII Mac.* - -'.

β C 9, 3152 (a. 122 ut videtur vel post) '- - *resp. et populus Corfiniensis datis hs CLII n. consummavit curam agente [C. Alfio] T. f. Ser. Maximo*', cuius nomen supplevit Mommsen ex Sulmonensi n. 3085 et Corfiniensi n. 3168. 3165 (optimis litt.) '*C. Accavo C. f. Ser. Frentioni, IIII vir(o) i. d.* - -'. 3169 '*M. Attio M. f. Ser. Draconi Clodiano Annavo Rufo pontifici collegium venatorum*'. 3174 '. . . . . *Ser. Iucundo Cretasio, aed., IIII vir(o) iur. d.* - -'.

γ 9, 3245 (litteris satis antiquis). 3267 (titulus vetustior).

Palatina: β 9, 3181. 3184.

Sulmo **Sergia**

accedunt Betifulus pagus, Interpromium, Lavernae. — C 9, p. 290.

β C 9, 3082 '*L. Ovidio L. f. Ser. Ventrioni, tr. mil., praef. fabrum, IIII vir(o) i. d., IIII vir(o) quinq.* - -'. 3086 '*L. Avillio L. f. Ser. Crasso - - L. Avillius Ser. f. Ser. Crassus, IIII vir i. d., pater* - -'. 3088 '*C. Gaidio L. f. Ser. Praesenti, - - decurio primus a Betifulo*'. 3092 '- - *C. Satrius C. f. Ser. Secundus - - C. Satrius C. f. Ser. Secundus* (filius), *IIII vir ae[d.]* - -' ≌ 3091 '- - *C. Satrio C. f. Ser. Hortensiano - - C. Satrius C. f. Ser. Secundus* (pater) - -'. 3100 (non caret suspicione haec inscriptio) '*M. Lampridio L. f. Ser. Scauro, sevir(o) August(ali) - - Luc. Lampridius Ser. Scaurus patri* - -'.

γ 9, 3094 vs. 1. 3099 (saec. I inc.). 3111. 3126. 3129.

Palatina: β 9, 3083.

accedunt in Sulmonensi agro:

Betifulus pagus α 9, 3088 supra scriptus.

Interpromium (C 9, p. 286), quod Sulmonensium potius quam Teatinorum videtur fuisse.

γ 9, 3049 (litteris profundis vetustis) '*L. Attio L. f. Ser. Raponi* - -'.

Lavernae (C 9, p. 296). hunc quoque pagum in Sulmonensium pertica potius fuisse Mommsen opinatur, quam in Corfiniensium.

γ 9, 3140 (litteris vetustis) '*T. Herennius V. f. Ser. Bassi* . . . . .'.

Superaequum **Sergia**

C 9, p. 311.

β 9, 3305 '*Q. Vario Q. f. Ser. Genuino, q., pagus Vecellanus* (de quo aliunde nihil adhuc nobis innotuit)'. 3313 '- - *L. Vibio L. f. Ser. Parato - - L. Vibius L. f. Paratus, aedil(is), praef. i. d., II v[ir] i. d.* - -'.

γ 9, 3324 '*P. Messius [P.] f. Ser.*'

---

[70]) inter eos fuit, ut recentiores Ciceronis studiosos homines omittam, scholiasta p. 323 Orell.

[71]) de Lavernis vide 'Sulmonem'.

Sabini.

Oppida: Amiternum, Cures, Forum Novum, Nursia, Reate, Trebula Mutuesca. — C 9, p. 396. M.' Curius Sabinos a. 464 = 290 devicit et eorum agros ex aliqua parte plebei viritim divisit (Columella 1, praef. 14; Plinius nat. hist. 18, 18; de viris ill. 33); alia pars annis proximis aut adsignata est civibus Romanis aut veniit; reliqui agri eis Sabinis, qui antea possederant, relicti sunt; his[72]) Velleio teste (1, 14, 5) a. 464 = 290 *sine suffragio data est civitas,* a. 486 = 268 (1, 14, 6) *suffragi ferendi ius est datum* (cf. Liv. 40, 46, 12 ad a. 573; Varr. r. r. 3, 14, 3; Cicero pro Balbo 13, 31; id. de off. 1, 11, 35; cet.); novi cives censiti sunt plerique in Quirina (KT. p. 22; Amiternum, Nursia, Reate), reliqui in Sergia (Cures, Trebula Mutuesca; Cicero in Vatin. 15, 36 coll. schol. Bob. p. 323 Or., q. v. sub 'Paelignis') et Clustumina (Livius 42, 34, 2 ad a. 583 = 271: '*Sp. Ligustinus tribus Crustuminae ex Sabinis sum oriundus*'; Forum Novum?)[73])

Amiternum **Quirina**

C 9, 397. 412. 417. 434 cl. 684.[74]) expugnatum est a Romanis a. 461 = 293 indeque Sabinorum universorum vices omnes tulit. Quirinae multi et vetusti testes (n. 4239. 4274. 4288. 4299. 4311. 4398. 4472. 4481. 4487. 4638).

α 6, 2919 (Romae) '- - *M. Livio Quir. Quintiano, d(omo) Amiterno, mil. coh. XII urb. (centuria) Prisci - -*'.

α—β 9, 4206 '*C. Sallio C. f. Quir. Proculo, splendidissimo viro, II qq., patrono decurionum et populi Amit.*', cet. ≌ 4207 '*C. Sallio C. f. Quir. Proculo* cet.' ≌ 4399 (Forulis) '*C. Sallio C. f. Qui. Proculo* cet. *vicani Forulani patrono - -*' ≌ 4399 (Forulis). Proculi filius laudatur in titulo Amiternensi 4208 ob merita, quibus '*patriam suam ho[noravit]*' et ob amorem in '*cives*'.

β 9, 4198. 4199. 4201. 4270 (cf. add. p. 683). Gruter 1106, 4.

γ 9, 4239. 4248. 4274. 4288. 4299. 4311. 6352 vs. 4.

ε 9, 4193 cl. 4456.

C 6, 3884 p. 1, 36 (m. f. coh. urb. a. 198) '*L. Gargilius L. f. Sab(inis) Septimus Amit(erno)*' legendum esse videtur, id quod Mommsen primus proposuit.

Palatina: β 9, 4200 (Amiterni? Caudi?) γ 9, 4508. Collina β 9, 4269. Claudiam et Sergiam et Quirinam v. in titulo 9, 4519. Clustuminam et Voltiniam et Quirinam v. in titulo 9, 4201.

Ager Amiterninus:

FORVLI (fuit vicus Amiterninorum, cf. C 9, p. 417).

β 9, 4398 (litt. vetustis) '*Q. Oviolenus . . . . . Q., oct(o)vir, Q. Oviolenus Q. f. P. n. Q., eque[s . . . . .]*'.

γ 9, 4423 '- - *P. Pomponius P. f. Lic(inus) Qui. - -*'.

---

[72]) utrum omnibus Sabinis an plerisque, diserte non indicatur. — ceterum Quirinam anno demum 541 = 213 natam esse accepimus.

[73]) Velinam num recte ad Sabinos rettulerim (KT. p. 25—27), nescio.

[74]) de Fificulano pago v. Peltuinum.

praeterea Quirinae tribulium memoria exstat:

nel campo di Pile β 9, 4327. — Coppito γ 9, 4333. — Tornimparte γ 9, 4357. — Preturo γ 9, 4472. 4486. 4487. — La Barete β 9, 4519 *Cla(udia), Qui(rina), Ser(gia).* — Montereale γ 9, 4638. 4639.

Cures **Sergia**

C 9, p. 471 sq. tribui Sergiae adscriptas fuisse infra scripto uni testi sed gravissimo crediderim, quamquam non nego esse quae Quirinam commendent.

α Bull. d. comm. communale di Roma 1886, p. 86, n. 112 '*T. Pupuleius T. f. Serg. Restitutus Curib(us) Sabinis, mil. coh. XI urb. 7 Severi - -*'.

Quirinae testimonia: Festi verba p. 254 Müll. '*Quirina tribus a Curensibus Sabinis appellationem videtur traxisse*'; quae si quidem recte dicta sunt, Quirinae originem a Curensium viciniis civibus Romanis viritim adsignatis fortasse praestabit repetere quam a Curibus ipsis. — γ C 9, 4967 '*- - C. Cal[p]urnius C. f. Quir. [A]pol[l]inaris - -*', cuius pater vs. 1 sq. dicitur: '*C. Cal[p]urnio Sp. f. Col. Apol[l]inari, apparitori Aug., pr[a]econi [d]ec. [I]ul. - -*'. 5005 vs. 1 }'*T. f. Qui*}'.

Collina β 9, 4976 (post a. 161). 4968 (ante a. 68). 4967 (s. s.); Fabia 9, 4965 (a. 101—102/103; = CG 4238 c, Tloe rep. = KT p. 117, n. 10 Iuliorum); Palatina β 9, 4973 (est Romae; ubi repertus sit, ignoratur).

Forum Novum **Clustumina (?)**

C 9, p. 453. in his agris non unius cuiusdam tribus exempla prae ceteris frequentiora reperta sunt; Clustuminam Mommsen cum Foro Novo coniungit, recte fortasse; sed iam malim e novis titulis lucem sperare.

Clustumina: β 9, 4789 '*C. Tonnio C. f. Clu., II vir(o) des(ignato) - -*'. γ 9, 4808 '*[Q.] Catius [Q. f.] C[l]u.* (trad. O CATIVS O·T·CIV) - -'.

Claudia? β 9, 4790. Papiria γ 9, 4842. Stellatina γ 9, 4798 (bis).

Nursia **Quirina**

C 9, p. 427. Mommsen num recte 'ad iustam civitatem Nursinos probabile est pervenisse non ante bellum Italicum' dicat nescio, certe eos saec. V exeunte cives Romanos factos esse et Sabinorum communis sortis participes fuisse constat.

β 9, 4542 '*P. Cae . . . cus P. f. Qui., V[I vir] Aug.*' Orelli 3966 (Spoleti) '*- - T. Varutio T. f. Quir. Sabino, IIII vir(o) aed. potest., quaest. aerari Spoleti,*[75]) *item VIII vir(o) II vir. pot. Nursiae - -*'.

γ 9, 4569 '*- - T. Egnatieno T. f. Quir. Corentho - -*'. 4592 '*. . . . . C. f. Qui.* | *Ruf. . . . . . - -*'. 4603 '*P. Verius L. f. Quir.*'.

ε 9, 4546 '*Q. Saturio Q. f. Quir. Maxi[m]o, patron(o) m[un.] et patron. iuven. - -, Q. Sa[turio . . . .] Quir. . . . . ., patron . . . . ., patron . . . . . - -*'.

Reate **Quirina**

accedunt vici Aquae Cutiliae et Interocrium. — C 9, p. 438 sq. 450. — Flavios imperatores, quorum tribus Quirina fuisse videtur, inde originem traxisse narrat Suetonius Vesp. 1. 2; cf. Silius 3, 596.

---

[75]) Spoletium autem in Horatia censebatur.

α 9, 4684 (Reate, post a. 79) '- - *C. Iulio C. f. Longino, domo Voltinia Philippis Macedonia, veteranus leg. VIII Aug. deductus ab divo Augusto Vespasiano Quirin(a) Reate* - -'. 4686 (Reate, a. 184) '*L. Oranio L. fil. Quir. Iusto, p. p., praef. castror. leg. III Cyr.*, cet., *plebs Reatina patrono, quod - - hs. c̄. m̄. n̄. - - municipibus suis dedit* - -'.

γ 9, 4685 (cum. add. p. 685) '- - *C. Octavio C. f. Quir. Pastor[i]* - -', quem filium puto C. Octavi P. f. Pastoris Pub. Verona, sig. leg. VIIII, Reate ab divo Aug. Vesp. deducti eiusdem tituli. 4702 (cum add. p. 685). 4707 (add. p. 685). 4729. 4734. 4739? 4740.

Pollia: α 5, 7619 (Pollentiae) '- - *T. Titius Felix Reatinus, tribu Pollia* - -'; originem Reatinam cum Pollentia domo, quae Polliae fuit tribus, mutavisse Titium coniciamus necesse.

ex agro Reatino accedunt:

Montereale γ 9, 4638 et 4639, quos titulos rettuli ad 'Amiternum'.

INTEROCRIVM (C 9, p. 435), celeber Reatinorum vicus.

γ 9, 4647. 4649. 4654. 4655. 4659(?).

AQVAE CVTILIAE (C 9, p. 437). γ 9, 4663 vs. 2.

in valle Canera: β 9, 4753 (Contiliani; ante a. 117). 4754 (prope Poggio Perugino).

Trebula Mutuesca **Sergia**

C 9, p. 463 sqq.[76]) — L. Mummio cos. a. 608 = 146 (cf. 9, n. 4882) vicum hic fuisse, eumque postea suam obtinuisse rem publicam Mommsen statuit; municipium fuit in divi Augusti tabulis indeque dictum est apud Plinium (nat. hist. 3, 107). tribum Trebulanorum horum Sergiam fuisse, in qua Curenses quoque proximi suffragium tulerunt, credamus necesse est, quoniam satis multi eius testes prodierunt, quos quomodo alii oppido vindicemus non videmus. Fabiae igitur testis ille urbanus (C 6, 3884, coh. urban. a. 197—198, vs. 3, 7: '*C. Safinius C. f. Fab. Primus Trebl.*') ad aliud huius nominis oppidum pertinere videtur, aut ad vicinos Trebulanos Suffenates aut ad Trebulanos Ballinienses regionis primae.

β C 9, 4888 '*T. Petronio T. f. Serg. Sabino, tr(ibuno) mil., mag. iuvent* . . . . .'. 4889 '. . . . . *s. P. f. Ser. Rufus, mag. iu(v)ent. bis, [. . . . . quin]q., VIII vir bis*, cet.'. 4900 intra sepulcrum '. . . . . *[V]aleri M. f. Se[r(gia?)]* . . . . .', in sepulcri porta '. . . . . *VIII vir II aer proc* . . . . .'.

γ 9, 4897 (a. fere 47—54). 4913 *(Se[r(gia)?])*. 4925. 4944.

δ 9, 4887 (bis). 4861 = 6364.

Fabia: de C 6, 3884, 3, 7 cf. quae supra scripsi. β C 9, 4896 '*T. Petidio T. f. Fab. Cessino, VIII viro aediliciae potestatis*, cet., *pleps Trebulana* - -'; Alba Fucens, quae prope Trebulam Mutuescam sita est, in Fabia censita est.

---

[76]) equidem non intellego neque ex re epigraphica huius regionis neque ex locorum natura, quam ob rem Kiepert Aequiculorum finibus agrum inter Saltum et Turanum fluvios septemtriones versus ultra Leofreni et Pace comprehensum fuisse credat; Mommsen autem cum 9, n. 4119 inter Aequicolanos, n. 4925 inter Trebulanos edat, non sibi ipsi constat.

Aniensis γ 9, 4938 (Carsiolorum tribus est); Palatina β—ε 9, 4885; Pomptina ε 9, 4881; Quirina β 9, 4892. γ 9, 4940; Voltinia β 9, 4119 (Trebulana potius quam Aequiculana); Voturia (?) γ 9, 4917, vs. 2.

Samnites.

Summa est laus bellorum illorum, quae Samnites acerrimo cum studio atque nulla cladè oppressi aut fatigati gesserunt, ut fines et libertatem servarent. in bello sociorum contra Romanos, quod Marsicum dicitur, tanto furore tantaque pertinacia Urbis excidium expetebant, ut eorum impetus nisi una cum omnium fere eorum internecione propulsari non possent. tanta erat clades, *ut hodie* (Flori utor verbis 1, 11, 8) *Samnium in ipso Samnio requiratur nec facile appareat materia quattuor et viginti triumphorum* (cf. Strab. 5, 4, 11 C 249. 250). bello demum confecto Samnites agri tributim divisi videntur.

Aufidena **Voltinia**

C 9, p. 259.

β 9, 2804 '*M. Lucceio M. f. Vol. Sev[e]ro, bis II vir(o) i. d., II vir(o) i. d. quinq.* - -'. 2806 '*C. Pompon(io) C. f. Vol. Severo, II vir(o) i. d., q.* - -'. 2807 '- - *L. Pullio L. f. Vol. Iusto, q. pec. alim.* - -'.

γ 9, 2809 (litteris antiquioribus) '*L. Vettio Min. f. Vol. Ursulo Veri[no] d(uum)v(iro)* - -'. 2816 '- - *Cn. Afranius Cn. f. Vol. Eromius (?)* - -'. 2697 '- - *Cn. Afranio Cn. f. Cn. n. Vol. Prisco Sabiniano* - -'.

ε 9, 2805 '*L. Mario L. f. Vol. Clementi, patrono municipi* . . . . .'.

cf. titulos 9, 2669. 2714 Eserninos s. v. 'Esernia'.

Bovianum vetus **Voltinia**

C 9, p. 257. Caracenorum Samnitium caput fuisse videtur.

β 9, 2772 '*C. Tullio M. f. Vol. Celeri, mil. coh. VIIII pr., curatori fisci, M. Tullio M. f. Vol. Cordo p(atri), II vir(o) i. d.* - -'. 2776 '- - *M. Epidio M. f. Vol. Sever(o), dec. B. m.* - -'[77].

?γ 9, 2771 (litteris antiquis) '. . . . . *ius C. f. Vol. Pedo* - -', infra sella curulis et suppedaneum (?) depinguntur. 2792 '. . . . . I · VOL | . . . . . IR'.

γ 9, 2789 '*Pup. Pontio T. f. Vo[l.] Proculo* - -'.

δ 1, 1278 = 9, 2770 '*M. Papius Sex. f. Vol., Sex. Papius N. f., C. Papius Sex. f., C. Papius Sex. f. Vo[l(tinia)* . . .*]* | *[pilus]* . . . *imus princeps tertius* | . . . . . *l. XXXIII coerarunt*'.

externus homo fuerit necesse est 9, 2786 (litt. antiquioribus); legitur enim '*L. Mario P. f. Lem. Nasoni* - -'.

Bovianum Undecimanorum **Voltinia**

totus ager inter Bovianum Undec. Saepianum Fagifulas Terventum Aufidenam in tribu Voltinia suffragium tulit; igitur quod earum civitatum

---

[77]) est titulus pessime descriptus, verba Mommsen ex hisce traditis restituit '- - N · E · I · D · L · VƆ · N · P · V · O · L · S · F · V · P · R · D · E · C · B · M · - -'.

fines non ubique satis definiri possunt (cf. e. g. C 9, p. 227), in hac re nihil refert. — C 9, p. 239. Bovianum hoc, quod caput Pentrorum Samnitium Liv. 9, 31 dicit, bello Marsico a Sulla captum ait Appianus b. c. **1, 51.**

β 9, 2565 '*Q. Arruntio Q. f. Vol. Iusto, q., aed., pat. col., pat. mun. Saepin., pat. mun. Vicentin., pat. et cur. r. p. Terevent., sacer. Tuscul. fanitali* cet.'.

γ 9, 2573 '*L. Cerrinio L. f. Vol.* - -'. 2575 '. . . . . *[P]oblicio L. f. Vol. Rufo* - -'.

Aniensis: δ 9, 2567. Lemonia: γ 9, 2576.

Esernia[78]) vel **Aesernia** **Tromentina**

C 9, p. 245. a. 491 = 263 colonos Latini iuris Eserniam deductos esse Livius ep. 16 et Velleius 1, 14, 8 auctores sunt; bello Marsico Italici oppidum (Αἰσερνίαν ῥωμαΐζουσαν Appian b. c. 1, 41) obsederunt et expugnaverunt munieruntque et ultra belli tempora tumultu tandem civili confecto amiserunt.

β C 9, 2645 '*M. Calidio L. f. Tro. Balbino, IIII vir(o) i. d., iter(um) quinq., trib. mil.* - -'. 2647 '*L. Fannio C. f. Tro., IIII vir(o) i. d., iter. quinq., tr. mil.* - -'. 2648 '. . . . . *Tro. Maximo, IIII vir(o) i. d., IIII vir(o) quinq. bis*, cet. - -'. 2649 (post a. 117) '*P.*' *Septimio P. f. Tro. Paterculo, praef. coh. I Pannoni[or.] in Brittania*, cet., *patrono municipi, IIII vir. i. d., IIII vir. quinq., q. II* - -'. 2655 '*L. Abullio De[xtro] C. Utio C. f. T[ro.] Celeri, curatori viae Cu . . . . . dato a divo Hadri[ano], curatori viae A . . . . . dato ab imp. Anton[ino Pio], item IIII vir(o) i. d., q., II[II vir(o)] quinq. [i. d.?]*, cet. - -'. 2656 '*L. Abullio L. f. Tro. Hymito, aedili* - -'. 2658 '*M. Celerio M. f. Tro. Corintho, IIII vir(o) i. d., q(uaest.), d(ec.)* - -'. 2663 '- - *M. Munatio M. f. Tro. Crispo, aedili, annonae curatori* - -'. 2664 (litteris antiquis; nota praetorem unicum adhuc repertum Aeserniae) '. . . . . *Tro. Naso, pr(aetor)*'. 2665 '*M. Polius M. f. Tro., IIII vir i. d.* - -'. 2668 '*C. Septumuleio C. f. Tro. Obolae, IIII vir(o)* - -'. 2671 '*M. Vergilio M. f. Tro. Varroni, IIII vir(o) i. d., iter(um) qu[inq.]*'. 2674 '*? t]{ro. IIII vir / ento*'. 2675 '*Cn. Mario Cn. f. Tro. Severo, scribae Aesernino* - -'.

γ 9, 2694. 2701 (litt. vetustis). 2719. 2730. 2735. 2744 vs. 1 '*Satrio N. f. Tro.*', sed vs. 2 '*Satrio N. f. Vol.*'. 2749.

ε 9, 2646.

Galeria?: 9, 2629, quod vs. 1 traditur cuiusdam IIII viri nomen '. . *pes*CENNIVS · Q · F · GA{' GA potest quidem in Galli cognomen vel simile suppleri, sed nescio an *Ga[l(eria)]* tribus propter litterarum minorem formam intellegenda sit. Pomptina?: α 6, 2377 (Romae, laterc. coh. praetor. a. 136) vs. 2 '. . . *olcius M. f. Pom. Felix Aesern(ia)*', vs. 6 '. . *Matius L. f. Pom. Vitalis Aesern(ia)*'. sed recte mihi videtur Mommsen POM · (pro TROM ·) quadratarii errore scriptum esse putare. Romulia?: β 9, 2666 quem De Leo fratres Brundisini ex Egnatiae prope Monopolim ruderibus, Riccianae autem schedae (confectae post a. 1748) Aeserniae repertum dicunt; 'utro loco erratum sit, parum constat' Mommsen h. l.; neque neglegendum est Marcum Mondo inscriptionem 'nuper Aeserniae' detectam esse dicere (Mommsen p. 696): '- - *D. Publicius D. f. Rom. Ephebus, aed. pot., IIII vir i. d., IIII vir lege Petronia* - -'. at cum Romuliae nulla exstent in his regionibus vestigia, Garruccius audiendus videtur, qui *[T]rom(entinam)* coniecit. Teretina?: γ 9, 2714 (litteris vetustioribus; Allifae et Venafrum oppida vicina in Teretina censebantur). Voltinia: β 9, 2669. γ 9, 2744, vs. 2 iam inter Tromentinae testes (γ) citatus; puto cives origine Aufidenates.

---

[78]) cf. Schweder, Beiträge zur Kritik der Chorographie des Augustus 3, 1883, p. 22.

Fagifulae **Voltinia**

C 9, p. 237.

α 6, 3884 (Romae, militum coh. urb. laterc. a. 197/8) (1, 7) '*L. Fagigulanius*[79]) *L. f. Vol. Celadus Fag(ifulis)*'.

β 9, 2553 (a. 140) '- - *Q. Parius Q. f. Vol. Sever(us) ob honor(em) quinquen.* - -'. 2557 '*C. Pontius C. f. Vol. Priscus, aed.* - -'.

Saepinum **Voltinia**

C 9, p. 227.

Neratiorum inscriptionum tam magnus numerus Saepini e terrae visceribus effossus est, ut facile illos origine Saepinates credas; ex quibus titulis in nostrum usum hi faciunt 9, 2454 '*L. Neratio L. f. Vol. Prisco*[80]), *praef. aer. Sat., cos.* (a. 83?), *leg. pr. pr. in prov. Pannonia* (a. 98?), *scribae quaestori et munere functi patrono*' ≅ 2455 '*L. Neratius L. f. [Vol. Priscus]*, cet. *L. Neratius L. f. Vol. Pr[. . . . ., f., cos.]*, cet.' ∾ 2457 '*L. Neratio C. f. Vol. Proculo*, cet., *cos.* (saec. II medio) *municipes Saepinat(es)*'. ∾ (?) 2516 '*L. Neratio L. . . . . .* | *Vol. Rufin . . . . .* | *. . . . . aec. . . . . .* | *. . . . . s . . . . .*'.

β 9, 2465 '*Cn. Badio Cn. f. Vol. Saepican(o), IIII viro aed., Cn. Badius Cn. f. Vol. Saepicanus filio* - -'. 2467 '*Ti. Heio Ti. f. Vol. Rufo, IIII vir(o)* - -'. 2471 '*C. Nummio L. f. Vol. Labeoni, IIII vir(o), q.*'.

γ 9, 2491. 2530 (bis ut videtur). 2532. 2545.

Falerna γ 9, 2541, Telesinorum?; Teretina (?) 9, 2468, Allifanorum aut Venafranorum est.

Telesia **Falerna**

C 9, p. 205. bello sociali cum plerisque Samnitibus a Romanis defecisse videtur; fortasse in hoc oppido natus est Pontius Telesinus, Samnitium in hoc bello dux ille fortissimus.

α C 6, 3884 (Romae; coh. urban. a. 197—198) vs. 1, 15 '*L. Minnius L. f. Fal. Nestor Tel.*'.

β C 9, 2227 '*C. Her(e)nnio Strabonis f. Fal., pr(aetori) II vir(o)* - -'. 2234 '*C. Minucius C. f. Fal. Thermus, pr. II vir bis*, cet. - - *C. Minucio C. f. Fal., patri* - -'. 2236 '*P. Satrio P. f. Fal. Rufo, aed.* - -'.

γ C 9, 2253. 2283. 2303.

ad principem titulum s. s. accedit C 9, 2240 (litteris antiquis scriptus) '*. . . . . Visellius L. f. Fal. Flaccus Beneventan(us) heic sepultus e(st), duovir Tele[s(iae), p]r(aetor) Benev[enti]*'; videtur nempe Beneventanus homo Telesiae in civitatem receptus esse.

adde praeterea titulos hominum ut videtur Telesinorum et Falernae tribulium 9, 2128 (s. v. Vitolano, reg. II); 2541 (s. v. Saepinum); 1, 1223 = 9, 1927 (s. v. Beneventum).

[Co]l(lina) δ 9, 2280 (Sp. f.); Pomptina β 9, 2239; Stellatina δ 9, 2217 (litteris optimis) '*P. Manlio P. f. Stel., legionis XXX*'; adn. Mommsen: 'tam tribus quam legio significant hunc fuisse ex militibus deductis Beneventum'. quod Mommsen inde deductionem illam ad Telesini quoque territorii partem pervenisse suspicatus est, propter tribum non recte videtur iudicavisse.

---

[79]) Mommsen 9, p. 237 quadratarii errorem pro *Fagifulanio* adesse suspicatur.

[80]) cf. de eo Teuffel, Röm. Literaturg.[4] § 342, 1.

Tereventum **Voltinia**

C 9, p. 241.

β C 9, 2597 '- - *L. Lucretio L. f. Volt. Severo, II vir(o) quinq., quaest. II - - L. Lucretius L. f. Volt. Cordus, II vir quinq., flaminalis patri - -*'. 2599 '*L. Ofillio L. f. Vol. . . . . . | II vir quinq.* cet., *M. Ofillius L. f. Vol.* FI . . . . . . - -'. 2601 '- - *C. Pontio C. f. Vol. Marcello, II vir(o) [mu]nicip(i) Terventinat* - -'. 2603 '- - *C. Munatius C. f. Volt. Marcellus aed., II vir. i. d.,* cet. - -'.

γ 9, 2614 (bis). 2615. 2623.

δ 9, 2593 '- - *P. Florio P. fil. Vol. Praenestino, mil. legion. in Norico Ael(iis) Obilab(is), b. trib.* - -', ubi Mommsen *Ael. Obilab.* non domum militis, sed castra, ubi legionis II Italicae pars in Norico tetenderit, recte putare mihi videtur.

Vestini.

Oppida: Aveia, Peltuinum, Pinna.

C 9, p. 317. — anno 452 = 302 '*Romae,* Livius ait (10, 3, 1), *cum Vestinis petentibus amicitiam ictum est foedus*'. bello autem Marsico acerrime contra Romanos pugnaverunt, sed non omnes; Pinnenses quidem constat fidem servavisse et summo studio Italicis restitisse. bello finito Vestini ad Quirinam, quae non erat una ex octo illis tribubus minoris notae, accesserunt. — aliquamdiu unam rem publicam habebant (cf. inter alia Livii verba 44, 40 ad a. 586 = 168); quando haec soluta sit, ignoratur.

Aveia **Quirina**

C 9, p. 341.

α C 6, 2490 (Romae) '*L. Cornelio Firmiano Q[ui]r. Av[ei]a*[81]) *veterano cho. III pr., misso honesta missione* - -'.

β 9, 3613 '. . . . . *Qui. Sec[undo . . . . . pr]aef. iuri dic., qu[a]est., ... [flam.] Aug., curatori viae Cl[audiae . . . . .]* - -'.

γ 9, 3618 (litt. vetustis) '*C. Allidius V. f. Quir. Sura*'. 3621 = 1, 1298 '*P. Bruttius P. f. Qui.* - -'. 3633 '*L. Pagnio L. f. Qui. Severo*'.

δ 9, 3609 ∾ 3610.

ε 9, 3602 (post a. 54) cuius viri esse putat Mommsen alterum quoque titulum (4518) in Amiternino agro repertum.

Papiria: γ 9, 3625 exstat in oppido Cività di Bagno, sed Roma huc delatus esse videtur.

Peltuinum **Quirina**

C 9, p. 324.

β 9, 3384 '- - *Q. Statio Q. f. Quir. Syro, aed., quaest. alim., quaest. mun. Pelt.,* cet., *P. Statius Q. f. Quir. Severus patri* - -'. 3385 '- - *Q. Statio P. f. Qui. Verecu[ndo], aedili,* cet. - -'. 3434 '*C. Nerio C. f. Quir. Severo, aed., q(uaestori) r. p.,* cet. - -'. 3437 '*C. Pausculano C. f. Quir. Maximo, aedili quinq., praef.*

---

81) sic restituit Mommsen ex traditis Q · R AVILA (vel AVLIA vel AVIL).

iuris dic., cet. - -'. 3438 '- - *T. Pompuleno T. f. Quir. Iuveni, aedili, q. alimentor(um) p(artis) Peltuinat(ium) desig.* - -'.
γ 9, 3477.

Aemilia: 9, 3440 (litteris antiquioribus). Palatina: 9, 3524.

ager Peltuinatium:

Aufinum (C 9, p. 320) 'Tituli Ofenae reperti cum habeant quidem magistratus, sed quos satis constet Peltuini honores gessisse, probabile est Aufinates non tam suam rem publicam habuisse quam adiunctos fuisse nescio quomodo rei publicae Peltuinatium' Mommsen l. c.

? β 9, 3382 '*T. Caesienus Egrasie (?) Quir. Vestinus Restitutus*, cet.', qui titulus a manu recenti totus immutatus esse dicitur a Dresselio. 3384 et 3385 vide supra.

Capestrano. 'Romana aetate pagus videtur fuisse satis celeber, nomen ignoratur' Mommsen C 9, p. 320.

δ 9, 3379 '. . . . . *Q. f. Qui. Crispo, [leg . . .] Claud. p. f., prim(o)pi[lo* . . . . .'.

Furfo (accedunt vicus Carapelle sive is Furfonis pagi pars fuit sive cuiusdam n. 3523 dicti . . *usustrani* (?) et S. Stefano C 9, p. 333) vicus vel pagus Peltuinatium.

β 9, 3519 (Carapellis) '- - *P. Quintio Sex. f. Quir. Tironi, mil. coh(o)r. XI urb. 7 Scaefi et Sex. Quintio Sex. f. Quir. Firmo, militi coh. XI urb. 7 Sabiniani ex collegio I. o. m. Sex. Quintius Sex. f. Quir. Firmus, aed., pater p(osuit)*'.

γ 9, 3548 (prope Furfonem) vs. 1 '. . . . . *Qui. Ruf.* . . . . .'. 3553 (Carapellis) '. . . . . *[Var]iasius P. f. [Q]ui.* - -'. 3549 (S. Stefani) '*P. Rufrio T. f. filio Qui. Pio Pudenti* - -'.

Fificulanus pagus (C 9, p. 338), qui Vestinorum potius quam Amiterninorum fuisse videtur:

β 9, 3573 '*C. Curtilio C. f. Quir. Faustino, equiti coh. I pr., adlecto in ordine dec.*, - - *C. Curtilius C. f. Quir. Marcellus pater* - -'.

Pinna Vestina **Quirina**

C 9, p. 317.

β 9, 3356 '- - *Cn. Lucio Cn. filio Quir. Vario Festiano, decurioni* - -'. 3357 '*Cn. L[ucio]*[82] *Cn. f[i]l. Quir. Heleno* - - *Cn. L[ucius]*[82] *Cn. f. Quir. Helenus, IIII vir aed., IIII vir i. d. quinq., fil(io)* - -'.

Regio V.

Ancona **Lemonia**

C 9, p. 572. 690. oppidum nobilissimum reique Romanorum navalis sexto iam saeculo (Livius 41, 13) '*velut cardo*' habitum quas condiciones ante bellum Italicum habuerit nescimus.

β C 9, 5903 '*T. Rubrio T. f. Lem. Varici*, - - *quaestori, C. Fulvio C. f. Lem.* - -'. 5904 '. . . . . *sidieno L. f. Lem. Tonnio Mode* . . . . . | *[sacerdoti Au]g(usti) Victoriae Caesaris* - -'. 5841 (Auximi) '*L. Praesentio L. fil. Lem. Paeto L.*

---

[82]) traditur L·.

Attio Severo, praefecto coh. I Afr. c. R. eq., iudici selecto ex V dec., pr. Auximi, pat. col., aedili, II vir(o) Anconae - -'.

Pollia: γ 9, 5931. Quirina: γ 9, 5902.

Asculum Picenum **Fabia**

C 9, p. 494. Asculum belli initio Italici, quod inde exarsit, magnam famam cepit.

α EE 4, 887 (Romae, coh. praet., a. 141) vs. 2, 9 '*M. Aurelius M. f. Fab. Musaeus Asc(u)l(o)*'.

γ C 9, 5212 '*P. Diani P. f. Fab. Nigri - -*'. 5223 '*[T.] Ocbrotsini T. f. Fab. Mam . . . . .*'. 5256 '*- - C. Vibi Pet(ronis?) f. Fab. Balbi - -*'. 5270 vs. 2 '. . . . . Q · F · FAB'.

Asculanos cives putaverim etiam eos, in quorum memoriam positi sunt hi lapides:

Castorani: γ C 9, 5283 '*- - P. Audieno Q. f. Fab. Capitoni - -*'; S. Omèro: FAB*(ia?)*

γ 9, 5171 (litteris antiquioribus) L · PEI; Nereti: γ 9, 5169 (litteris antiquis) '*- - L. Betui C. f. Fab. - -*'; Pisis: C 11, 1437 '*- - C. Saturius L. Saturi Picentis p(rimi) p(ili) filius Fab. Secundus, equo publico, ex V decuriis, praef. coh. II Astirum, augur, patronus coloniae Asculanorum - -*'.

titulum Q. Iuni Q. f. Ouf(entina) Severiani (9, 5189), qui sine loco traditus a Mommseno ad Asculum relatus est, ex Auximate n. 5843 T. Saleni T. f. Vel. Sedati fictum coniecit Dessau 9, p. 699. Quirina: γ 9, 5225. Stellatina: γ 9, 5204.

Auximum **Velina**

C 9, p. 559. 'Auximum . . . . . colonos cives Romanos accepit a. u. c. 597 (Vell. 1, 15) vel paullo ante; nam quae de eo oppido ad a. 580 (Liv. 41, 21, 12. c. 27, 10) et 582 (Liv. 42, 20, 6) annales afferunt, coloniae potissimum apta sunt'. Mommsen l. c.

β: hoc loco Oppiorum vinculo quodam parentelae, ni vel maxime fallor, inter se coniunctorum titulos recensebo: C 9, 5831 '*M. Oppio Capitoni Q. Tamudio Q. fil. T. n. T. pr(o)n. Vel. Milasio Aninio Severo, equo publ.*, cet., *q. q. II, q. IIII, p. c. et p. c. Aesis et munic. Numanat., idem quinq., coloni - -*' ≌ 5832 '*M. Oppio Capitoni Q. Tamudio Q. f. T. n. T. prn. Vel. Aninio Severo, equo publ.*, cet., *patrono col. Auxim. et col. Aesis et munic. Numanat., ordo et plebs Treiens(is) patrono municipi, curatori dato ab imp. Antonino Aug. - -*'; 5833 (a. 117—138) '*C. Oppio C. f. Vel. Sabino Iulio Nepoti M'. Vibio Sollemni Severo, cos.*, cet., *patrono col. - -*'; 5839 (a. 137) '*C. Oppio C. f. Vel. Basso, p. c., pr. Auximo*, cet. - -' ≌ 5840 (paullo postea positus) '*C. Oppio C. f. Vel. Basso, p. p., p. c., pr. i. d. Aux.*, cet., *centuriones leg. II Traianae fortis - -*'; 5849 '*C. Oppio C. f. Vel. Pallanti, pr. et quaestori Auximi, idem quaest. alimen[t.] - -*'. — cum Oppio Sabino n. 5876 quodammodo coniunctus est ille, cui titulus positus est Auximi 5830 (a. 138—161) '*C. Iulio C. f. Vel. Oppio Clementi, X vir. stlilib. iudic.*, cet., *patrono coloniae, coloni*'.

5843 '*T. Saleno T. f. Vel. Sedato, veterano Augg.*, cet., *pr., qq., quaestori rei p. Auximat., patrono colleg. centonarior. - -*'; cf. 5858 '*L. Feronio L. f. Vel. Ru[fo], scribae - -*'.

γ 9, 5820. 5878. 5881?

δ 9, 6383.

ε 9, 5838 (litteris antiquis), vs. 1.

Collina α 9, 5835 ≌ 5836 '*Q. Plotio Maximo Col.* (*Collin.* 5835) *Trebellio Pelidiano, equo p., trib. leg. II Traian. fort.*, cet., *qq., p. c. et suo pont.*' priorem titulum collegium fabr. Auximat., alterum colleg. cent. Auximat. '*ob eximium in municipes suos amorem*' posuit. nescio an subsit in COL · vel COLLIN · cognomen aliquod potius quam tribus. Lemoniae testem 9, 5841 hominis Auximi pr(aetoris) et patroni, Anconae aedilis et II viri ad Anconam rettuli. Sergiae tribulis 9, 5844 mihi Augustam Praetoriam videtur originem indicare.

Castrum Novum ?

C 9, p. 491. Castrum coloniam deductam esse una cum Sena Gallica et Hadria inter a. 464 et 468 Livius ait epit. 11, una cum Firmo a. 490 Velleius 1, 14, 7, ita ut verisimile sit, alterum Etruriae alterum Piceni oppidum dicere; cf. Bunbury[82a]) in Smithii dictionary of Greec and Roman geography 1^2, 564 et quae infra de Castro Novo Etruriae dicentur.

Papiria vel Scaptia: γ C 9, 5150 '. . *[L]artius L. f.* | . . *ap. Rufus*'. V[el(inae)] vestigia suspicatus est Mommsen 9, 5147 L·AGID . . . . . | \ *elina* (?) | KAESO . . . . . Voltinia? β 6, 951 (Romae, a. 97) '- - *L. Sertorius L. f. Volt. Euanthus, aedil(is) c(oloniae) C(astri) N(ovi)* - -' si recte supplevit Henzen, quaerendum est, utrum Castrum novum indicetur; Mommsen autem propter tribum minus bene de *c(olonia) C(. . . .) N(emausensi)* cogitat.

Cingulum Velina

C 9, p. 541. Cingulum oppidum T. Labienus, tr. pl. a. 691 = 63 constituit suaque pecunia exaedificavit (Caesar b. c. 1, 15). in cuius oppidi agro nova res publica exstiterit, memoriae non traditum est.

α C 6, 3884 (coh. urb., a. 198) vs. 5, 1 '*C. Maeter. C. f. Vel. Severus Cing(u)l(o)*'.

β 9, 5686 (post a. 47) '*M. Cernitio M. f.* Ⅎ*el. Pollioni, II* Ⅎ*ir(o) bis, augu[r(i)]* - -'. 5687 '*P. Septim[ius] P. f. Vel. Ta . . . . ., sexvir* - -'.

Cupra Maritima Velina

C 9, p. 502.

γ C 9, 5331 '*C. Tarquinius C. f. Vel. Pollio* - -'.

ε 9, 5303 '*[L.] Publicio L. f. Ve[l.] Consultino, equo publico, iudici selecto decuris quinque* - -'.

Maecia γ 9, 5335 hominis fortasse Hadria oriundi.

Cupra Montana Velina

C 9, p. 543 sq.; 546.

γ C 9, 5714 utrum ad Cupram Montanam an ad Planinam pertineat, incertum; rettuli inter Planinenses.

δ 9, 5735 '*Q. Feronius Q. f. Vel. Clemens, corn . . . . .*'.

[82a]) quae de duobus Castris Novis traduntur, Bunbury bene comparavit nisi quod Livium et Velleium ll. cc. idem Piceni oppidum dicere existimavit.

Falerio **Velina**

C 9, p. 525; p. 517.

β C 9, 5441 '*Q. Allio Q. f. Vel. Rufo, II vir(o) quinq. ite[r.]*, cet.'. 5443 '*C. Annio C. f. Ve[l.] Tironi, aedil(i), II vir(o) qq.* - -'. 5445 '*M. Fabio M. f. V[el.] Maximo, aedilitate remissa, II vir(o), praef. fabr., pleps patrono col.* | R•PR'.

γ 9, 5426 (a. 43) '- - *C. Octavius L. f. Vel. Celer* - -'. 5474 (litteris vetustis) '- - *L. Vetili Q. f. Vel. Praetutiani*'. 5479 '. . . . . *M. Gav* . . . | *Vel. M*. . . . .', sed cf. Mommsen ad n. 5358. 5502 (F.?) '. . . . . *us C. f. V[el.?]* . . . . .'.

ex agro accedit γ 9, 5521 (S. Ginesii) '*C. Petillenus C. f. Vel. Rufus* - -'.

Aniensis γ 9, 5480 (litteris antiquis) '*P. Gavius P. f. Ani. Camars*'.[83]) Fabia β 9, 5439 (saec. II ex. vel III in.).

Firmum **Velina**

C 9, p. 508. Beloch, Ital. Bund, p. 144. colonia Latina Firmum deducta est a. 490 = 264 (Vell. 1, 14, 17). bello Hannibalico Firmani populo Romano fidem servarunt (Liv. 27, 10, 7). a. 586 = 168 in sua potestate (Liv. 44, 40, 6) erant. bello sociorum a. 665 = 89 Cn. Pompeius Strabo consul Firmi ab Italicis oppugnatus est (Appian b. c. 1, 47).

α C 6, 2381 (coh. praet., a. 156) a 1, 22 '. . . . . *s T. f. Vel. Iuvenis Fir. Pic.*'; a 2, 5 '*d. d., M. Pacilius M. f. Vel. Fortunatus Fir. P.*', cf. a 1, 11 a. 153 (cl. C 9, p. 508) '. . . . . *[S]alvius L. f.* VES · *Maximus Fir. Pic.*'. 2382 6, 17 (lat. mil. a. 178) '*M. Vettius M. f. Vel. Aufidius Fir. Pic.*'. 2519 '- - *C. Umidio C. f. Vellina Campan(o) domo Firmo Piceno, equiti coh. III pr. 7 Sulpici* - -'. 2660 '- - *L. Terentius L. f. Vel. Simplex Firmo Picen(i), spec. coh. VII pr. 7 Sei.* - -'. 2940 '- - *T. Ravolenus T. f. Vel. Donatus, Firmo Pic., mil. coh. XIIII urb. 7 Vindicis* - -'.

β 9, 5357 (post a. 138). 5363 ≌ 5364 ≌ 5365. 5362? 5375 v. 3.

γ 9, 5386 '*M. Clodius C. f. Vel. Rufus hic requiescit, P. Clodius C. f. Qui(rina) fratri fecit*'. 5396.

Palatina: 9, 5358 (imperatore Pio vel paullo post, cf. Hirschfeld Vwg. 1, p. 226) hominis ut videtur Firmo oriundi, cf. 9, 5358. 5359. 5360 Firmanos et quae Dessau ad Tusculanam inscriptionem C 14, 2607 enarravit. Sabatina: α quomodo intellegendus sit Bramb. 1179 (Mogontiaci) '*T. Iulius T. f. Sab. Secundus Firmo, mil. leg. XIIII gem. Mar. vic.* - -', mihi non plane liquet. Veturia: α 6, 2781 '*P. Oflinus P. f. Vet. Primus Firmo (Pic]en(i), mil. coh. . . pr.*'. Vermiglioli, iscr. Perug. 9, 2 p. 435 = C 11, 1935 (Perusiae) '*A. Halinus A. [f.] Vet.* (Bormann quoque VET · ex lapide dat) *Firmo, mil. c(o)ho. V pr.* - -'. fortasse in utroque titulo VET · pro VEL · lapicidae soli crimini est dandum.

Hadria **Maecia**

C 9, p. 480. Beloch, Ital. Bund, p. 144. — colonia Latina, quae ibi est condita a. 465 = 289 (Livi epit. 11), fuit bello Hannibalico inter eas, quae Romanam fidem servabant (a. 545 = 209, Liv. 27, 10, 7).

α C 7, 100 (Iscae) '- - *P. Saltienius P. f. Maecia Thalamus Had(ria), pr(a)ef. leg. II A[ug.]* - -' ≌ 101 (ibd.) '*pro salute Augg. nn. Severi et Antonini*[84]) *et Getae Caes. P. Saltienus P. f. Maeicia Thalamus Hadria, praef. leg. II Aug.* - -'.

---

83) Camertes in Cornelia censebantur.

84) Hübneri typotheta ANTONIN cum exhibet, fortasse erravit.

β 9, 5015 '- - *C. Tullio C. f. Mai. Frontoni, q.*'. 5018 '*Sextus Publicius Sex. f. Mae., scriba - -*'. 5157 '. . . . . *Mestrius C. f. Maec., VI vir Hadriae, . . Mestrio C. f. Mae., patri - -*'.

γ 9, 5025. 5034.

accedunt ex agro: Basciani γ 9, 5051 (litt. antiquioribus); prope S. Omèro β 9, 5156 '*Q. Eppius P. f. Mai., sexvir*', qui potius Hadriatinus quam Truentinus civis est aeque atque ille cui 9, 5335 (Ripatransone prope Cupram Maritimam) '. . *Vibio L. f. Maec.* | cet.' positus est.

in titulo C. Capiv(a)e (?) Vitalis CIRN 6128 = C 9, 5016 *[M]e(ciae)* tribus vestigia non subesse iam mihi videntur.

Interamnia Praetuttianorum **Velina**

C 9, p. 485[85]).

α C 9, 5105 '- - *P. Fadius P. f. Vel. Gratus Inter(amnia) - -*'. EE 4, 887 (Romae; coh. praet., a. 142) 2, 13 '*evoc(atus) L. Calpetan(us) L. f. Vel. Crescens Int. Pr(aetuttianorum)*'.

γ 9, 5091 '*Q. Artorius Q. f. V[el.?] . . . . .*'. 5093 '*(. . . . .) Vel. Bassus*'. 5096 '*A. Caesellius N . . . . .* | *Vel.*'. 5098 '*C. Carfinius C. f. Q. n. Vel. Capit(o)*'. 5107 '*C. Licinius C. f. Vel. Mancia . . . . .*'. 5109 '. . . . . *Marciu[s . . . . .] Vel . . . . .*'. 5124 (litt. antiquioribus) '*Cn. Varenus L. f. Vel. - -*'. 5126 '*C. Vettio C. f. Vel. L[a]eto*'[86]). 5134 '. . . . . *cio Q. f. [V]el. . . . . . ater*' et in tegula 6078 n. 61 '*C. Clodius C. f. Vel.*'.

δ(?) 9, 5065 (litt. antiquioribus). δ 9, 5066.

Claudia: α 6, 3884 (coh. urb. m. f. a. 198) vs. 2, 23 '*T. Attius T. f. Cl. Leo Interam. Pre(tuttianorum)*'. γ 9, 5119 (litteratura antiquiore) '*C. Rufrius T. f. Cla. - -*'.

Pausulae **Velina**

C 9, p. 553.

in tituli mutili C 9, 5795 vs. 2 {Q·F·VEL·S} adservantur; cf. 5799 '*Ti. Pontilius . . . .* | *Vel. Venad . . . . .* | *con . . . . .*'.

Picenum

cum Picenum totum fere praeter Hadriam Castrum Novum (?) Asculum Anconam in Velina tribu censum esse videatur, non miramur quod in Garruccii sylloge n. 1372 (Romae in via Salaria) = C 6, 15679 homo dicitur '*L. Cleppius P. f. Vel. Labeo ex Piceno*'.

Planina **Velina**

C 9, p. 544.

α C 3, 6202 (Troesmis) '. . . . . *us T. f. Vel. Claudianus Planina - -*'.

γ 9, 5714 (reperta est apud montem Robertum, sed ad Planinam pertinere videtur) '*L. Plotius L. f. Vel. Crusta*'.

---

[85]) complures titulos ex numero eorum qui in museo Delfici exstant vel exstabant Castronovanos aut Truentinos potius quam Interamnenses esse Mommsen adnotat. de 9, 5137 cf. ad Morge, praeterea caput de Truento.

[86]) VELLIETO traditur.

Potentia **Velina**

C 9, p. 556. Potentiam coloniam c. R. a. 570 = 184 Romani deduxerunt (Liv. 39, 44, 10; cf. Vell. 1, 15, 2).

γ C 9, 5809 '- - | . . . . . *Vel. Quieti* | . . . . . *f. Vel. Quietus, pater* - -'.
δ 9, 5810 '*C. Lucilius C. f. Vel. Vindex, miles c(o)hor. VI praet.*, cet. - -'.

Ricina **Velina**

C 9, p. 547.

α C 8, 503 (Thalae) '*P. Vettius P. f. Velina, mil. leg. III Aug. Hric(ina)*[87] - -'. 4094 (Lambaesi) '*T. Titio T. fil. Vel. Pio [Rici]na Picen[i* . . . . *] o* . . . . .'.

β 9, 5748 '*L. Cirpinio T. f. Vel., pri(mo) pil(o) iter(um), praef. leg. XXII, II vir(o) iterum quinq., municipes*'.

γ 9, 5775 '*M. Numicius L. f. Vel.*'. 5784 '*L. Vettinus P. f. Vel. Cerio*'.

Septempeda **Velina**

C 9, p. 533.

γ C 9, 5601 '*C. Flavius L. f. Vel.*'.

de Pup(inia) in titulo Muratorii 1084, 1 vide Mommsenum ad 9, n. 5579.

Tolentinum **Velina**

C 9, p. 530.

β C 9, 5567 (litt. optimis) '*L. Quinctius L. f. Vel. Babilianus, praf. [f]abr. bis, iudex dec. prima - - [mo]numentum factum et [prob]atum est arbitratu* . . . . . *f. Quir. Torquati*'.

Trea **Velina**

C 9, p. 538.

γ C 9, 5670 '*L. Pupius Q. f. Vel.*'.

δ 9, 5650 '. . . . . *f. Vel.* | . . . . . *[mi]l. coh. XII* | *[urbanae? tra]nslato* | *[in* . . . . . *praet.?]* - -'.

ε 9, 5645 (Tiberi aetate vel paullo post) '*M.' Vibio M.' f. Vel. Balbino, tr. mil.*, cet., *procos. provinc. Narbonensis*'. 5653 (litt. deterioribus) '*L. Naevio L. f. Vel. Frontoni, pat. mun. et collegior. collegium fabrum et centonarior(um)*'.

Truentum (= castrum Truentinum)[88]) **Velina**

C 9, p. 492.

---

[87]) cf. Mommsen EE 5, p. 207.

[88]) est la Cività ad Colonella vicum; accedere dicit Mommsen Sant Omèro, Nereto, Controguerra, Colonella; sed qui ex his vicis sunt eruderati lapides non ad Truentinos cives pertinere puto; nescio num Mommsen recte Truentinorum agrum tantum extenderit: certe ad agrum Truentinorum Corropoli (9, n. 5159) et Monteprandone (9, n. 5276. 5279) pertinebant; de reliquis vicis non ita constat; n. 5158 autem VIII · VIR non credo ad Truentum revocandum, antequam melioribus testibus edocti erimus de magistratibus Truentinorum et de finibus Interamniae, quos ad hunc usque locum extensos facile credi potest; quod

α C 6, 2505 '*C. Pollius [. . filiu]s Velcina Tr[u]entin[o R]estitutus Picen[s], mil. coh. III pr.* ɔ *Maximi* - -'.

α? 9, 5185 (Asculi) = Garrucci 2121

'. . . . . *dius M. f. M. Allen* . . . . . (aut *Mallen* . . . . .)
. . . . . *tr. mil. Vel.* CEI . . . . .
. . . . . *castro Truen* . . . . .
. . . . . *[e]t filieis viva fe[cit]*'.

γ 9, 5162 '*P. Egnati P. f. Vel.*'.

Fabia γ 9, 5169 (litt. antiquis) et 5171 (id.) ad Asculum Piceni pertinere videntur. titulum β 9, 5156 ad Hadriam rettuli.

Urbs Salvia, Pollentia (?) **Velina**

C 9, p. 526 sq., p. 530.

α C 6, 2381 (coh. praet., m. f. a. 154) a 1, 16 '. . . . . *Ofilius Q. f. Vel. Proculus Urb(e) Sal(via)*'.

β 9, 5533 (paullo post a. 97—99) '*[C. Salv]io C. f. Vel. Liberali [Nonio] Basso, cos.*, cet., *quinq(uennali) IIII, p(atrono) c(oloniae)*, cet.'. 5542 '. . . . . CFVEL (CFVEL) *[Nu]misio Rufino f(ilio), [eq]uo public(o), decur. [Ur]bisalviae et [Tol]entini, p(atrono) c(oloniarum) Urbi[salvie]ns. et Tolenti[natium]* . . . . .'.

γ 9, 5562 '- - *M. Sicini M. fil. Vel. Olympiani* - -'.

Aemilia: β 9, 5560. Cornelia: β 9, 5539. Horatia: γ 9, 5557 = 1, 1422.

---

superest ut titulos, quos certae rei p. cuidam attribuere non possumus, afferam:

Montesampietrangeli (C 9, p. 526). δ 9, 5227 '*C. Vetti L. f. Vel. Tusci, legionis IIII Macedonicae aquiliferi* - -'.

Morge prope Campovalano, ubi Mommsen e titulo 9, n. 5136 collegit 'in his partibus oppidum aliquod sui iuris exstitisse; quamquam tantum abest, ut ex titulo rem decidi iudicem, ut magis credam aut titulum loco motum esse aut legem de statuis divo Iulio ponendis etiam ad vicos quosdam frequentiores pervenisse'. C 9, p. 490. fortasse in Interamnensium pertica situs erat vicus: γ 9, 5137 '*Sex. Pompeio Sex. f. Laenati, trib(u) Sab(atina)* - -'.

Petriolo (C 9, p. 526). γ 9, 5523 '*L. Papiri C. f. Lem. Adoptati, f(ilii)*'.

Regio VI.

Hac regione continentur Umbria et Gallici agri pars, quae ad meridiem spectat. Umbros Romani saepius armis adorti sunt et plerosque pugna Sentinati, ut foedus secum inirent, coegerunt. ultimos Sassinates a. 488 = 266 in deditionem senatus populusque Romanus recepit. coloniae in Umbris deductae sunt Aesis (?, cf. p. 68) a. 507 = 247 et Pisaurum a. 570 = 184 civium Romanorum, Latinorum vero Narnia a. 455 = 299 et Spoletium a. 513 = 241.

---

in loco Interamniae et Truenti medio Campli dicti (vel potius Campovalano) oppidum fortasse aliquod sui iuris fuisse Mommsen credidit, ipse non prorsus eo rem decidi concedit p. 490.

ager Gallicus post funestam illam Senonum cladem (a. 471 = 283) in Romanorum dicionem venit inque eo Sena a. 465 = 289 et Ariminum (regionis octavae) a. 486 = 268 condita sunt. eius agri pars cis Ariminum sita una cum Piceno agro Flaminia lege a. 521 sive 525 civibus Romanis adsignata est. ceterum etiam ad viam Flaminiam, quam a. 534 = 220 Roma Ariminum stratam esse veri simile est, oppida c. R. aliquot exstitisse Fori Flamini, Fori Semproni, Fani Fortunae nomina ostendunt. reliqua Umbria foederibus cum Romanis coniuncta mansit[89]) usque ad bellum Italicum. tunc pars Romanos, pars Italicos adiuvit. quo bello finito Umbri in civitatem et tribus Romanorum venerunt, ac quidem civitates partis occiduae in Clustuminam omnes accesserunt, reliquae censitae sunt in tribubus illis, quas lege Iulia sociis concessas esse opinor, nisi quod Asisinates in Sergia erant. singularum tribuum agri inter Umbriae populos et in Gallico agro continui fuisse videntur, ita ut oppida fere vicina saepius in eadem tribu suffragia ferrent, Pisaurum et Suasa in Camilia, Aesis Fanum Ostra in Pollia, Attidium et Tuficum in Oufentina, Camerinum et Matilica in Cornelia[90]).

Aesis **Pollia**

Iesi. — Plinius n. h. 3, 113. coloniam a. 507 = 247 Velleio teste (1, 14, 7) *Aesulum* deductam sunt qui *Aesium* rectius dici putent (Mommsen r. Münzw. 332, not. 113). alii de *Asculo* cogitant (Bunbury in Smithii geogr. 1², 56), alii de *Aefulis* (Hübner Hermae vol. 1, p. 426).

α C 6, 2380 (cohort. praetor., m. f. a. 150) vs. 2, 4 '. . . . . *irius L. f. Pol. Iustus Aese*'. 2381 (id., m. f. a. 153) b 2, 14 '*d. d. C. Surinas C. f. Pol. Felix Aes[e]*'. EE 4, 887 (coh. praet., m. f. a. 142?) vs. 2, 4 '*cor. L. Numisius L. f. Pol. Sabinus Aes. Pic(eni)*'. Muratori 8, 10 (in vico St. Anatoliae dioecesis Camerinensis) '*N. Ortori[us] N. f. Pol. Ferox Aesae, evocatus Aug.* - -'. accedit fortasse ex Mommseni coniectura EE 4, 352 (Delminii, ante a. 42) '. . . . . *[Po]l. Aese, mil. leg. VII* - -'.

Scaptia γ Colucci 13, 38.[91])

---

[89]) Liv. 28, 45, 19 ad a. 549 = 205: '*Umbriae populi et praeter hos Nursini et Reatini et Amiternini Sabinusque omnis ager milites polliciti*', aliique testes in hac re nobis adsunt.

[90]) cf. Beloch, Ital. Bund, p. 55—58. — In digerendis et diiudicandis titulis regionis sextae auxilium petivi a Bormanno Italiae mediae inscriptiones Latinas edituro, quem aestate anni 1884 Marburgi, quod est in Hassia, adii. is et tunc et postea, cum Vindobonam venisset, quae est eius liberalitas, assidua opera me adiuvit. summo studio et iterato beneficio etiam I. B. Keune amicus mihi succurrit, qui Bormanno nunc est a manu. itaque titulorum infra scriptorum verba, quamquam inscriptiones ex antiquioribus collectionibus citabo neque quicquam adnotabo, saepissime Bormanni vel eius amicorum cura iam melius lecta afferam. — Pauca quaedam de locorum sitibus singulis capitibus mihi praemittenda sunt, quoniam corporis Berolinensis haec pars adhuc desideratur.

[91]) rep. 'in un podere tre miglia e mezzo distante da Iesi lungo la via Clementina, che dalla città conduce al mare'.

Ameria **Clustumina**

Amelia, acc. Lugnano in Teverina. — Plinius n. h. 3, 113.

α Brancatello (cod. Barb. 29, 73) hoc frustulum tituli adservavit: '*[T.?] Pet(tius) T. [f.] Clu. Ame[ria?]* . . . . .'.

β Gruter 1091, 7 '*T. Attilio T. f. T. n. Clu. Adiatroni, omnibus honoribus functo, item curatori kal. Amerinorum* - -'. 1092, 7 '*L. Casurio L. f. Clu. Speculatori, aed., IIII vir(o) i. d.,* cet. - -'. Orelli 2211 '*Sex. Ticiaseno Sex. f. Sex. nep. Sex. pron. Clu. Alliano, pontifici,* cet., *IIII vir(o) qq., IIII vir(o) i. d. II,* cet. - -'. 3949 = 4100 '*T. Petronio T. f. T. n. Clu. Proculo, I[II]I vir(o) aed. p., IIII vir(o) i. d.,* cet. - -'. Gruter 1100, 4 '- - *Sex. Restianus Sex. f. Clu. Iustus, veter(anus) Aug(usti) et decurio* - -'. 1097, 1 *IIII vir* quidam dicitur . . . . . *mars T. f. Clu. Proculus.*

γ Gruter 1104, 16. 1138, 16. 32. e schedis C 11: '- - *C. Masonio C. (f.) Clus. Laeto* - -', rep. inter Lugnano et Alviano ≌ '- - *C. Masonius C. (f.) Clustumina Laetus* - -', qui titulus unde Perusiam in museum advectus sit ignoratur.

δ sched. C 11 '- - *L. Catio L. f. C . . ustumina Romano, militi [c]ohor. X praetor.* - -'.

Pupinia ε sched. C 11. Pomptina α C 6, 3884 (cohort. urb., m. f. a. 197) vs. 3, 31 '*T. Ovedius T. f. Pom. Suc(c)essus Amer(ia)*'.

Arna **Clustumina**

Civitella d'Arno, acc. Bastia. — Plinius n. h. 3, 113.

β Vermiglioli[2] p. 479 (cl. X n. 65), repertus 'B., fra Perugia ed Asisi' '- - (. .) *Veiedio L. f. Clu. Crescenti, aed., II vir. i. d., q. reip. et aliment. Arnat.* - -'.

Asisium **Sergia**

Assisi, acc. S. Maria degli angeli. — Plinius n. h. 3, 113. Beloch Asisinates ante bellum civile in civitatem Romanam receptos esse suspicatur (Ital. Bund, p. 57. 165), quod e vetustorum titulorum fide (C 1, 1412. Fabr. 81) *marones* oppido praeerant.

α C 6, 3884 (Romae, coh. urban. a. 197—198) vs. 4, 31 '*C. Rutilius C. f. Ser. Donatus Asi*[?]'. Muratori 800, 3 (A.) '*C. Aco L. f. Ser. Maternus Asisio, mil. coh. V pr. 7 Proculi* - -'.

β Muratori 469, 9. 671, 5. Gruter 463, 6.

γ Muratori 1723, 4. Not. sc. 1886, p. 206.

δ Kellermann, vigiles, n. 132.

Oufentina γ Vermiglioli p. 500 n. 106. ε Kellerm. vig. 6. Quirina γ sched. C 11. Stellatina α C 6, 3884 (coh. urban. a. 197—198) vs. 2, 50 '*C. Narius C. f. Stel. Proculus Asis(io)*'. alio modo quod traditur ASIS explicari non posse videtur; nam de Liburnica 'Ασσεσία vel 'Ασσισία (Ptol. 2, 16, 6; *Asseriam* dicunt Latini auctores) nemo opinor cogitabit.

Attidium **Oufentina**

Attigio, acc. Fabriano. — Plinius n. h. 3, 113.

agros Attidiatium et Tuficanorum quoniam definire et separare nobis adhuc non contigit neque qui titulos in iis repertos publici iuris fecerunt satis operam dederunt ut qui Albacinae, qui Fabriani reperti sint discernerent, titulos tribulium

una proferre malo quam parum certis argumentis dividere. in re praesenti hanc quaestionem mittere possum, cum una duarum civitatium fuisse videatur tribus. titulorum maiorem partem ad Tuficum pertinere apparet.

Camerinum **Cornelia**

Camerino, acc. Cignano. — Plinius n. h. 3, 113. Camertes aequo foedere cum Romanis coniunctos fuisse Livius 28, 45, 20 ad a. 549 = 205 narrat, cf. res a. 444 = 310 gestas 9, 36 et quae de C. Marii studio et beneficiis in aliquos Camertes feruntur narrationes Cic. pro Balbo 46. 47, Plut. Mar. c. 28, Val. Max. 5, 2, 8 (idem de Pompeio patre Cicero pro Balbo 50 tradit).

huc non spectat[92] Mowat, Mélanges Graux, p. 63 (Arelate) *[A.? An]nius [A.? f. Co]r. Camars, [X vir stl.] iud., trib. mil. [leg. . . .]*, cet.', cum quo titulo cf. C 12, 3138.

β Wilm. 2104 (a. 180—192) '*C. Veianio C. fil. Cor. Rufo, - - aedili, IIII vir(o) i. d.*, cet.' Effemeridi lett. di Roma 1820, 1, p. 120 '*[C. Sa]trio C. f. C. n. [C]or. Barbaro, IIII vir(o) iur. dic., equo publ., patron. Camertes - -*'.

ε Doni 6, 19 '*M. Maenio C. f. Cor. Agrippae L. Tusidio Campestri, hospiti divi Hadriani*, cet., *patrono municipi - -*'.

Lemonia β Mur. 731, 1.

Carsulae **Clustumina**

S. Damiani aedicula proxima est ruderibus Carsulanis, acc. Quadrelli, Montecastrilli, S. Gemini, Cesi, Acquasparta, Casigliano, castrum Todinum, contrada detta la nova. — Plinius n. h. 3, 113.

α C 3, 1188 (Apuli) '*C. Atrius C. f. Crustumina Crescens Carsulis, mil. leg. XIII gem. - -*'.

β iuvenum Capitolinorum gratulat. 1879 p. 29 n. 2 '*T. Calvisio T. fil. [Cl]u. Vero, augur(i), quinq., IIII vir(o)*, cet., - -'. p. 30 n. 3 '*- - L. Egnatio L. f. Clu. Victorino, IIII vir(o) i. d. quinq.*, cet., - -'. p. 30 n. 4 '*C. Octavius C. f. Clu. Clemens, IIII vir; C. Octavius C. f. Clu. Rufus IIII vir*'. Mur. 597, 3 = 704, 4 = l. c. p. 29 adn. 5 '*C. Furius C. f. Clu. Tiro, scr. q., IIII vir quinq. tert., pontif.; C. Furius C. f. Clu. Tiro f(ilius), IIII vir quinq.*, cet. - -'. Gud. 98, 4 = l. c. p. 28 adn. 6 '*C. Tifanius C. f. Clu. Cilo, pr. pil., quinq., augur . . . - -*'. Donat. 245, 3.

γ iuvenum Capit. congrat. 1879, p. 29 adn. 10. 12. 13. 16. praeterea p. 31, n. 7 = C 1, p. 186 '*[Ti . . . . .]lio Vibi f. Clu. patri, [. . . . . l]io Ti. f. Clu. fratri - - . . . . . lius Ti. f. Pup. Clemens, scr. XXVI [vir., trib. m]il. a populo, II vir iure dicundo Carsulis*, cet.'. Mur. 763, 5 ('Casiliani' Manutii Vat. 5253 et Stefanucci, 'Spoleti' Smetius). 1264, 2. 1347, 10.

Pupinia β in titulo s. s. C 1, 186; fortasse in titulo a Ioh. Schmidtio (iuv. Cap. congr. p. 31 n. 6) edito (vs. 2) Pup(iniae) vestigia latent. Pupinia et Voltinia γ Mur. 1476, 4 = l. c. p. 29 adn. 15. Voltinia γ Mur. 1648, 16. 1661, 11.

Fanum Fortunae **Pollia**

Fano. — Plinius n. h. 3, 113. nomine ipso Romana origo indicatur.

---

[92]) *Camartis* nomen ad hominem, non ad patriam pertinet.

α C 5, 564 (Tergeste) '*L. Mussius Sal. f. Pol. Fano Fort.* - -'. 931 (Aquileiae) '*C. Rufrenus C. f. Pol. Fano Fortunae, miles chor. VII praeto(riae)* - -'. 6, 478 '- - *L. Clarennius L. f. Pol. Fan. For. Verus, mil. cho. V pr.*'. 3553 '*L. Anchario Q. f. Pol. Proculo, Fano Fort., p. p.* - -'. 3884 (coh. urb. a. 197—198) vs. 2, 34 '*L. Utilius L. f. Poll. Sabinianus Fan. Fort.* - -'. vs. 4, 10 '*L. Tifernius L. f. Poll. Verus Fan. Fort.*'. Brambach 210 (Xanten) '. . . . . *Pollia Crescens Fano Fortunae, veter. ex leg. XXI* - -'.

β Or. 3890. Grut. 416, 8. Mur. 1098, 3.

γ in titulo Gruteriano 271, 5 (Iucundi Magl. 28, 34 f. 261v).

Camilia Pisaurensem patriam indicare videtur hominum: β Grut. 418, 1. δ Mur. 842, 6.

Forum Semproni **Pollia**

prope Fossombrone. — Plinius n. h. 3, 113. qua aetate a Romanis conditum sit, ignoratur.

β Maffei M. V. 362, 3 '- - *C. Marius Cn. f. Pol., II vir* - -'.

ε Mur. 701, 4 '- - *L. Maesio L. f. Pol. Rufo, proc. Aug.*, cet. - -'.

Falerna γ Noël des Vergers, Lettre d'Ombrie et du Picenum p. 16 (bis). — Clustuminam Wilm. 694 Pitinatis hominis fuisse opinor, v. Pitinum Mergens. Romulia δ (γ?) Colucci 7, 201.

Fulginiae(-ium) **Cornelia**

Foligno. — in oratione quam Cicero pro L. Vareno habuit Priscianus (7, 14, 70) haec se legisse dicit: '*C. Ancharius Rufus fuit e municipio Fulginate*', item legit in eadem oratione '*in praefectura Fulginate*'. Plinius n. h. 3, 113 inter oppida regionis sextae '*Fulginiates*'; itin. Hieros. 613, 11 Wess. '*civitas Fulginis*'; Appianus b. c. 5, 35 Φουλκίνιόν τι χωρίον, alia; quod Beloch (ital. Bund, p. 23) titulo Fulginiate Wilm. 1599 nos edoceri putat, Foroflaminiensium et Fulginiatium unam fuisse remp., erravisse videtur; sic enim v. 12 sqq. legendum est '*patrono civitat(ium) Forofla(miniensium), [F]ulginia(tium),*[93]) *itemque Iguvinorum*'.

β Mur. 672, 2 = 1047, 5 '- - *C. Anchario C. f. Cor. Vero, dec. Fulg., aed. F(oro)f(lam.), mil. coh. III pr.* - -'.

Velina ε Wilm. 1148 (post a. 71) '*Cn. Domitio Sex. f. Vel. Afro Titio Marcello Curvio Lucano, cos.*, cet.', qui adoptione filius factus est Cn. Domiti Afri, cos. a. 39, Nemauso oriundi. — de P. Aelio P. f. Papir. Marcello (Wilm. 1599) v. ad 'Apulum' Daciae.

Hispellum **Lemonia**

Spello, acc. Fiamenga. — Plinius n. h. 3, 113.

β C 11, 1937 (aliquot milia a Perusia sept. versus) '- - *L. Verseni L. f. Lem. Graniani, tri[b.] coh. XXXII volun[t]., trib. leg. XVI Fl. firm., II vir(i) Hispellatium, patrono municipi Arnat.*, cet.'. Grut. 351, 1 '*[C.] Alfius C. f. Lem. Ru-f(us), II vir quin[q.] col. Iul. Hispelli et II vir quinq. in municipio suo Casini* (cf. quae p. 17 ad hunc titulum exposui) '*C. Alfius C. f. Lem. Quadratus, VI v[ir] equo publico, in honore aed(ilitatis) est mortuu(s)* - -'. AEM 8, p. 84, 1 (Ratiariae)

---

[93]) in lapide est FORO FLA · FVLGINIA{|

'*L. Vecilius C. f. Lemon. Modestus, e[q]uo pub., de [q]u[i]nq(ue) dec(uriis), VI vir, aed., II v[i]r iure dic. colon. Hispel[l]a[ti]um, quaes[t]or II, augur (Ratiariae),* cet.'. Zaccaria, stor. 10, p. 618 '*T. Statius T. f. Lem., sevir*'. sched. C 11 '*Cn. Decimius Cn. f. Lem. Bibulus, evocatus leg. XIII, VI vir*'. Mur. 750, 3 = Grut. 474, 6. Wilm. 2102.

γ Mur. 1455, 2. duae schedulae C 11.

δ Mur. 782, 6.

Oufentina γ Mur. 1653, 11. una schedula C 11. — Papiria ε H 5427 (post a. 74) — Pollia α Bramb. 1201 (Moguntiaci, ante a. 47) '*L. Novellius T. f. Polia Hispelo, miles leg. XVI* - -'.[94]) — Stellatina γ Mur. 1621, 5.

Iguvium **Clustumina**

Gubbio, acc. Costacciaro, Scheggia. — Caesar b. c. 1, 12. Plinius n. h. 3, 113. Iguvinos usque ad legem Iuliam de civitate sociis danda latam cum Romanis foedere coniunctos fuisse apparet e Ciceronis pro Balbo verbis 20, 47.

β Colucci 11, 236 '*Cn. Disinius T. f. Clu., II vir*'.

γ Colucci 11, 249 '- - *Cn. Deci Sex. f. Clu. Paeti*'. Fabretti 639, 332 = 677, 35 '*Cn. Pisentius Cn. f. Clu. Capito, victumarius*'. 641, 118 '- - *C. Tidi Cn. f. Clu. Secundi*'. not. d. scavi 1877, 243 '- - *Cn. Fullonius T. f. Clu.*'.

Lemonia γ not. d. scavi 1877, p. 122 = Fabr. 711, 322.

Interamna Nahars **Clustumina**

Terni, acc. Stroncone (cf. C 9, p. 451), S. Pietro de Perticara. — Plinius n. h. 3, 113. inter '*municipia Italiae splendidissima*', quae Sullae iussu sub hasta venierunt, Florus 2, 9, 27 = 3, 21, 27 dicit.

α C 6, 221 (laterc. vigilum a. 113) vs. 2, 9 '*hor(rearius) leg(ionis?) C. Peturcius Cru. Pudens* INTAN'.

β Mur. 681, 4 '*L. Autronius L. f. Clu. Causus, tr. mil., IIII vir i. d.*'. Wilm. 2097 (a. 240) '*T. Fl. T. f. Clu. Isidoro, eq. Rom., patri duorum eq. pub., omnibus honorib[us] honeste functo, quinq. II,* cet., *patrono municipi Interamnat. Nart., Casuentinorum, Vindenatium* - -'. 2098 '*[T. Pi]narius T. f. Clu. Natta, [p]ontif., IIII vir, pr. sacr., tr. mil., [T. Pi]narius T. f. Clu. IIII vir, pr. sacr., pater*'. Grut. 455, 4 '*A. Pompeio A. f. Clu., q., patrono municipi Interamnat. Nahartis* - -'. Mur. 736, 6 '*Sex. Pomponius C. f. Clu. Balbus, IIII vir. i. d.,* cet.'. Mur. 695, 8 = 765, 8. Magalotti, Terni (Fuligno 1795) p. 49.

γ C 9, 4763ᵃ. Mur. 1652, 2 (?). Donati p. 322, 8. 430, 13. 370, 5. Or. 3754. Magalotti p. 70. quinque schedae C 11.

Palatina Grut. 422, 7 v. Ocriculum et Bleram.

Matilica **Cornelia**

Matelica. — Plinius n. h. 3, 113.

β Wilm. 1598 (a. 117—138) '*C. Arrio C. f. Cor. Clementi, militi coh. IX pr.,* cet., *II viro quinquennali, patrono municipii, curatori reipublicae decur. et Aug. V[I viri] municipes Matil.*'.

---

[94]) Grotefend i. R. t. d. p. 59 et Mommsen EE 5, 226 de cognomine *Hispelo* potius quam de civitate cogitandum putant.

Mevania

Bevagna, acc. Massiccio, Montefalcone. — Plinius n. h. 3, 113.

iam oritur difficillima de huius oppidi tribu quaestio, quam ad finem perducere nequeo. tituli enim domestici omnes fere in Aemilia tribu consentiunt,

α Mur. 1736, 2 '*T. Resio T. f. Aim., leg. pro pr.; locus sepulturae ipsi posterisq(ue) eius ob plurima erga suos municipes merita publice datus*'.

β Mur. 1112, 4 = 677, 2 '*L. Atatio Cn. f. Cn. n. L. pronepot(i) L. abnepoti Aem. Memori Aponio Firmo*, cet., *IIII viro iur. dic., IIII viro quinquennali, pontifici, patrono municipi Mevanatium*'. 699, 3 '*T. Eleurius T. f.* AEN·, *X vi[r?], C. Eleurius T. f.* AEN - -'.

γ Mur. 1636, 8 '*[C.] Gargoniu[s C.] f. Aem. Lenta*'. sched. C 11 '. . . . . *L. f. Aem.*'. cod. Vat. 6040, f. 119' (?). addit his Keune quamquam dubitans frustum cod. Barb. 30, 92 f. 202 '*[. . Eg]na[t]io [. . f. A]emil. [. . . .]tien[o . . . . .]*'.

tituli externi autem aut Clustuminam

C 6, 5, 1786* = Fabretti 9, 167 (in agro Tudertino rep.) '*C. Edusius Sex. f. Clu., natus Mevaniae, centurio legion. XXXX Augusti Caesaris et centurio classicus* - -',

aut Fabiam

C 6, 3884 (coh. urb., m. f. a. 197) vs. 2, 42 '*M. Cossutius M. f. Fab. Proculeianus Mev.*',

aut Oufentinam exhibent

C 6, 2382 b 4 (coh. praet., m. f. a. 176) '*sp. L. Bassennius L. f. Off. Felix Mevi.*', b 16 (m. f. a. 178) '*Ti. Claudius Ti. f. Off. Victorin. Meva.*';

Clustuminam quidem ita in homine Mevaniae nato explicare possumus, ut eum in Tudertinam civitatem et tribum receptum coniciamus; compendia vero MEV·, MEVA·, MEVI· quod video non licet ad aliud oppidum conferre; Mevaniolam oppidum, quod ab iisdem tribus litteris incipit, in Stellatina fuisse consentaneum est, aliud vero oppidum cuius nominis idem sit initium ac Mevaniae equidem ignoro. possis quidem C 6, 2382 b 4 de Mediolanio cogitare, ut lapicidam MEVI· pro MEDI· errore scripsisse putes; at reliqua exempla non tolles.

Tromentina γ cod. Vat. 6040, f. 119'.

Mevaniola **Stellatina**

Galeata. — Plinius n. h. 3, 113 '*Mevanionenses*'.

β H 7271 '*M. Satellius Q. [f.] Stel. Marcellus, [pu]rpurarius, sexvi[r]* - -'. 5122 '*Q. Velcennae L. f. Stel. Proculo, decurioni Mevaniolae c(ollegium) c(entonariorum) m(unicipii) M(evaniolae) patrono* - -'.

Narnia **Papiria (?)**

Narni, acc. S. Cassiano. — Nequinum oppidum a Romanis a. 455 = 299 captum est Latinique iuris '*colonia eo adversus Umbros missa a flumine Narnia appellata*' (Livius 10, 10, 5). anno 545 = 209 cives Romanis militiam detrectavisse (Liv. 27, 9), a. 555 = 199 novis colonis auctos esse constat.

α C 6, 3884 (coh. urban., m. f. a. 198) vs. 4, 5 '*L. Aemilius L. f. Papi. Maximus Nar(nia)*'; sed etiam de *Nar(bone)* cogitari posse moneo.

β Wilm. 2096 (a. 56) '*Q. Lae[lius Q.] f. Pal. Pietas, C. Vibi[us . . f. ?P]ap. Secundus, IIII vir(i) [quinq(uennales)]* - -'.

accedit quod veri similis coniectura est, Nervam imperatorem qui Narnia oriundus fuit Papiriae tribulem fuisse et Sitifim quam ille condidit in Papiriam relatam esse.

Ocriculum **Arnensis**

Otricoli. — Livius 9, 41, 10: '*Ocriculani sponsione in amicitiam accepti*'.[95]) — Plinius n. h. 3, 114.

α scida C 11 (a. 202) '*Chamarcorei* | *L. Iulio L. f. Arn. Augurino, patrono civitatis,* cet., *omnibus honoribus et oneribus civitatis suae functo* - -'.

γ scida C 11 '}I·C·F·ARN{'.

Palatina β Or. 3852. Amati sched. Vat. 9736 f. 44'. ε Marini Arval. p. 150 in duobus titulis. Galeria ε scheda C 11 '*L. Aemilio L. f. Gal. Nasoni Fabullino, trib. lat. leg. XX Val. vict., III vir(o) capit(ali)* - -'.

Ostra **Pollia**

fere prope Monte Alboddo, acc. Belvedere. — Plinius n. h. 3, 114.

α C 6, 3884 (coh. urban., m. f. a. 197) vs. 1, 9 '*L. Cocceius L. f. Pol. Clemens Ostra*'.

β Mur. 738, 1 '*Q. Precio Q. f. Pol. Proculo, equo publ., auguri, II viro designato* - -'.

Velina sched. C 11 '*C. Lepius C. f. Vel.* - -'.

Pisaurum **Camilia**

Pesaro, acc. Candelarea. — eo deducti sunt coloni cives Romani anno 570 = 184 (Liv. 39, 44. Hieron. ad ol. 160, 2. Vell. 1, 15, 2).

α C 3, 2014 (Salonis, a. 42—68) '*L. Caesius L. f. Cam. Bassus domo Pisauri, vet. leg. VII C. p. f.* - -'. 6, 2381 (coh. praetor., m. f. a. 154) a 1, 14 '. . *Suito C. f. Ca[m.]*[96]) *Marcellinus Pisau(ro)*'. 7, 188 (Lindi) '. . . . . *Camilia Pisauro, mil(es) leg. I* . . . . .'. Wilm. 2112 '*Zminthi — T. Caedio T. f. Cam. Atilio Crescenti, eq. p., patr(ono) col. et primario viro, q., II vir(o) et II vir(o) qq.*, cet., *cives - - ob eximiam benignamq(ue) erga omnes cives suos adfectionem* - -'.

β Mur. 671, 4. Fabr. 106, 252. 486, 165. Olivieri, marm. Pis. 22, 52.

γ Colucci 6, 283 bis. Mur. 1723, 9. 1740, 5. 1763, 5. tres schedae C 11.

Palatina β Grut. 440, 7 ∾ 440, 8. 440, 6. Or. 2545. γ Grut. 685, 7. Pomptina ε Wilm. 1215 (post a. 238). Sabatina β Fabr. 700, 211 (?, saec. II). Stellatina β? Or. 2301. *[P]ol(lia)* aut *[C]ol(lina)* γ in inscriptione quadam incertae originis inter schedas C 11. Tromentina α Archivio storico per le Marche e per l'Umbria 1 (1884), p. 381.

Pitinum Mergens **Clustumina**

Acqualagna. — Plinius n. h. 3, 114: '*Pitulani cognomine Pisuertes et alii Mergentini*'; Wilm. 694 '*municipium Pitinum Mergens*'; Or. 82 '*municipium Pitinatium Pisaurensium*'. — de Pitinis oppidis conferas quaeso

---

[95]) quae 30, 19, 10 ad a. 551 = 203 de Ocriculo oppido traduntur, aut mendum continent aut ad aliud quoddam cognomine oppidum pertinent.

[96]) CAR traditur.

quae C. Müller ad Ptolem. 3, 1, 46 (Πίτινον) exposuit. Mochi, sopra gli avanzi di antica città nel terr. di Cagli e di Acqualagna, 1876.

β Wilm. 694 (Fori Semproni) '*C. Hedio C. f. Clust. Vero, equo publ.*, cet., *II vir., II vir. quinq., quaestori, patrono municipi* (Fori Semproni), *flamini, item Pitino Mergente IIII vir. quinq., IIII vir. aedili, patrono municipi, pontifici* - -'. hunc hominem Pitinatem potius quam Forosemproniensem putandum credo, quod Forum in Pollia censum esse videtur, et hoc quoque fortasse alicuius momenti est, quod eum Forosemproni non habitavisse litterae docent, quas II viri et decuriones huius municipii semel et iterum ad eum dederunt. Mur. 741, 6 = 1122, 4 '*C. Saguro C. f. Clu. Prisco, pr. design., trib. pleb.*, cet., *IIII vir(o) quinq., pontific(i), patron(o) municipi* - -'. scheda C 11 '*C. Marius C. f. Cl[u? . . . .] aed., IIII vir i. d., IIII v[ir quinq.]* - - *C. Gellio C. f. Clu. Blaeso fratri* - -'.

δ Mur. 830, 3 '*C. Ligustinio C. f. Clu. Diserto, (centurioni) leg. XX V. v.* - -'.

Plestia (-tium?) **Oufentina**

Pistia prope Colfiorito. — Plinius n. h. 3, 114 '*Plestini*'. Wilm. 2104 saec. II ex. '*resp. Plestinor(um)*'.

β Colucci 11, 24 '*C. Affipio C. f. Ouf. [Marti]ali, IIII vir(o), quaest.* - -'. 11, 25 vs. 3 '. . *liconio T. f. Ouf. VI vir* . . .'.

Sarsina (Sassina) **Pupinia**

Sarsina, acc. Monte Castello, Riversano, Romagnano. — a. 488 = 266 de Sassinatibus triumphum actum esse in fastis triumph. legitur. in sociorum catalogo, qui Romanos contra Hannibalem adiuverunt, enumerantur apud Polybium 2, 24, 7. — Plinius n. h. 3, 114.

α C 6, 2381 (cohort. praetor., m. f. a. 156) b 1, 23 '. . . . . *f. Pup. Aper Sassin(a)*'. 2769 '*[C. A]rri(us?) C. f. Pup. M . . . . tus Sassina, milis [coh. . . .] pr. 7 Prudentis* - -'. 2929 '*L. Vellius Sex. f. Pup. Firmus domu Sassinas, miles coh. XIII [D] L. Vesi*'.

β Bormann inscr. antiq. Sass. (1874) n. 15. 16 (post a. 117). 14 (post a. 79). sched. C 11 '- - *C. Sassinati C. f. Pup. Polycarpiano c(ollegii) c(entonariorum) m(unicipii) S(assinatis)*'.

γ Bormann l. c. 6. 38. 55.

Palatina α C 6, 2382 (coh. praet., m. f. a. 177) b 25 '*M. Badusius M. f. Pal. Marcian. Sasi*'.

Sena Gallica

vide quae ad Senam (Saenam) reg. VII dicentur.

Sentinum **Lemonia**

Sentino, acc. Sassoferrato, Sta. Croce, Avellana, S. Pietro di Scorzano, Castello. — Plinius n. h. 3, 114.

α C 6, 2381 (lat. coh. praetor., m. f. a. 155) b 1, 18 '. . . . . *s T. f. Lem. Fortunatus Sen(tino)*'.

β Or. 3861 '*L. Sentinati L. f. Lem. Vero, IIII vir(o) quinq. iur. dic., ordo et pleps Senti.* - -' ≌ Gud. 138, 8 '*L. Sentinati L. f. Lem. Vero, IIII vir(o), quinq.*

iur. dic. - -'. Mur. 198, 2 '*C. Fullonio C. fil. Lem. Verecundo, aedil(i), C. Fullonio C. fil. Lem. Prisco, aedil(i)*[97]) - -'. Maff. 361, 7 '*L. Camur[iu]s T. f. Lem. Secorinus, aed., IIII v[ir i.] d. quinq., augur* - -'. Riccy, ant. pago Lemonio p. 38 (Sassoferrato; Raffaellus autem Attidi repertam dicit) '*C. Aestrio (?) C. f. Lem. Castrensi, aed.* - -'.

γ Maffei 361, 6.

δ Or. 4949 (Caligulae aetate posita).

titulum Donii 5, 172 inter Tuficanos habes. Lemoniae aliquot testes, qui sunt Tufici, Sentinum fortasse originem petunt. Pomptina (?) cod. Lancellotti Fabretti f. 161' n. 45 (coll. Grut. 775, 4).

Sestinum — Clustumina

Sestino acc. Carpegna. — Plinius n. h. 3, 114.

β Or. 3832 '- - *P. Attili P. f. Clu. Apri, aed., quinq. II vir iur. dic.*, cet. - -'. Mur. 512, 1 = 677, 1 '*C. Castricio . . f. Clu. Vetulo, equo publico, IIII viro quinq.*, cet., *Arimini pontif., II viro quinq., III viro, flamini divi Claudi, patrono* - -'. C 11, 422 (Arimini) '*C. Voluseno L. f. C[lu.*[98]*)] Iusto aedili, quaest. Sestini, decur. Arim.* - -'. Fabretti 486, 164 '*C. Caesidio C. f. Cru. Dextro, eq. coh. VIII*, cet., *pontific. perp., [aug]uri, patrono munic.* - -'.

γ Bull. d. Inst. 1856, p. 141, n. 4.

δ Bull. d. Inst. 1856, p. 142, n. 5 (a. 14—37).

ε Bull. d. Inst. 1856, p. 141, n. 3 (a. 60—70; '*Cl(ustumina)*').

Papiria β Or. 3902 (saec. III in.).

Spoletium — Horatia

Spoleto, acc. Baiano Ferentillo, Priscignano. — eo colonia Latina deducta est a. 513 = 241 (Vell. 1, 14, 7; Liv. ep. 20; Cic. pro Balbo 21, 49) cuius cives summo studio Hannibalem impugnaverunt (Liv. 27, 10, 8 a. 545 = 209). haec forma reipublicae Marii etiam aetate erat (Cic. l. c.). Florus epit. 2, 9 (3, 21), 27 Spoletium inter '*municipia Italiae splendidissima*' habet, quae Sulla sub hasta vendidit.

α EE 4, 887 (Romae, cohort. urban., m. f. a. 142) 2, 27 '. . . . . *Hor. Sabinus Spol(etio)*'.

β archiv. Umbr. 2, 237 '*T. Furfanius C. f. Hor., IIII vir*' ∾ (?) Mur. 1680, 7 '*C. Furfanius C. f. Hor.* - -'. Grut. 467, 7 '*M. Septimio M. fil. Hor. Septimiano, equo publ., IIII vir(o) i. d.*, cet. - -'. Wilm. 2099 '*C. Torasius C. f. Hor. Severus IIII vir i. d., augur* - -'. Grut. 171, 1 '*Sex. Volusius Sex. f. Hor. Melior, IIII vir qq.*, cet. - -'. Sansi degli edifici e dei frammenti storici delle antiche età di Spoleto (Foligno, 1869—1870) p. 278 n. 50 '. . . . . *enni C. f. Hor. Soponis*, ... *fratris, IIII vir(i)*'. p. 275 n. 41 '. . *A[n]nio C. f. Hor., IIII vir(o)*'.

γ Sansi p. 289 n. 88. 305 p. 146. Mur. 1259, 11. 1411, 12. Umbria 1881, 26. giugno, quater. 1884, 7. dic. n. 49 (?). Doni 6, 192 (β?).

Pollia δ Grut. 565, 8.[99]) Quirina γ bull. christ. 1875 p. 157. 158. Sansi p. 287 n. 79.

---

[97]) hi fratres fuerunt.

[98]) tradidit Rigazzianus CVL, Clementinus CVI, Donius . . ., Fantaguzzi CLV, Muratori COL edidit.

[99]) num est genuina?

Suasa Senonum **Camilia**

prope S. Lorenzo et Castelleone, acc. Corinaldo. — Plinius n. h. 3, 114.

α C 6, 3884 (coh. urban., m. f. a. 198) vs. 3, 17 '*L. Messius L. f. Cam. Eumorfus Suas(a)*'.

β Donati 341, 7 '- - *M. Cavio M. f. Cam. Maximo, VI viro Suasae* - -'. Grut. 402, 1 '. . . . . *ctrio L. f. Cam. . . . tro, equo publico* - -' qui testamento magnam pecuniam Suasanis legavit. Grut. 444, 8 '*L. Octavio L. f. Cam. Rufo, trib. mil. leg. IIII Scythicae, praef. fabr. bis, duomviro quinq. ex s. c. et d. d.*, cet.'.

Aniensis ε Bull. d. Inst. 1872, p. 101 (ante a. 54). Lem(onia?) ε Mur. 672, 5. Pollia β scheda C 11.

Tifernum Mataurense **Clustumina**

S. Angelo in Vado. — Plinius n. h. 3, 114.

β Or. 3049 (H. suppl. 3, p. 265) '*L. Aconio L. f. Clu. Staturae, 7 leg. XI C. p. f.*, cet., *Arimini pontif., quinq., Tiferni Mat. flamini, pontif., quinq.* - -'. Orlandi delle città d'Italia 2, p. 208 (nunc exstat Urbini) '*T. Statio T. fil. Clu., aed.* - -'. — vide 'Tifernum Tiberinum'.

Tifernum Tiberinum **Clustumina**

Città di Castello. — Plinius n. h. 3, 114.

titulus C 6, 2381 (cohort. praet. a. 155) a 1, 6 '. . . . . ᴧIDIVS *L. f. Cru. Pudens Tif(erno)*'[100]) ad utrum Tifernum revocandus sit, non constat. reliqui tituli ad Tiberinum oppidum solum spectant:

α Fabr. 138, 128 '- - *C. Iulio C. f. Clu. Proculo Tifernis Tiberinis, mil. coh. VII pr. 7 Nepotis* - -'.

γ Grut. 924, 12 '*C. Tifernius C. f. Clu. Sabinus* - -'.

ε sched. C 11 '*P. Petronio C. f. Clu. Proculo, patrono munic.*, - -'. hominis fortasse Amerini, cf. Or. 3949 = 4100.

Lemonia δ Borghini, cod. Magliab. 109, p. 135. Palatina β Grut. 344, 6.

Trebiae **?**

Trevi, acc. Montefalco. — Plinius n. h. 3, 114.

Oufentina γ Sansi edifici di Spoleto (1869—1870) p. 298 n. 125 '*C. Lafrenio P. f. Ouf.* - -'. Sergia liber Sabin. Manut. cod. Vat. 6040 f. 46 '. . . . . *o P. f. Ser. M* . . . . .'. Palatina β Wilm. 2638. Fabr. 460, 85. Aemilia β archivio stor. per le Marche e per l'Umbria 1, 1884, 687 '*T. Rubrius T. f. Aem. Crispus, IIII vir, VI vir* - - *[. . Ru]brio T. f. Aem. patri*', qui titulus an Fulginiis ablatus sit adhuc dubitatur. (Or. 3966 hominis ni fallor Nursia reg. IV oriundi est).

Tuder **Clustumina**

Todi, acc. Ifri, Casalalta, Colvalenza, Massa, Melazzo, Casigliano, Grutti, S. Maria in Pantano. — trunca illa ex Sisennae historiarum libro quarto, quae Nonius s. v. '*iusso*' p. 130 servavit, multum abest ut satis intellegamus:

---

[100]) in lapide TI F.

'tamen Tudertibus senati consulto et populi iussu dat civitatem (= fr. 119 Peter). — Plinius n. h. 3, 113.

α C 6, 213 (a. 181) '- - 7 *Q. Socconius Q. f. Cru. Primus Tuder* - -'. 2382 (coh. praet., a. 173) a 15 '*T. Tittius T. f. Cru. Placidus Tuder*'. 2384 (coh. praet., a. 198) vs. 2, 9 '*Q. Selus Q. f. Cl. Nundinus Tud.*'. 3884 (coh. urban., a. 197) 5, 14 '*C. Catianius C. f. C[lu]. Ce[le]r Tud.*' diplomatis n. 9 (a. 74) testis secundus '*L. Cannuti Luculli Clu. Tuder*'. Mur. 872, 5 (St. Vito) '*M. Ulpius M. f. Clu. . . . rmus Tuder, mil. coh. XIII* - -' =[101]) Mur. 866, 5 (Casalaltae) '- - *L. Velius P. f. Clu. firmus Tuder, mil(es) coh. X e(quitatas)* - -'.

β Mur. 1120, 3 ≌ Grut. 423, 1. 754, 1. accedunt alii domestici tituli.

γ Mur. 1246, 6. 1710, 3. et alii pauci tituli.

δ Gruter 558, 2.

Pollia α Mur. 882, 3 (Pisauri) '. . . . . *Pol., miles leg. VIII, veteran(us), oriundus Tuder*, - -'. Voltinia α C 6, 2559 '- - *C. Attio C. f. Vol. Severo Tuder, mil(es) coh. V pr. 7 Aviti* - -'. Grut. 1032, 1 = 1099, 5 '*T. Popilio T. f. Vol. Albino Tuder, praef. coh. I Alpinor., trib. leg. VII gem. fel., praef. alae I Tuncrorum Fronton(ianae) vicani vici Martis Tudert.* - -'. Leônij, Memorie storiche di Todi (1860) n. 80. 148. δ not. d. scavi 1885 p. 185.

Tuficum **Oufentina**

Ficano, acc. Moscano, Albacina. — iam, quos ad 'Attidium' adnotare supersedi, Attidiates quoque titulos una cum Tuficanis proferam. — Plinius n. h. 3, 114.

β primum locum obtinent C. Caesi C. f. Ouf. Silvestris p(rimi)p(ilaris), cet., patroni municipii (Tuficanorum credo) tituli quattuor Albacinae reperti (Bull. d. Inst. 1845, p. 131. 132), quem hominem in Sex. Aetri Ferocis honorem verba ad decuriones fecisse memoria adest in titulo Fabriani exstante Wilm. 692ª = Bull. d. Inst. 1845, p. 137.[102]) — H 7173 (Albacinae) '*L. Cresio L. f. Ouf. Procylo, IIII vir(o)* - -'. Or. 88 '*L. Musetio L. f. Ouf. Sabino, equo publico, patrono municip. Tufic. et municip. Attidiat(ium) et Cuprens(ium) Mont(anorum), pontif(ici), augur(i), IIII vir(o) iuri dicund(o)* - -' ∾ δ Maff. 364, 4. Doni 5, 172 (recte is testatur Albacinae, non Sentini stetisse hunc titulum) '*L. Tifanio L. f. Ouf. Marcello, equo publ., IIII vir(o) iur. dic., patrono municipi* - -'.

γ Mur. 1746, 7 (Albacinae) ∾ (?) δ 854, 5 (Albacinae) ∾ (?) 854, 6 (Attidi), et una scheda C 11 (Albacinae).

δ Maff. 364, 4 (prope Albacinam). Wilm. 692 (Albacinae, a. 141).

Vettona **Clustumina**

Bettona. — Plinius n. h. 3, 114.

α Vermiglioli p. 409 (Sestini) '*L. Tullio L. f. Clu. Vero, Vettonensi, eq. p., Laur. Lav., curat. r. p. S(estinorum), patrono* SEX I ', - -'.

β Vermiglioli p. 409 '*A. Baebius A. f. Clu., sevir* - -'.

Urvinum Metaurense **Stellatina**

Urbanates 'Metaurenses' aliosque 'Hortenses' solus Plinius n. h. 3, 114 dividit. reliqui rerum scriptores et qui orbem terrarum descripserunt tituli-

---

[101]) est idem titulus neglegentius descriptus.

[102]) eiusdem hominis alius titulus accedit Orelli 4344 (Albacinae).

que (nisi laterculum EE 4, 888, 5 exceperis: VRV·*Mat*; Mur. 253, 4 *Urvinat. Mat.*; C 6, 1507 *reip. Urvinatium Matauresiu[m]*; C 12, 3170 *[reip.] Urbinatis Mataurensis*; Bull. d. Inst. 1864, p. 246 VRV·HOR·) *Urbinates* nudos dicunt, cf. Paulum Diaconum p. 127 Müll., qui Urbinates in tertio municipiorum genere fuisse testatur, sc. eorum quae bello Marsico tandem confecto in civitatem Romanam adscripta sunt. veri simile igitur est Urbinates non ante saeculum ab u. c. septimum vel octavum divisos esse, ita ut iam in una eademque utrumque oppidum tribu suffragia ferret. Urbinum Hortense prope Collemancio, Mataurense ubi nunc est Urbino situm fuisse Nissen ostendit Bull. d. Inst. 1864, p. 241 sqq.

α C 5, 8283 (Aquileiae) '*L. Sallustius . . . | Ste. Urvino | mil. cho. VII pr.*'. 6, 2617 '- - *L. Sentidius Verecundus Stellatina Urvino*'. 3884 (cohort. urban., a. 197) vs. 1, 29 *[t]ess. C. Aemilius C. f. Stel. Octavianus Urv.*'. EE 4, 888 (Romae, laterc. mil.) vs. 5 '*. . . . . f. Ste. Severus Urv. M[at.]*'. accedit fortasse C 6, 2381 (a. 154, cohort. praet.) b 2, 5 '*T. Flavius T. f. Stel. Cornelianus U[rv(ino)]*', quamquam etiam de *V[en(evento)]* cogitari potest.

β Or. 3445 (post a. 138). 3865. Grut. 392, 1 ∾ (?) Wilm. 1459 (a. 185—192). 410, 7. Mur. 703, 4. Fabr. 9, 516. 519. rep. extra Urbinum, nunc est Pisauri. scheda C 11 '*Sex. Abulenio L. f. Stel., centur. leg. XIX, X vir, aedil(is) et IIII vir i. d.*'.

δ Rivista bolognese IV fasc. 1 p. 1.

Urvinum Hortense **Stellatina**

Collemancio (Collemaggio). — Plinius nat. hist. 3, 114; Bull. d. Inst. 1864 p. 246.

β Henzen 5994, ubi sunt L. Calidius L. f. Stel. Nigrinus, IIII vir iur. dic., IIII vir quinq., cet. eiusque filii duo L. Calidius L. f. Stel. Nigrinus et L. Calidius L. f. Stellat. Quintianus. Vermiglioli p. 416, n. 13 (a. 223).

---

nel campo di Morelli, distante due miglia incirca da Montefiore: Marini Arv. p. 332 '*T. Gemini L. f. Stel. Picae, centurion(is)*'.

Torgiano: Vermiglioli 492, 86 '*Sex. Turreno Sex. f. Lem.*'.

Umbria patria indicari videtur in titulo Narbonensi C 12, 4448: '*C. Manlius C. f. Pap. Rufus Umber, ex decuria lictorum viatorum, quae est c(ol.) I. P. N(arb.) M(art.)* - -'. in Papiria quidem Narnienses suffragia tulisse veri simile est.

Regio VII.

Haec regio Tuscis populis completa est, qui ultra Tiberim cisque Appenninum habitabant. Etrusci, qui totam fere Italiam septemtrionalem mediamque atque Campaniam occupaverant, quique iam agebant, ut reliquas huius paeninsulae partes in suam dicionem redigerent, saeculo quinto a. u. c. et Gallis vehementissime infestantibus et Romanis Latinisque repellentibus inque vicem, ut hostium animos et vires infringerent, arma inferentibus,

aliisque praeterea causis opprimi et praecipitari coepti sunt; atque intra plus centum annos perfectum est, ut eorum periculosa et minime ferenda potentia subverteretur.

Romani[103]) postquam a. 358 = 396 Veios exciderunt et annis proximis Capenates et Faliscos pacaverunt, in agro quem ex his ceperant quattuor tribus novas civium Romanorum constituerunt (a. 367 = 387) et duas Latini nominis colonias (a. 371 = 383) Sutrium atque Nepete constituerunt, quibus novi agri fines defenderentur. anno fere 396 = 358 Caerites Falisci Tarquinienses Romanorum opes, ut concuterent, summa vi contenderunt; sed tantum aberat, ut in hac re proficerent, ut Caerites (a. 403 = 351) altera agri parte multarentur ipsique inter cives sine suffragio reicerentur, mox Tarquinienses quoque et Falisci foedus cum Romanis inirent. medio fere saeculo quinto bellum quod denuo exarserat Etruscis Samnites contra Romanos adiuvantibus (a. 443 = 311) brevi Fabi Rulliani victoriis praeclaris exstinctum est. anno quidem 456 = 298 bellum renovatum est, sed Etrusci sociorum clade Sentinati exterriti facile pacati sunt. et si qui postea rebellaverunt, id quod in Faliscis a. 513 = 241 accidisse meminimus, haec bella male tentata sunt.

Ut vero agri publici Romani fines accurate describamus et Etruscorum uniuscuiusque populorum iura et foedera enarremus nobis adhuc non contigit. id quidem constat, inter annos 507 = 247 et 577 = 177 Alsium Fregenas Pyrgos Saturniam Graviscam Lunam colonias c. R. conditas esse;[104]) scimus Veientium fines et partes agri Caeritum (a. 401 = 353), Tarquiniensium (a. 446 = 308), Volcentium (a. 474 = 280), Faliscorum (a. 513 = 241) populo Romano in possessionem datas esse; fora quoque Aureli Cassi Clodi Subertanum saeculis quinto et sexto constituta esse videntur atque praefecturarum in Tuscis sitarum interdum fit mentio. de reliquis vero Etruriae rebus illorum temporum nihil comperimus.

Alsium

colonia c. R. eo deducta est a. 507 = 247 (Vell. 1, 14, 8, cf. Liv. 27, 38).

ε Bull. d. Inst. 1851, p. 172 = Garrucci syll. 1124 '*M. Herennius M. f. Mae. Rufus, praef. Cap. Cum., q(uaestor)*'.

ε C 11, 3718 '*P. Metilio P. f. Cla. Secundo Pon[tiano (?), cos.* design. a. 123)] - -', cuius memoria frequens est in titulis provinciae Africae, ad cuius exercitum ab imp. Hadriano legatus pro praetore missus est.

---

[103]) de Gallorum victoriis non est cur hoc loco dicam.

[104]) accedit fortasse Cosa Latinorum colonia a. 481 = 273 condita, si quidem in Etruscis deducta est; sed hoc ipsum equidem minime crediderim, quod Livius, qui in coloniis Latinis illis, quarum fidei a. 545 = 209 servatae memoriam tradidit, ut solet (27, 8, 7. 29, 15, 5. 36, 3, 6) situum ordinem fere sequatur, ab altero mari Pontianos Paestanos Cosanos inter oppida maris superni (Hadriam Firmum Ariminum) et mediterranea (Beneventum Aeserniam Spoletium Placentiam Cremonam) profert (27, 10, 7. 8).

Arretium **Pomptina**

C 11, p. 336 sq. quod Plinius n. h. 3, 52 Arretinos Veteres et Fidentiores et Iulienses esse dicit, Bormann non ad res publicas tres locis inter se diversis constitutas pertinere putat, sed civium Arretinorum genera ita distincta esse. Arretini a. 444 = 310 legatos Romam miserunt pacem foedusque petituros (Liv. 9, 37, 12; cf. Liv. 27, 24 ad a. 546 = 208; 28, 45 ad a. 549 = 205).

α C 3, 2678 = EE 4, 340 (Tragurii, a. 42—68) '- - *C. Vibius C. f. Pompt. Pude(n)s dom(o) Arret(io), ɔ leg. VII C. p. f.* - -'. 3, 6418 (Burni, ante a. 42) '*A. Sentius A. f. Pom. Arreti(o), vet. leg. XI* - -'. 6, 2381 (cohort. praet., a. 153) b 1, 16 '. . . . . *na C. f. Pom. Clemens Arr.*'; b 2, 9 (a. 156) '*d. d. Q. Laetinius Q. f. Pom. Firmus Ar*[.].'. 2382 (coh. praet., a. 177) b 10 '*M. Vetilius M. f. Pom. Pudens Arret.*'; 19 (a. 178) '*M. Aelius M. f. Pom. Iustus Arret.*'. 2475 '*A. Setinius M. f. Pom. Maximus Arretio, mil. coh. II pr. 7 Vibi* - -'. 2478 '*[L. Val]erius Q. f. Pom. Iustus Arretio, mil. coh. II pr. 7 Iuli* - -'. 2577 '*Q. Gabinius Q. f. Pom. En . . . . . Arretio, mil. coh. V pr. 7 Severi* - -'. 2661 '*M. Titius C. f. Pom. Verecundus, domo Arretio, milit. in coh. VII pr.* - - *7 Iuli* - -'. 10, 6123 (ad Formias) '- - *T. Flavii T. f. Pom. Servati Arretio*'. 11, 2594 (Clusii) '- - *C. Umbricio L. f. Pomp. Celer, d(omo) Arretio, equiti coh. VIIII pr. ɔ Comini* - -'. EE 4, 887 (Romae, coh. praet., a. 142) 2, 16 '*L. Gessius L. f. Pom. Clemens Arret(io)*'. Brambach 336 (Coloniae Agrippinae) '- - *A. Titius C. f. Pom. Severus Arretio, 7 leg. VI* - -'. Orelli 3547 (Tiferni Tiberini) '*C. Aninius C. f. Pom. Gallus, domo Arretio, (centurio) leg. IIII Scyth.*, cet.'. — Maecenatis illius Augusti clarissimi amici, quem '*ebur ex Etruria, lasar Arretinum*' princeps iocans vocabat, in columbarii Romani quodam titulo sic videtur fieri mentio '- - *C. Maecenatis L. f. Pom(ptina)*- -' (Grut. p. 945, 10. Bormann progr. Marburg. 1883, p. 2 sq.). cf. C. Cilnius P. f. Pom. Paetinus C 6, 1376.

β 11, 1843. 1847 ('*P(omptina)*'). 1848.

γ 11, 1851. 1859. 1870. 1879. 1864.

δ 11, 1834 (post a. 79). 1835 (post a. 44). 1837. 1838.

Palatina β 11, 1841. Quirina γ 11, 1871. Sabatina ε 11, 1836 consulis a. 261.

Blera **Arnensis**

Plinius n. h. 3, 52. — altera *Blera* Apuliae suam rem p. non videtur habuisse.

α C 6, 221 (vigilum laterculus a. 113) vs. 2, 6 '*lib(rarius) coh(ortis) C. Occius Arn. Similis Bler(a)*'. EE 4, 887 (Romae, coh. praet., a. 142) vs. 2, 21 '. . *[P]etronius T. f. Arn. Venerand(us) Bler(a)*'.

Aniensis tituli Urbani C 6, 2608 '*P. Fabricius P. f. Aniensis Sabinus Blere, mil. coh. VI pr. 7 Petroni* - -' num pro *Arnensi* lapicidae errore scripta sit, diiudicari non potest. Palatina β C 11, 3337 (post a. 138) C. Iuli C. f. Pal. Iuliani.[105]) Tromentina β Bull. d. Inst. 1864, p. 148 '*C. Anteio C. f. Tro., patri, IIII vir(o)* - -'. Suburana C 11, 3351.

Caere

a. 401 = 353 civitatem sine suffragio accepit. quando ad suffragium pervenerit non constat, sed certe ad id ante bellum Marsicum pervenit (KT p. 58, not. 188).

[105]) cf. titulos Ocriculi et Interamniae Nahartium repertos.

de tribu non constat ex hisce titulis:
Garrucci 1905 '*M. Larci L. f. Gal. (?)*'.[106]) Garrucci 1934 '*L. Veturi M. f. Pop. (?)*'.[107])
C 11, 3615 = 3257 '*T. Egnatio T. f. Vot. Rufo, q., a[e]d., dict., aed. Etrur[iae]* - -'.

Capena **Stellatina**

post variae fortunae bella Capenates anno 359 = 395 a Romanis devicti pacatique sunt (Liv. 5, 24, 3). post Gallici tumultus funestas caedes '*in civitatem accepti, qui Veientium Capenatiumque ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos agerque his novis civibus adsignatus*' Livius 6, 4, 4 ad a. 365 = 389; idem Livius ad a. 367 = 387 haec enarrat (6, 5, 8): '*tribus quattuor ex novis civibus* (eosdem potissimum quos 6, 4, 4 hic dictos esse putabimus) *additae: Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arniensis*', quibuscum haec Festi (s. v. '*Stellatina*' p. 343 Müller) comparanda sunt: '*Stellati[na tribus dicta non a campo] eo, qui in Campania est, sed eo, qui [prope abest ab urbe Ca]pena, a quo Tusci profecti St[ellatinum illum] campum appellaverunt*'.[108]) reliquorum Capenatium res publica quo tempore ad Romanam civitatem accesserit non constat; sed adsunt singularia quaedam, et *municipi foederati* nominis honor et *praetores*, quibus illud iam ante bellum Italicum exortum factum esse comprobetur. ad tribum ni fallor Stellatinam Capenates accesserunt.

γ Fabretti 644, 401 '*(. .) Tarquitius C. f. S(tellatina) Bassus, (. .) Tarquitius T. f. St., pater, - - (. .) Tarquitius C. f. St., frater*'. Ann. d. Inst. 1883, p. 257, vs. 1 '. . . . . *Q. f. Ste* . . . . .'. sched. C 11, ined. '- - *L. Laecanius L. f. Stel. Saturninus* - -'. Mur. 1318, 9 '- - *C. Canieno C. f. Ste.* - -'.

Arnensis Sabatinae Tromentinae, quas praeter Stellatinam Livius l. c. dicit, in titulis domesticis mentio non fit. sed adsunt Aniensis γ sched. C 11, ined.; Lemonia γ bull. arch. comm. 1878, p. 270; Palatina γ—ε Orelli 3251. γ AEM. 9, p. 229. sched. C 11. ined., vs. 2?; Quirina ββ Wilmanns 2084. γ archiv. soc. Rom. di storia patria 1883, p. 494, not. 3.

Castrum Novum **?**

C 11, p. 530. — Bormann quae sunt in periocha libri Liviani undecimi scripta ad a. 464 = 290 '*coloniae deductae sunt Castrum, Sena, Hadria*' de Castro Novo in Tuscis sito dictum esse putat. ob oppidorum a Livio 36, 3, 6 dictorum situs (cf. notam 104) satis certum esse videtur hoc Castrum Novum a. 563 = 191 inter alias colonias cum praetore de vacatione rei navalis certavisse.

γ C 1, 1341 = 11, 3584 '- - *M. Ligu[r]ius . . f. Ser. Rufus*'. — de Voltinia cf. β 6, 951 s. s. pagina mea 63.

---

[106]) sic Kaibel, CAL Usener et Brizio. — iam video Bormannum ipsum (C 11, 3662) GAL· legisse.

[107]) sic Garrucci, PO Klügmann, Keep, Brizio. — POIIϽ Bormann (C 11, 3689), ita ut ei POLIO fuisse videatur.

[108]) cf. titulum Soriani repertum C 11, 3040 anni 750/751, ubi sunt *mag(istri) iter(um) [p]agi St[ell]atini.*

Clusium **Arnensis**

C 11, p. 371 sq. — Clusinos ante annum 205 = 549 cum Romanis foedere coniunctos fuisse e Livi verbis 28, 45 compertum habemus.[109])

α C 6, 2500 '- - *L. Marius L. f. Arni. Clusio Fyrmus, mil. coh. III pr. 7 Caesili* - -'. 2707 '- - *C. Frentinas C. [f.] Arniensis*[110]) *Crescens Clusi, [mil.] coh. VIIII [pr. ɔ] Valenti[s]*'. 11, 2108 (Clusi) '*Q. Gavius Q. f. Arn. Clemens Clusio, evoc. Aug., a qu(a)estionibus*'.

β C 11, 2124 (aetatis fere Augusti) '. . *Venidius Q. f. Arn. Kalenus, [q(uaestor)] et aed(ilis)*.

γ C 11, 2138 (?). 2252. 2271. 2347. 2358 (?). 2382. 2394. 2403. 2405. 2424. 2489. 2510 (?).[111]) 2516 (?).

δ 11, 2109 vs. 2 (?).

Quirina C 11, 2106 (saec. II ex.).

Cortona **Stellatina**

C 11, p. 349. — Plinius nat. hist. 3, 52. Livius 9, 37, 12.

α C 6, 3642 '*T. Vettius T. f. Ste. Seneca Cortona, mil. coh. XV ɔ Titiaci* - -'. 11, 1903 (valle di Pierle) '*M. Sertorius M. f. St[el. V]erecundus C[o]rtona, mil. coh. [I] pr. 7 Anni* - -'.

β C 11, 1905.

Faesulae **Scaptia**

C 11, p. 298 sq. prodigia ex Faesulis Romam relata sunt apud Obsequentem ad a. 658 = 96, 660 = 94, 662 = 92. cum Florentia quodammodo, certe in rebus sacris, coniuncta fuit inque eadem tribu atque illa censita est.

α C 6, 2484 '*C. Avillius C. f. Sca. Severus Fe[s]sulis, mil. coh. III pr. 7 Paulini* - -'. 10, 6097 (ad Formias) '*L. Naevius A. f. Scap. Clemens Faesulis, miles c(o)hortis IX praetoriae ɔ Rulli Celeris* - -'. Brambach 1075 (Moguntiaci, post a. 43) '*Aulus Baebius C. f. Scap. Clemes Faes., mil. leg. XXII* - -'.

β C 11, 1548 '*A. Faltennius C. f. Sca., sexvir* - -'.

δ C 11, 1543 (Hadrianae fere aetatis) ≌ 1544 (bini Scaptiae tribules Gargenniae gentis; huius tertium quendam gentilem domo Florentia fuisse Bormann monet coll. 6, 2764).

Falerii **Horatia**

C 11, p. 465 sq. armis Romanis cum iterum iterumque devicta esset civitas Faliscorum, bello Punico primo confecto denuo (a. 513 = 241 vel 516 = 238) eos devictos et agri altera parte multatos esse traditum est. qua eos condicione Romani usque ad bellum Marsicum esse iusserint, nescimus. — ceterum cf. Hortam.

---

[109]) quod Plinius nat. hist. 3, 52 inter oppidanos regionis septimae et *Clusinos novos* et *Clusinos veteres* nominat, ad civium genera revocandum esse censet Bormann.

[110]) sic tradidit Winghius, minus bene igitur ab editoribus collectionis urbanarum inscriptionum *Arniens[i]* scriptum est.

[111]) vs. 2 '*[V]eties (= Vetti) Arnhen(sis)*'.

β schèd. C 11, ined. (Rignani) '*C. Agernio C. f. Hor. Flavo, IIII vir(o) i. d., IIII vir(o) quinq. Faleris* - -'. 11, 3100 (post a. 102/3) '*[. . Nu]mmius Hor. V[erus, proc. summaru]m (?) provinciae [. . . . . D]acorum,* cet., *pontif(ici) sacr(ario) Iun(onis) Cu[rritis]* - - *C. Nummius C. f. H[or. . . . . .], patronus reip.* - -' ≃ (?) 3099 '*T. Nummio T. f. Hor. Augustali, trib. mil. leg. V Maced.,* cet. *C. Nummius Verus suo et* . . . . .'. 3123 '*C. Iulius C. f. Hor. Severus,* cet., *IIII vir aed., IIII vir i. d., IIII vir quinq.* - -'. 3125 '*Q. Tullius Q. f. Horat. Cincius Priscus, pontifex sacrarius Iunonis Quiritis, patronus municipi* - -'. 3136.

γ C 11, 3176.

δ C 11, 3108 (post a. 117). 3109.

ε C 11, 3112 (alius in eodem titulo dicti hominis est Voltinia tribus).

Aniensis ε Don. 5, 229 = Mur. 739, 1 referenda videtur ad Alexandriam Augustam Troadis, ubi videsis; Fabia ε Wilm. 690 (post a. 194). Voltinia ε in titulo s. s. C 11, 3112.

Ferentinum **Stellatina**

C 11, p. 454.

α C 6, 2778 '*P. Lollio P. f. Stel. Pietati Ferentis, mil. coh. . . . pr. . . .* - -'.

β 11, 3008 vs. 1, 2 '. . . . . *i]o C. f. Stel.* | . . . . . *ae* | cet. *IIII vir(o) i. d. ter quinq.* - -'. 3013 '. . . . . *i]o C. f. Stel. Severo, [IIII] viro i. d. qq. II,* cet. - -'.

β (?) 11, 2998 '- - . . . . . *cius C. f. Ste. Quadratus, L. A . . . . rius L. f. Ste. Clemens* - -'.

γ 11, 3032? 3036.

Romulia γ 11, 3038.

Florentia **Scaptia**

C 11, p. 306. a Romanis hoc oppidum conditum videtur, quod quodammodo in Faesularum (q. v.) locum succresceret.

α C 3, 414 (Smyrnae) traditur sic: '*cbiaiscina scarp. eiop. mil. leg. XII fulmi.* - -', in quibus '*C. Prastina Scap. Flor..* e. q. s.' subesse suspicatus est Mommsen. 2837 (Burni) '*P. Gavius P. f. Scapt. Bassus [Fl]o[rentia]*[112]) . . . . .'. 4463 a (Carnunti) '*Q. Cereonius Q. f. Scap. Celer Flo., m. l. X g(eminae)* - -'. 5, 925 (Aquileiae) '*M. Munatius M. f. Scap. Etruscus Florentinus* - -'. 7258 (Segusione) '*M. Virius . . . Scaptia Celer Florentinus, mil. cohort. XII praetoriae* - -'. 6, 217 (a. 182) '*Q. Tersina Q. f. Scap. Lupus Floren(tia), miles coh. XII urb.* - -'. 2531 '. . . . . *e[n]us A. f. Sca. Celer, domu Florentia, miles coh. IIII pr.* - -'. 2538 '*Sex. Laelius Sex. f. Sca. Fuscus Florentia* - -, *militavit in coh. IIII pr.* - -'. 2684 '*C. Lausenna M. f. Sca. Proclus Florentia, mil. coh. VIII pr. 7 Magi* . . . . .'. 2764 '*Q. Gargennius L. f. Sca. Celer Florentia, mil. coh. XI pr.* - -'. 2913 '- - *Grantanius Scaptia Macer Florentia, mil. coh. XII urb. c. (?) Esern.* - -'. 2921 '*C. Petronius C. f. Scap. Iustus Florentia, mil. coh. XII urb. 7 Severi* - -'. 2922 '*L. Pinario L. f. Scaptia Materno Florentia, mil. coh. XII urb.* - -'. 3884 (coh. urb., a. 198) (2, 3) '*L. Roscius L. f. Scapt. Rufus Flor.*'. 10, 1756 (Puteolis?) '*C. Cispius A. f. Scapt. Severus Florentia, miles coh. III pr.* - -'. 11, 1599 (sub Florentia) '. . *Satrius Q. f. Sca. [A]lbanus [Fl]or., mil. chor. I pr. (7) Martialis* - -'. 14, 2948 (Praeneste) '*L. Aufidius C. f. Sca. Celer Florentia, eques cohor. IIII pr.*

---

112) PIO traditum est.

(centuria) Classic(i) - -'. bull. dalm. 9 (1886) p. 178 n. 142 vs. 2—4 '. . . . . [? P.] f. Sca]|. . . . . *is Flor(entia)* . . . . . | [? *mil.*] *leg. XX* . . . . .|'.

β C 11, 1600. 1609. 1616. 1617.

γ C 11, 1666. 1668. 1672.

δ C 11, 1596.

Romulia α C 6, 3464 (exstat in codice Marucell. A 196 manu Gorii scriptus ex litteris episcopi Firmani Bened. Varchi) '- - *T. Flavius T. f. Rom. Felix Florentia, veter(anus) Aug(usti) n(ostri) T. Vespas(iani)* - -', cui num fides habenda sit Bormann prorsus ignorari dicit 11, p. 306.

Forum Clodi **Quirina**

C 11, p. 502. apud Plinium in indicibus oppidorum ex Augustis depromptis 3, 52 *praefectura Claudia Foroclodi* legitur; item sunt in titulo C 11, 3310 a C. Clodi C. f. Vestalis, qui Augusto fere vivo pro consule erat cuiusque maiorum aliquem viam Claudiam sive Clodiam munivisse et in media via forum constituisse, hoc autem forum item ut praefecturam, cuius caput esset, ex eius nomine nominatum esse Bormann censet (l. c.) *Claudienses ex praefectura Claudia urbani.* in agro huius praefecturae Careias sitas fuisse Bormanni quamquam non certa tamen probabilis coniectura est (C 11, p. 553), ita ut eius opinio Foroclodienses in Quirina suffragium tulisse sit quo commendetur.

β C 11, 3303 (Bracchiani, i. e. fere in Foro Clodi), quod decretum decurionum factum est a. 18 '*Cn. Acceio Cn. f. Arn. Lutatio, T. Petillio P. f. Qui., II vir(is)*'. 3770 (Careis) '*C. Tarcontio C. f. Quir. Maximo - - C. Tarcontius C. f. Qui. Maximo* (sic) - -'.

Graviscae **Stellatina**

Livius 40, 29 ad a. 573 = 181 '*colonia Graviscae eo anno deducta est in agrum Etruscum, de Tarquiniensibus quondam captum. quina iugera data. triumviri deduxerunt C. Calpurnius Piso P. Claudius Pulcher C. Terentius Istra*'; cf. P. Claudi Pulchri elogium apud Wilmannsium n. 611 b ('*coloniam deduxit Graviscam*') et Velleium 1, 15, 2.

α C 6, 2928 '*L. Coranus L. f. Ste. Valens, domo Graviscis, mil. coh. XIII urbanae 7 Paulli* - -'.

Cl(audia?) in urbana inscriptione C 6, 3884 (cohort. urban., a. 197) vs. 3, 6 '*L. Fullonius L. f. Cl. Magnus Grav(iscis)*' nescio an cognomen quam tribum esse putari praestet.

Horta **Stellatina**

C 11, p. 463. Hortam quodammodo cum Faleriis coniunctam fuisse ex titulo quodam Verecundensi potissimum intelleximus, ubi est Cn. Baebius Cn. f. [Stell. Cae]realis, municeps Ortanorum atque Faleri[ensium, V]erecundensium incola (C 8, n. 4249).

α C 6, 2380 (cohort. praetor., a. 152) vs. 2, 9 '*C. Arsellius C. f. Ste. Restutus Orta*'. 8, 4194 (Verecundae) '*gen(io) vici Aug. Cn. Baebius Cn. fil. Stellat. Caerealis Ort., fl(amen) p(er)p(etuus)* - -'.

Arnensis γ C 11, 3071.

Luca **Fabia**

C 11, p. 295 sq. ad hoc oppidum haec Livi pertinere videntur: 40, 43 (ad a. 573 = 181) '*Pisanis agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratiae ab senatu actae. triumviri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo M. et P. Popillii Laenates*'.

α C 3, 2911 (Iaderae, ante a. 10) '*C. Allio T. f. Fab. Luc(a), veter. leg. XX* - -'. 6, 2382 (coh. praetor., a. 176) b 5 '*C. Enastellio C. f. Fab. Exoratus Luca*'. 3884 (cohort. urban., a. 197) vs. 3, 26 '*L. Venuleius L. f. Fab. Irenaeus Luca*'. 10, 6443 (Priverni) '*L. Firvius L. f. Fab. Postumus, d(omo) Luca, miles coh. XV urban(ae) 7 Arrunti, signifer* - -'. EE 4, 887 (Romae, cohort. praet., a. 142) vs. 2, 15 '*C. Menenius C. f. Fab. Priscus Luca*'. 2, 28 '. . . . . *Fab. Proculus Luca*'. Rhein. Jahrb. 66 (1879) p. 72 (Königshofen prope Argentoratum) '*C. Largennius C. (f.) Fab. Luc(a), mil. leg. II 7 Scaevae* - -'.

Palatina γ C 11, 1539.

Lucus Feroniae **Voltinia**

Plinius nat. hist. 3, 51. Strabo 5, 2, 9 C 226. hic Lucus, '*in agro Capenati*' (Liv. 27, 4 ad a. 544 = 210) situs, quando ad suam rempublicam pervenerit, ignoratur.[113]

α C 6, 2584 '- - *P. Octavio P. fil. Vol.*[114] *Marcellino Luco Feroniae, veterano Augustorum*, cet. - -'. videndum igitur est, ne unus alterve titulorum ad Lucum Augusti, Galliae Narbonensis oppidum, enarratorum huc potius pertineat.

Luna **Galeria**

C 11, p. 259 sq. Livius ad a. 577 = 177 haec refert: '*et [L]una[m] colonia eodem anno duo milia civium Romanorum sunt deducta. triumviri deduxerunt P. Aelius M. Aemilius Lepidus Cn. Sicinius. quinquagena et singula iugera et semisses agri in singulos dati sunt. de Ligure is captus ager erat*' (41, 13), cf. 45, 13, 10 ad a. 586 = 168.

α C 6, 2381 (cohort. praet., a. 155) a 1, 20 '. . . *nius Q. f. Gal. Olympus Luna*'. a 2, 12 (a. 153) '*Sal. Baebius Sal. f. Gal. Iustus Luna*'. 2382 (id., a. 173) a 18 '*L. Valerius L. f. Gal. Tertius Luna*'. EE 4, 956 (Romae) '*P. Valerius T. f. Gal., Lune(n)sis*, - - *militavit specul(ator) ann(is) IIII*'.

β C 1, 1399 = 11, 1345 '*M. Minatio M. f. Gal. Sabello, duovir(o) iter(um)*'. 11, 1731, a. b. (a. 66).

γ 11, 1362. 1373. 1403?

Palatina β (?) C 11, 1326. (Quirina ε 11, 1337 v. Leptim Magnam Africae).

Nepet **Stellatina (?)**

C 11, p. 481. anno 369 = 385 Nepet oppidum a Romanis denuo captum et paullo post (a. 371 = 383) colonis Latini iuris (Liv. 6, 21, 4, coll. Vell. 1, 14, 2) eo deductis adsignatum est; anno 545 = 209 cum aliis undecim

[113]) Lucus Feroniae, qui III lapide a Tarracina erat (C 10, p. 624) numquam sua re publica usus esse videtur.

[114]) in Chisiano *Vel(ina)* legitur, reliqui vero testes in *Vol(tinia)* consentiunt.

coloniis Latinis Romanis auxilia denegavit (Liv. 27, 9, 7) eiusque rei a. 530 = 204 poenas dedit (Liv. 29, 15). tribus utrum Stellatina an Pomptina an alia quaedam fuerit, certo diiudicari non potest.

Stellatina: β C 11, 3208 in edicti cuiusdam municipalis fine haec leguntur: *P. Aemilius M'. f. Ste., - -, A. Camilius A. f. Ste. - -, Sex. Voltinius Sex. f. Ste. - -, C. Cassius C. f. Ste. - -*'.
γ 11, 3235 '- - *A. Sicini A. f. Stel. Dextri* - -'.

Pomptina: β 11, 3217 vs. 2 '*Pom(ptina)?* .....', vs. 3 '*IIII vir. i. [d.]* .....' exstant. 3205 (saec. I) '*Q. Veturius Q. f. Pom. Persus, Lupercus Fabianus ex collegio Virtutis, trib. mil. II, praefectus fabrum* - -'. Horatia γ 11, 3209. Palatina β 3212.

Perusia **Tromentina**

C 11, p. 352 sq. foedus Perusinos cum Romanis ante a. 538 = 216 pepigisse putemus necesse est (Liv. 23, 17, 11; cf. 28, 45, 18 ad a. 549 = 205).

α C 5, 918 (Aquileiae) '*Sex. Hostilius Sex. f. [T]ro.*[115]) *Mansuetus Perusia, eq. coh. VIIII pr. 7 Pudentis* - -'. 6, 2596 '*C. Vitricio C. f. Tro. Maximo, d(omo) Perusia, mil. coh. V pr.* - -'.

β C 11, 1941 '*C. Betuo C. f. Tro. Ciloni Minuciano Valenti Antonio Celeri P. Liguvio Rufino Liguviano, aedili, II vir(o) quinq.*, cet. ≅ (?) Noel des Vergers 49. 1926 (a. 205) '*C. Vibio C. f. L. n. Tro. Gallo Proculeiano, patrono Perusinorum, patrono et curatori r. p. Vettonensium, iudici de V dec., aedili*, cet. - -', patri imp. Vibi Treboniani Galli, avo imp. Vibi Galli Volusiani, quos Perusinos domo fuisse constat.
γ 11, 1994. 2044. 2055.
δ 11, 1919. 1938.

Lemonia δ 11, 1933. — 1937 ad Hispellates revocandus videtur.

Pisae **Galeria**

C 11, p. 272 sqq. Paulus Diaconus p. 127 M.

α C 6, 2530 '*Q. Cassius P. f. Gal. Valens Pisis, milit(avit) in coh. IIII pr(aetoria) ann(is) XVIII, evocatus an(nis) II* - -'. 2719 '*P. Rantifanus P. [f.] Gal. Cyrinicus Pisis, - - militavit - - in coh. VIIII pr. [ↄ] Salvi B[l]as[t]i* --'. 10, 5912 (Anagniae) '*C. Camullius C. f. Gal. Pisis, mil. coh. IIII pr.* - -'. (11, 1488 vs. 4 '*Gal. Pisis*, cet.', versus priores non possunt bene intellegi).
β C 11, 1441. β—γ 1449.
γ 11, 1440. 1462. 1524 a.
δ 11, 1524 (ante a. 9). 1436 b.

Fabia ε 11, 1437 Asculani civis esse videtur. — γ 1462. 1500.

Pistoriae **Velina**

C 11, p. 298.

α Br. 1200 (Mogontiaci, ante Vespasianum) '*miles leg. XVI - - Sex. Lartidius Sex. f. Vel. Pistoris* - -'.
β C 11, 1541 '*L. Baebio P. f. Vel., IIII vir(o) i. d. Pistor(iis)*'.

Saena **Oufentina**

C 11, p. 332 sq.

---

115) PRO est in lapide pro TRO.

Saenam oppidum in Oufentina fuisse testantur tituli duo, alter Raeticus alter Britannicus. at utram ad Saenam pertineant, regionis sextae an septimae, non ita constat. viri docti ea re moti, quod Ptolemaeo 3, 1, 43 Σαίνα hoc oppidum dicitur *Saena*que est in titulis s. s., recte de Etruriae oppido cogitare videntur. tribus Oufentinae vestigia, quae in domesticis titulis reperiuntur, omnia fere parum firma mihi videntur. sed iam miror Senae Gallicae, oppidi satis celebris, tribum nullo modo cognosci potuisse.

α C 3, 5538 (Iuvavi) '*Q. Munatius Q. f. Ouff. Lupus Saena, mil. coh. VIIII pr. 7 Ligusti* - -'. 7, 1345 (Hexham) '. . *Terentius* . . *f. Ouf. Firmus Saen(a), praef. castr. leg. VI v. p. f.* - -'.

γ C 11, 1815 '- - *C. Vibio C. f. Ouf. Clementi, equo publ.* - -'.

δ 11, 1805 '*C. [L]aetilius L. f.* OVI (sic traditum est in cod. Neapol., *Ou[f.]* Bormann coniecit) *Lupus,* - - *mil. chor. IIII pr.* . . - -'. 1804 '- - *L. Laelio L. f. [O]u[f.]* (sic Bormann coni., QVE Pecci legit, anonymus quidam QVI) *Valenti, veter(ano)* - -'.

aliarum tribuum testes sunt tituli hi, quos ex parte Saenam ex aliis oppidis advectos esse Bormann putat: Arnensis δ 11, 1806. Fabia γ 1810. Quirina γ 1808 (a. b). Sabatina γ 1809. Sergia γ 1812 (?).

Saturnia **Sabatina**

C 11, p. 419. Livius 39, 55 (ad a. 571 = 183) '*Saturnia,* ait, *colonia civium Romanorum in agrum Caletranum est deducta*', v. Festum s. v. praefecturae p. 233 M.

β C 11, 2650 (a. 234?) '*C. Didio C. f. Sab. Silvestri, II viro [i. d.],* cet., *[VI] viri Aug(ustales) et plebs u[rb]ana Saturn(ina)* - -'.

γ C 11, 2661 vs. 1. 2671 '*M. Valeri Sp. f. Sab.*'.

Surrina Nova

alii hoc oppidum, ubi nunc est Sorrina, fuisse coniciunt (C 11, p. 461), alii prope Viterbium ad aquas sulfureas, dictas 'il Bollicame' (ibid. p. 454), Bormann vero (l. c.) non diversum esse a Foro Subertano ante a. 543 = 211 condito (Liv. 26, 23, 5). ceterum unus tribulis inter *Sorrineses Novenses* adhuc innotuit idemque Palatinae tribus ε C 11, 3014 (Madonna della Quercia presso di Viterbo).

Sutrium **Papiria**

Velleius 1, 14, 2: '*post septem annos, cum Galli urbem ceperunt, Sutrium deducta colonia est*', cf. Diodorum 14, 117 (ad a. 364 = 390?); sed fuit certe inter colonias Latinas, quas militiae a. 545 = 209 detrectatae poenas luisse scimus (Livius 27, 9. 29, 15). tribuum varietatem in testibus primoribus quomodo explicem nescio; sane miror in uno titulo tres rusticas ad Sutrinam originem referri, ut urbanam illam Palatinam mittam; erunt certe qui e lapicidae socordia et neglegentia cum cetera tum haec in marmore profecta esse vitia putent.

α C 6, 3884 (cohort. urban., a. 197) vs. 3, 12 '*cor. tr. A. Saenius A. f. Papir. Rosclus Sutr(io)*'. EE 4, 887 (Romae, coh. praet., a. 141) vs. 2, 19 '*M. Antonius M. f. Pap. Proculus Sutr(io)*'.

β Wilm. 2087 '*M. Anteio M. f. Pap. Restituto, pr. iuv., aedili,* cet. - -'. Orelli 3807 '*C. Lepidio C. f. Pap. Victori, II viro iure dic.*, cet. - -'. C 11, 3267 '. . *Cassius [T. f.] Pa[p.] Aquila, . . Cassius M. f. Pap.* . . . . .'.

Aniensis α C 6, 3884, vs. 3, 29 (m. f. a. 197) '*C. Iulius C. f. Ann. Proclianus Sutr(io)*'. Palatina α C 6, 3884, vs. 1, 27 (m. f. a. 197) '*M. Durnius M. f. Pal. . . . entinus Sutr(io)*'. Pollia α C 6, 3884, vs. 2, 2 (m. f. a. 198) '*L. Afranius L. f. Poll. Sedatus Sutr(io)*'. Velina β Grut. 481, 6 '- - *T. Valerio T. f. Vel. Victori, decurioni Sutri, II vir(o) i. d. iterum quinquennali*, cet., - -' (de Voturia C 11, 3257 cf. Caere).

Tarquinii **Stellatina**

Tarquinienses in sociorum numero habitos esse, ex iis quae Livius 26, 3, 12 ad a. 543 = 211 tradit, intellegimus. Beloch (italischer Bund p. 59. 60) eumque secutus Bormann (C 11, p. 510) anno 446 = 308, quo indutias in annos quadraginta Tarquiniensibus datas esse Diodorus (20, 44) et Livius (9, 41, 5) narrant, civitatem sine suffragio concessam esse putant. — C 11, p. 510 sq. 524.

α C 6, 2381 (cohort. praetor., a. 156) a 1, 8 '. . . *frius C. f. Ste. Proclus Tarqui(niis)*.

β Wilm. 1165 '*P. Tullio Varronis fil. Stel. Varroni, cos.*, cet., *praetori Etruriae, quinquennali Tarquinis* - -', cuius filius L. Dasumius P. f. Stel. Tullius Tuscus, cos. a. inc., adest in altero titulo Tarquiniensi Wilm. 1188.[116]) — Henzen 7054 '*L. Papirius L. f. Stel. Cognitus, pra(e)f. fabr., IIII vir iur. dic.*, - -'. sched. C 11, ined. '*C. Pilius C. f. Ste. Rufus, IIII vir* - -'. Bull. d. Inst. 1873, p. 91 '- - *L. Sevi L. f. Stellatina Clementis, arispicis - -, ex ordine arispicum LX, curatori(s) arcae bis, IIII vir(i) iure dicundo, item aedili(s)* - -'.

γ schedae duae ineditae: 1. '*L. Colgio L. f. Stel. Silvino* - -'. 2. (β—δ?) (est quidem Centumcellis titulus hic adservatus, sed a Mommseno eum propter formam et propter tribum Tarquiniensem putari a Bormanno accepi) '*Sex. Vettius A. f. Ste. Rufus* - -'.

Arnensis γ C 11, 3845 (alla bandita de' Matarozzi prope Corneto). Lem[onia?] β (?) 3544 (rep. 4 milibus a Tolfa Cerveteri versus).

Tuscana **Stellatina (?)**

C 11, p. 450.

β 11, 2958 '- - *L. Numisio [S]tella[t?] Proculo, IIII vir(o) i. d., qq. desig.* - -' et γ 2970 '*L. Atinius P. (?) f. St[e.] An* . . .' utrum Tuscanae reperti an Tarquiniis Tuscanam advecti sint compertum non habemus.

Vei **Tromentina**

ex annalium scriptorum fide a. 358 = 396 Veios vi captos deletosque et Veiente agro publicum agrum Romanum auctum esse; postea a. 365 = 389 eos Veientes Capenates Faliscos, qui per bella proxima ad Romanos perfugissent, in civitatem acceptos (Livius 6, 4, 4) atque biennio post ex iis

---

[116]) L. Dasumius Tullius Tuscus a Dasumio illo adoptatus esse creditur, cuius testamentum illud celebre anno 108 scriptum aetatem tulit (C 6, 10229); Tullii Tusci filius C 6, 1400 dici videtur: '*M. Dasumio L. f. Stellatina Tullio Varroni Lugudunenses*'.

tribus quattuor novas factas, Stellatinam Tromentinam Sabatinam Arnensem (Livius 6, 5, 8). sed quo tempore reliqui Veientes ad rem p. suam quandoque ad civitatem Romanam pervenerint, non traditur. Veios oppidum non ante Augustum restitutum esse verisimile est (Bormann C 11, p. 556 sq.).

β Veientium decurionum cuidam decreto (anni p. Chr. 26, Wilm. 2079) scribendo adfuerunt praeter duoviros et quaestores novem centumviri, quorum unius et pater et tribus adscribuntur '*P. Acuvius P. f. Tro.*'. γ C 11, 3843.

δ Or. 3448 '*M. Tarquitio T. f. Tro. Saturnino, praef. coh. scutatae, primo pilo leg. XXII*, cet.', cuius statuam '*ex ruina templi Martis vexatam*' medio fere tertio saeculo Cn. Caesius Athictus, qui erat adlectus inter centumviros, sua pecunia reficiendam et in publicum restituendam curavit.[117]) idem Tarquitius una cum filio a. 26 inter centumviros Veientes nomen subscripsisse videtur (Wilm. 2079).

Palatina γ Nibby viaggio 1, p. 59. — cf. Nepesinum C 11, n. 3212.

Vetulonia **Scaptia**

Plinius nat. hist. 3, 52.

α C 6, 2382 (coh. praet., m. f. a. 173) a 16 '*sp. C. Anneus C. f. Sca(p)t(ia) Firmus Vet(u)lo(nia)*'. 2472 = 8112 '*- - C. Papirius C. f. Scapti[a]*[118]) *Pudenti Vet(ulonia), ex coh. [I]I pr. 7 Vibi - -*', nisi '*vet(eranus) ex coh. II pr. 7 Vibi*' legere praestat.

de Tromentina urbani tituli 221 (vs. 1, 7) cf. oppida incerta s. v. '*Vet* . . . . .'.[117])

Visentium **Sabatina**

C 11, p. 444 sq.

α C 6, 2381 (coh. praetor., a. 154) b 1, 6 '*Q. Popilius Q. f. Sab. Faustus Visent(io)*'.

β 11, 2910 '*honori Visentium sacrum M. Minati M. f. Sab. Galli, II vir(i) i. d. quinq. - -*' ≅ 2911. 2914 a '*L. Caesio L. f. Sab. Cestio Balbino, patri, II vir(o) quinq., L. Caesio L. f. Sab. Valenti, fratri, - - L. Cestio L. f. Sab. Balbino - -, L. Cestio Sab. L. f. Apro - -, L. Caesius L. f. Sab. Balbinus - -*'.

Volaterrae **Sabatina**

C 11, p. 324 sq. ante a. 549 = 205 Volaterrani cum Romanis foedus pepigerant (cf. Liv. 28, 45). L. Sullae legem de Volaterranis civitate adimenda non diu valuisse auctor est Cicero in oratione de domo 30, 79.

α C 3, 430 (Ephesi) '*L. Cavio Sab. Vescenniano, domo Volaterras - -*'. 6, 215 '*vex.* (cohort. praetor.) *L. Locer L. f. Sab. Constitutus Volaterra - -*'. 2587 '*A. Rufius A. f. Sab. Verus Volaterris, mil. coh. V pr. 7 Rutili - -*'. 2683 '*Sex. Ladinius Sex. f. Sab. Modestus Volaterras, mil. coh. VIII pr. 7 Veri, sp. Aug. - -*'. 2939 '*Sex. Pap[i]o Sex. [f.] Sa[b.]*[119]) *Sever[o V]olaterris, mil. coh. XIIII urb. 7 Rufi - -*'.

β C 11, 1745. Notizie degli scavi 1884, p. 418.

γ 11, 1758.

---

[117]) C 6, 221 p. 1. 7 (a. 113) legitur '*vex(illarius) in 7 Sex. Iulius Trom. Clemens Vet.*'; VET· pro VEI· fabrili errore sculptum esse Grotefend coniecit idque probavit Bormanno (C 11, p. 557).

[118]) *Scaptio* traditum est.

[119]) traditum est SEX PAPO SEX SAPI SEVERVS SOLATERRIS.

δ 11, 1741.

EE 1, 146 Volaterranum civem dici credibile non est.

Volci **Sabatina**

C 11, p. 447. a Romanis a. 474 = 280 (fast. Cap. h. a.) devicti sunt inque eorum agro Cosa colonia deducta est a. 481 = 273 (Plinius n. h. 3, 51. Velleius 1, 14, 7).

β 11, 2930 '*C. Septumius C. f. Sab., IIII vir i. d.*'.

γ 11, 2939 a '- - *C. Lucretio C. f. Sab. Tettiano* - -'. 2941 '*C. Plotius C. f. Sab.*'.

Quirina γ 11, 2934.

Volsinii **Pomptina**

C 11, p. 423. Volsinienses Romanos a. 489 = 265, quamquam saepius cum illis acerrime conflixerant, ut sibi auxilium ferrent contra '*servos*' quosdam suos, imploraverunt. oppido anno insequenti a Romanis diruto incolae in alio loco collocati sunt. prodigia e Volsiniis Romam relata esse scimus a. 650 = 104, 660 = 94, 661 = 93 (Iul. Obseq. c. 43. 51. 52).

α C 6, 2381 (cohort. praetor., a. 153) b 1, 27 '. . . . . *Pom. Firmus Volsin.*'. 2382 (coh. praet., a. 178) b 14. 15 '*L. Casinius L. f. Pom. Legitimus Vols., Q. Viccius Q. f. Pom. Pudens Volsi.*'. 2513 '*A. Valerius A. [f.] Pom. Ruf[us] Volsinis, mil. coh. III pr. 7 Capitonis* - -'. 2923 '- - *A. Plotio Pom. Iusto Volsinis, mil. coh. XII urban. 7 Apulei Valentis* - -'. 3884 (cohort. urban., m. f. a. 198) vs. 3, 19 '*L. Vivennius L. f. Poment. Rufinus Vols.*'.

β C 11, 2708. 2709. 2713.

γ C 11, 2757 (Florentiae adservatur; Orvietine repertus est?). 2776. 2803. 2816?? Leônij, Memorie storiche di Todi (1860) n. 200 (presso il castello del Doglio).

ε 11, 2697 a (saec. I inc.). 2698. 2704.

Arnensis γ 11, 2744.

Accedunt ex Etruria haec oppida recentia, quae in quarum civitatium antiquarum agris sita fuerint, non liquet:

Bomarzo (Polimartium). — C 11, p. 561.

Arnensis γ 11, 3045 '*Q. Calfurnius C. f. Arn.* - -'. 3050 '*Q. Vibius Q. f. Arn. Rufus* - -'.

Anguillara.

γ C 11, 3775 '- - *M. Clodius Sp. f. Col. Rufus*'.

In calce huius capitis addi liceat titulus urbanus C 6, 1828 '*L. Tarquitio L. f. Pom. Etrusco Sulpiciano, scribae quaestori.* - -'; gentem Tarquitiam vere Etruscam origine esse constat, quamquam hic *Etrusci* nomine patriam indicari non extra dubium est.

Etruriae igitur civitates, de quarum re tribuaria nobis constat, divisas esse cognovimus per XIV tribus; ex his continuantur fere Stellatina et per

Capenates Ferentinos Hortanos Nepesinos et per Graviscanos Tarquinienses Tuscanenses, Sabatina per Saturnienses Visentinos Volcentes, Scaptia per Faesulanos et Florentinos, Galeria per Lunenses et Pisanos et regionis VIII Velleiates et regionis IX Genuates; Arnensis regnavisse videtur in eis agris, ubi fuerunt Polimartium sive quod aliud eius oppidi nomen fuit et regionis VI Ocriculum.

Regio VIII.

(KT p. 76, n. b)

Iam perventum est ad septentrionales Italiae plagas, prius quam Romanorum Gallorum dominium. in quo numero Senones erant, quos a. 471 = 283 P. Cornelius Dolabella consul vicit; pars eorum caesa, pars patria expulsa est, ager vero in publicum populi Romani addictus et civibus adsignari coeptus. coloniae Senae Gallicae inde ducuntur origines, et C. Flaminium trib. pl. a. 522 = 232 legem de agro Picente et *Gallico*[120]) quamquam senatu et nobilitate adversantibus tulisse res notissima. itaque illos quoque Gallos, qui in libertate erant, metus incessit ne mox ipsorum praedia Romanis concedere cogerentur armaque cum his conferre parabant. sed ei qui in Italiam irruperant, Boii Insubres Gaesatae Taurisci, ingenti clade illa Telamonia prostrati sunt (a. 529); iam anno 530 Boii et Lingones, a. 531 Anares, anno proximo Insubres in deditionem venerunt. itaque omnis ager qui inter Apenninum et Alpes situs est tunc in Romanorum potestate erat praeter sociorum Cenomanorum Venetumque, praeterea Ligurum, qui nomini Romano infestos se praebebant. paucis annis post, cum Hannibalicum bellum nascebatur, Galli quoque, ut libertatem et agros recuperarent, Romanos summo ardore adorti sunt, sed Poenis devictis Boiorum et Insubrum impetus repressi et exstincti sunt; Ligures vero ne tunc quidem pacati visi sunt.

Romani, ut agro Gallis ademto tuti fruerentur, vias straverunt, oppida munierunt, agros civibus Romanis et Latinis adsignaverunt. tunc inter alias ductae sunt Flaminia via a. 534 Spoletio Ariminum, 606 Postumia via Genua Placentiam Cremonam Veronam ulteriusque, 622 Popillia via Arimino trans Padi Ostia, 645 Aemilia Volaterris Vada Sabatia Dertonam; coloniae civium Romanorum in his regionibus deductae sunt a. 571 Parma et Mutina,[121]) a. 654 Eporedia et forsitan paullo ante Dertona; Latinorum autem coloniae exstiterunt a. 536 Cremona et Placentia, a. 565 Bononia, a. 573 Aquileia. praeterea, ut quae de singulis adsignationibus tradita sunt omittam, Romani municipia et fora quaedam in his partibus munierunt, de quorum origine

[120]) scilicet eo agro, qui cis Ariminum ultra Picenum situs erat, cf. Catonis ex origininum libris verba apud Varronem de r. r. 1, 2, 7 = Peter, fragm. 43.

[121]) sed Polybius iam sub initia belli Hannibalici fuisse testis est Μοτίνην ἀποικίαν ὑπάρχουσαν Ῥωμαίων (3, 40, 8).

praeter nomina nulla fere testimonia adsunt. sed quamquam magna et firma argumenta adhuc desiderantur, Polliae tribus frequentia cum nominibus illis Romanis arte coniuncta indicare videtur, quae pars agri ante Marsicum bellum a civibus Romanis occupata sit.[122]) in hac enim tribu censebantur ex coloniis Parmenses Mutinenses Eporedienses,[123]) ex foris ad vias publicas constitutis Forocornelienses Forofulvienses Forogermanienses, Forolepidenses (Lepidiregienses),[124]) ex reliquis oppidis Claternenses Faventini Fidentini (?) Hastenses Industrienses Pollentini Vardagatenses: Faventiam et Fidentiam ante bellum Marsicum habitatas fuisse pro explorato habemus, reliqua oppida quae dixi quando condita sint ignoratur. Polliam tribum in Gallicis oppidis ominis causa propagatam esse Bormann acute coniecit et probavit;[125]) idem factum videtur antea in Aesi colonia a. 507 (cf. p. 68), iisdem fere temporibus in Fano Fortunae et Foro Semproni.

Reliqua Gallia cispadana et Latinum nomen ex transpadana una cum ceteris sociis Italicis in civitatem recepta sunt, Galliae transpadanae lege Pompeia Latium concessum est a. 665 = 89, lege Iulia a. 705 = 49 civitas optima. de qua re cum fusius alio loco disputaverim (KT p. 75—88), hoc loco satis habeo tribuum laterculos subicere:

a) oppida Latii veteris in Gallia cisalpina sita, quae bello Marsico in civitatem recepta sunt, quinque innotuerunt: Bononia in Lemónia censebatur, Placentia in Voturia, Cremona et Ariminum in Aniensi, Aquileia in Velina.

b) in Gallia cispadana praeter Polliam, quae ante bellum sociorum sola in Gallia regnabat, et Pomptinam Dertonae, Lemoniam Bononiae, Voturiam Placentiae, Aniensem Arimini hae septem tribus sociis concessae sunt:

	in regione VIII	in regione IX
Arnensis	Brixello	—
Camilia	Ravennae	Albae Pompeiae (et Augustae Bagiennorum)
Falerna	—	Albintimilio
Galeria	Velleiae	Genuae[126])
Maecia	—	Libarnae
Poblilia	—	Albingauno
Tromentina	—	Aquis Statiellis

c) in Gallia transpadana praeter Polliam et Aquileiae Velinam hae quindecim tribus regnabant:

---

[122]) KT p. 76, Beloch, Ital. Bund p. 67 sq., Bormann AEM 10, 1886, 227 sqq.

[123]) Dertonenses, de quorum iure nobis certum iudicium ferre non licet (cf. Velleius 1, 15, 4 *'de Dertona ambigitur'*), in Pomptinam tribum recepti sunt.

[124]) reliquorum fororum Galliae cisalpinae aut tribus ignoratur aut origines in tempora Marsico bello posteriora incidunt (Vibii et Iulii); Fori solius Brentanorum (reg. VI) alia tribus est, Pupiniam dico, id quod casu infelici ne meo tempore enarrarem prohibitus sum; sed in auctario res repetetur.

[125]) l. c. p. 226.

[126]) continuus igitur in Galeria tribu ager erat Genuae Velleiae Lunae Pisarum.

	in regione X	in regione XI
Aniensis	Cremonae (Lat.)	Vercellarum
Camilia	Atriae	—
Claudia[127])	Aceli, Albonae, Apsori, Beruae, Concordiae, Emonae, Iulii Carnici, Nedini, Tarvisii, Varvarorum	Novariae
Fabia	Brixiae, Patavii	—
Lemonia	Parentii	—
Menenia	Feltriae, Vicetiae	
Oufentina	—	Comi, Mediolanii
Papiria	Belluni, Opitergii, Tridenti	Ticini
Poblilia	Veronae	—
Pupinia	Tergestis	Laudis Pompeiae
Romulia	Atestis	—
Sabatina	Mantuae	—
Scaptia	Altini, Fori Iulii	—
Stellatina	—	Caburri (et Augustae Taurinorum)
Voturia	—	Bergomi

Augustus, cum in Salassis Praetoriam condidisset coloniam, Sergiam addidit.

Ariminum **Aniensis**

C 11, p. 76 sq. in Senonum agro Ariminum colonia Latina deducta est a. 486 (Vell. 1, 14, 6; Eutrop. 2, 16; Liv. epit. 15; Hieron. chron. ad ol. 123 p. 119 Schoene); in bello Romanorum cum Hannibale fideles manserunt (Liv. 27, 10). bello demum sociali peracto lege Iulia in civitatem recepta videtur; a. certe 676 (Plin. hist. nat. 10, 21, 50) et 685 (Cic. pro Caecina 35, 102) c. R. fuit.

α C 6, 2377 (coh. praet., a. 136) vs. 5 '. . *[L]artius L. f. Ani. Atrox Arim(ino)*'. 2382 (mil. praet., a. 178) b 18 '*lib. tr., C. Vaccellius C. f. Ann. Iustian(us) Arimi(no)*'. 3884 (coh. urb , a. 198) vs. 4, 4 '*P. Caesius P. f. Ann. Sabinus Arim(ino)*'. 8, 2812 (Lambaesi) '*M'. Aquilius M'. f. Anies. Proculus Arimin(o), commentar. - -*'. 11, 379 (A.) '*C. Faesellio C. f. An. Rufioni, eq(uo) pub(lico), L(aurenti) L(avinati), cur(atori) reip. Forodr(uentinorum), patr(ono) col(oniae) Arim(ini) itemq(ue) vicanorum vicorum VII et coll(egiorum) fabr(um) et cent(onariorum), optimo et rarissimo civi, quod liberalitates in patriam civesque a maioribus suis tributas exemplis suis superaverit - - vicani vici Dianensis*' (∾ 11, 378 sub β). 421 (A., a. 115—117) '*M. Vettio M. f. Ani. Valenti, imp. Caesaris Nerv(ae) Traiani opt. Aug. Ger. Dacici Part. II vir(i) quinq. praef(ecto), flamini, auguri, patrono coloniae vicani vici Aventin. optimo civi, patrono suo*' (∾ 383. 395 sub ε). Mur. 525, 2 (Massae) '*C. Suriinus T. f. Ani. Seneca Arimini, mil. coh. VII volunt. - -*'.

β 11, 378 (a. 138—161). 392. 393. 403 (?, litteris aetatis reip. liberae). 406. 409. 414 (α). 417 (post a. 54).

γ 11, 380. 404. 410. 477. 527.

δ 11, 396.

ε 11, 390 (a. 69/79) ≅ 391, quos titulos salinatores civitatis Menapiorum et salinatores civitatis Morinorum Lepidio Proculo Arimini utpote in eius patria

[127]) Claudiae ager continuus et in Liburnia et in ea parte Italiae quae ab oriente et meridie Histria terminabatur.

posuerunt. 395 (a. 66) ∾ 383 (hunc titulum M. Vettio Valenti provincia Britannia patrono posuit).

aliarum tribuum hi exstant testes:

Palatina α 11, 385 (post a. 98) '*L. Betutio L. f. Pal. Furiano, p. p. leg. I Ital., II viro quinq., II vir(o) i. d.*, cet., *amantissimo patriae* - -' ≌ 386 ≌ 387. β 11, 411 = Mur. 703, 8. 418. Clustumina β 11, 422 = Mur. 1081, 12 '*C. Voluseno L. f. C[lu.]*[128]) *Iusto aedili, quaest. Sestini, decur. Arim.* - -', qui homo Sestinas fuisse videtur. Lemonia β 11, 413 Bononiam vel Anconam resipit patriam. Quirina ε 11, 377.

Bononia **Lemonia**

C 11, p. 132 sq. colonia Latina Bononia condita est post a. 565 = 189; cf. Velleius 1, 15, 2. Livius 37, 57, 7. — Paullus Diaconus p. 127 v. municipii (in tertio municipiorum genere).

α C 5, 904 (Aquileiae) '*M. Calventius T. f. Lem. Bon., mil. cho. VIII pr.* - -'. 6, 2382 (mil. praet., a. 178) b 24 '*C. Satrius C. f. Lem. Maximus Bon.*'. 2465 '*Q. Eneius Q. f. Lem. Montanus Bononia, mil. coh. II pr. 7 Iuli Secundi* - -'. 2687 '*Q. Pomponius Q. f. Lemonia Bononia Fortunatus, m. coh. VIII pr. 7 Perpenne* - -'. 2693 '- - *M. Annius M. f. Lemo. Paulinus Bononia, mil. coh. IX pr. 7 Ulpian.* - -'. 2727 '*L. Vibius L. [f. L]emo[nia] Marcellus Bono[n.,*[129]) *mil.] in coh. IX pr.* - -'. 2761 '- - *T. Vennoni Lem. Agricolae Bono., mil. coh. X pr. 7 Victorini* - -'. 3438 '*M. Tadius M. f. Lem. Tertius domo Bononiae, evocatus* - -'. 3884 (coh. urb.; m. f. a. 197) vs. 4, 27 '*M. Domitius M. f. Lem. Getulicus Bon.*' 11, 21 (Ravennae, post a. 42) '*T. Curtiacus T. f. Lem. Bon., vet. leg. VII C. p. f.* - -'. Mommsen, inscr. Helvet. 255 (Vindonissae, inter a. 71 et 103/107) '*L. Titennius L. f. Lemonia Victorinus Bono., mil. leg. XI C. p. f.* - -'. Brambach 209 (Xanten) '- - *M. Caelio T. f. Lem. Bon., ɔ leg. XIIX* - -, *[ce]cidit bello Variano* - -; *P. Caelius T. [f.] Lem., frater* - -'. 1207 (Moguntiaci; a. 47—67) '*M. Val. M. f. Lem. Matto Bononiae, mil. leg. XXI rap.* - -'. 1213 (ibid.; post a. 43) '*C. Matteius C. f. Lemon. Priscus Bono., mil. leg. XXII pri.* - -'. Pais suppl. corp. inscr. vol. 5, n. 180 = Archeografo Triestino 6 (1879/80), p. 238 (Aquileiae) '*C. Aninio ... Lem. Bono[n., mi]l. leg. VIIII [. . .?]* - -'. Jahrb. f. Rheinl. 81 (1886) p. 233 (Coloniae Agrippinae) '. . *[Au]relius A. f. [Le]m. Bon(onia), eques, [? na]tus anno(rum) XLV, [mis]sus ex leg. I* - -'. Not. d. scavi 1885, p. 191 (Romae) '*C. Vesius C. f. Lem. Cordus, domo Bononia, miles coh. VIIII pr., beneficiarius praefecti* - -'. — adde C 6, 2381 (praetor., miles f. a. 155) b 1, 19 '. . . . . *f. Pol. Aper Bonon(ia)*'.

β 11, 711.

γ 11, 765. 770. 786. 809.

Maecia? α C 1, 1474 = 10, 7121 (Syracusis, servavit Iosephus Gaetanus) '*[C]n. Octavi(us) A. f. M(a)i(cia?) Nic[a]nor. Bononia* (trad. BOLONAR), *[pub]lic(anus) Vener(ei) Heruc(inae) pavimentum sedilia fecit* - -'; adnotat Mommsen 'titulum cum propter sermonem vetustiorem probabile sit scriptum non ante coloniam ab Augusto deductam Syracusas, iam malui sic ut dedi constituere; corruptelae tamen eius generis sunt, ut de certa restitutione desperandum sit'. Pollia α C 6, 2381 (coh. praet., m. f. a. 155) b 1, 19 '. . . . . *f. Pol. Aper Bono(nia)*'. β 11, 740 a ('cum de inventione nihil traditum sit, propter Polliam Cavedoni et Bortolotti territorio Mutinensi vindicaverunt. nec tamen Mutina videtur habuisse sexviros. contra videtur esse posse territorii Claternensis' Bormann) '*Q. Titiasius*

---

[128]) trad. CVL Rigazzianus, CVI Clementinus, ... Donius, CLV Fantaguzzi, COL ed. Mur.

[129]) trad. L · VIBIVS · L · L · TEMOMARCELLVS BONO.

Q. f. Pol. Vestalis, Q. Titiasius Q. l. Philemo, VI vir(i)'. Sabatina γ 11. 750 a (-s B.; ubi repertus sit, ignoratur). Notizie degli scavi 1883 p. 124.

Brixellum **Arnensis**

C 11, p. 183.

α C 6, 100 (a. 157) '- - *C. Iulius C. [f.] Arn. Africanus Brixello, op.. equit. coh. VIIII pr. 7 Iuli* - -'. EE 4, 887 (coh. praet., a. 141) vs. 2, 7 '*C. Caesius C. f. Arn. Fortunatus Brix.*'. Rhein. Jahrb. 78 (1884), p. 59. 136 (prope Coloniam Agrippinam; saec. I ex. vel II in.) '- - *M. Petronio L. f. Flosc.. Arn(ensis) d(omo) Brixelli* - -'.

γ C 11, 1033 '*[L. Babu]rio C. f. Arn ..... no, patri - - C. Baburius L. f. Arn.* - -'.

Aniensis: α 6, 2381 (coh. pr., m. f. a. 156) b 1, 24 '..... *Ani. Fortis Brixillo*'

Claternae **Pollia**

C 11, p. 128.

α EE 2, 352 = C 3, 6547 (Opunte Locrorum) '- - *T. Catoni T. f. Pol. Sabino Clat[ernis], evoc. Aug.* - -, T. Κάτωνι T. υ. Πολ. [Σα]βίνῳ Κλατέρναις ἠουοκ. Αὐγουσ. - -'.

Tromentina: γ C 11, 685 (Muratorio 'misit Dionysius Sancassanius; auctoritas tituli parva est' Bormann) '- - *C. Bellitii C. f. Trom. Felicissim(i)* - -'.

Faventia **Pollia**

C 11, p. 120 sq. Bormann Faventiam ante bellum Marsicum civitate optima usam esse inde effici putat, quod tribui Polliae adscripta sit, quam illis iam temporibus in Gallico agro regnavisse videri supra dixi.

α C 3, 2817 (Scardonis, ante Vespasianum) '. . *Appinius Pol. Faven[ti]a Quadratus, ɔ veteranorum leg. IIII Mac.* - -'. 6203 (Troesmi) '*T. Rascanius Fortunatus Pollia Faventia* - -'. 6, 2381 (coh. praetor., m. f. a. 155) a 2, 6 '*d. d. L. Modius L. f. Pol. Felix Favent(ia)*'. a 2, 13 (a. 153) '*evoc. L. Licinius L. f. Poll. Maximus Favent(ia)*'. a 2, 17 (a. 154) '*C. Herennius C. f. Pol. Probus Faventia*'. 8, 10605 = EE 5, 505 (saec. I in. vel med.) '*Q. Annaeus Q. f. Pol. Balbus Faventinus, - - meiles leg. V, donatus bis, II vir Thuburn(icae)* - -'. 11, 628 (= 3, dipl. 49 anni 216) '*C. Popilio C. f. Pol. Qu(i)eto Faventia*'. scheda quaedam suppl. C 3 (Carnunti) militis vet. leg. XV Ap. *Po[l. F]avent(ia)* esse videtur. EE 4. 888 (Romae, lat. mil.) vs. 6, 7 '..... *P. f. Pol. Proculus Fav[ent.], ...* l· *f. Pol. Severus Faven[t.]*'. Bramb. 1381 (Gustavsburg) '*T. Iavennius C. f. [P]ol. Proculus Faventia, 7 leg. XXII pri[m.]* - -'.

β C 11, 632.

γ C 11, 640. 655 a. 661.

δ C 11, 629. 630.

Palatina γ 11, 650.

Fidentia **Pollia?**

C 11, p. 202.

γ C 11, 1138 (aetatis reipublicae liberae esse posse titulum Bormann putat) '*T. Octavio T. f.* PO*[llia (?)]* - -'.

Forum Corneli **Pollia**

C 11, p. 126.

α MIH 257 (Vindonissae, inter a. 71 et 103/7) '*L. Vecna[tio L. f.] Pol. Maxim[o d(omo)] For(o) Cor(neli), mil. l[eg.] XI [C.] p. f.* - -'. C 3, 2716 (Delminii, ante a. 42) '*Q. Oppius Q. f. Pol. Foro Corne(li), signifer leg. VII* - -'. Bull. comm. arch., ser. 3, 1886, n. 1655 '*[. . P]etronius P. f. Pol.* | *[Te]rtius Foro Cornel.* | *. . . . . praetoriae*'. Bormann l. c. et Bohn (EE 5 p. 254) Forocornelienses cives et Polliae tribules putant eos, qui inter praetorianos militare coeperunt alter a. 156 C 6, 2381 a 3, 10 '*L. Attius L. f. Poll. Verus Fo . . . . .*' alter a. 154 ibid. b 1, 7 '*. . Prabenna T. f. Pol. Marcellinus Foro*'.

β C 11, 667 '*C. Cardius C. f. Pol. Primus, magister hic (?), sexvir urbe Cornel.*'.

γ C 11, 677 vs. 3 et vs. 5 Pol(lia) tribus enuntiari videtur.

Forum Livi **Stellatina?**

C 11, p. 115. Stellatinae mentio fit in titulis duobus, quorum alter (C 11, 600) in Foroliviensi oppido ipso repertus est, alter (C 11, 624) prope castellum di Fiumana, quod aliquot milibus passuum Foro Livii meridiem versus distat; vicinarum civitatum quidem nullam in Stellatina fuisse scimus (proximi enim Stellatinae tribules Urbinum Mataurense incolebant), ita ut sit quo commendetur opinio eorum qui Forum Livii in Stellatina fuisse putant. verum iam praestat rem in dubio relinquere, praesertim cum neque de origine civitatis neque de eius agri finibus edocti simus.

β C 11, 624 '- - *C. Purtisius C. f. Stel. Atinas, IIII vir quin(quennalis), pr(aefectus) equi(tum),* cet.'.

δ C 11, 600 '*C. Castricius T. f. Calvus [t]rib. [mil. leg. . . . . .] ⟨benevolus⟩ Stellatina ⟨[Agr]icola⟩* cet. - -'.

Clustumina β C 11, 623 '*C. Baebius T. f. C[l]u., tr. mi[l. leg.] XX* (?), *praef. ora[e marit. Hi]span(iae) citer[ioris b]ello Actiensi, [I]III vir i(ure) d(icundo)* - -' Umbros sapit, Bononienses autem Lemonia γ C 11, 608 '*L. Remmius M. f. Lem. Scaeva* - -'.

Forum Popili **?**

C 11, p. 111.

Aniensis ε C 11, 571 ♎ 3, 4013 (Andautoniae) L. Funisulani L. f. Vettoniani, qui anno nescio quonam consul fuit et anno 85 (cf. C 3, dipl. 12) '*Pannoniam*' rexit.

Mutina **Pollia**

C 11, p. 150 sq. Mutinam paullo ante bellum Hannibalicum coeptum Romani occupavisse videntur; a. 571 = 183 colonia civium Romanorum eo deducta est (Liv. 39, 55, 6).

α C 6, 9 '- - *missi honesta miss(ione) ex coh. III pr. 7 Gradivi Q. Rosinius Q. fil. Pol. Severus Mutina* - -'. 2381 (coh. praet., m. f. a. 153) a 2, 10 '*P. Murtelius P. f. Pol. Marcellinus Mut.*'. b 1, 21 (m. f. a. 155) '*. . . . . f. Pol. Felix Mutin(a)*'. 2492 '- - *T. Faesulanus Stator, mil. coh. III pr., Pollia Mutina* - -'. 2739 '- - *M. Ballonio M. f. Pol. Paullo Mutina, mil. coh. X pr. 7 Frontonis* - -'. 3884 (coh. urban., m. f. a. 197) vs. 1, 4 '*C. Rubrius C. f. Poll. Ursus Mut(ina)*'.

10, 18 (vicino al porto Locrese) '(. .) *Aticius T. f. Pol. Mutina, 7 l(egionis) XXX Classicae*'.[130]) 11, 834 (sub M.) '*Q. Ambilius T. f. Pol. Tiro Mutin(a), miles cohort(is) VII praet(oriae) 7 Graecini* - -'. EE 4, 887 (Romae, coh. praet., a. 142) vs. 2, 25 '. . . . . *T. f. Pol. Nepos Mutin(a)*'. Pais suppl. C 5, n. 186 (Aquileiae) '*P. Macncliu[s] St. f. Pol. Muti(na), miles chor. VI praet.* - -'. Brambach 88 (Noviomagi) '*L. Cornelius L. [f. P]oll. Cinn[a] Mut., vet. ex leg. XX* - -'. 923 (Kleinwinterheim) '*P. Flavoleius P. f. Pol. Mutina Cordus, mil. leg. XIIII gem.* - -'.

β C 11, 856.

γ C 11, 946 (?). 949.

Tromentina γ 11, 927.

Parma **Pollia**

C 11, p. 188 sq. colonia c. R. facta est a. 571 = 183 (Liv. 39, 55).

α C 5, 905 (Aquileiae) '*L. Cassius C. f. Pol. Par(ma), mi(les) cho. XII* - -'. 6, 2382 (coh. praet., a. 178) b 21 '*M. Aebutius M. f. Pol. Verus Parma*'; b 30 (a. 179) '*C. Veturius C. f. Pol. Profuturus Parm(a)*'. 2686 '- - *Q. Modio Q. f. Pollia Amomo Parma, mil. coh. VIII pr.* ɔ *Nepotis* - -'. 3884 (coh. urb., a. 197 m. f.) 2, 35 '*M. Vibius M. f. Poll. Antiquus Parm(a)*'. EE 4, 887 (coh. praet., m. f. a. 142) 2, 14 '*L. Fotidius L. f. Pol. Sabinus Parm(a)*'.

β C 11, 1064.

γ C 11, 1121.

δ C 11, 1054.

Galeria C 11, 1132.

Placentia **Voturia**

C 11, p. 242 sq. 254. — anno 536 = 218 colonia nominis Latini in hoc oppidum deducta est testibus Asconio in Pisonian. p. 3 (cf. Liv. epit. 20) et Polybio 3, 40, 5.

α C 3, 4502 (Carnunti) '- - *M. Vettius M. f. Veturia Surus Placentia* - -'. 6, 2382 (militum praet., a. 177) b 12 '*equ. M. C(a)nius M. f. Vot. Rest(it)utus Place*'. 2471 '*T. Naevius P. f. Vot.*[131]) *Tertius domo Placentia, mil. coh. II pr. [ɔ] Servili* - -'. 2546 '*Pri. Rutilius Vitalis Vot. Placentia, mil. coh. IIII pr. 7 Valentis* - -'. 3884 (coh. urban., a. 198) vs. 4, 30 '*L. Pompeius L. f. Vet. Valerianus Plac.*'. Bramb. 1197 (Moguntiaci, a. fere 9—47) '*L. Antestius C. f. Vet. Plac., mil. leg. XVI* - -'. 1204 (ibid., eiusdem aetatis) '*T. Viccius T. f. Vot. Plac., mil. ex leg. XVI* - -'. 1516 (Aquis Mattiacis, saec. I ex.) '*L. Veturius Sp. f. Vot. Plac. Primus, veter. ex leg. XIIII gem.* - -'.

β C 11, 1224.

γ 11, 1241.

Collina γ C 11, 1314. Cornelia γ 11, 1263. Oufentinae testis β 11, 1230 (P.?) a Bormanno recte videtur ad Mediolanium referri.

Ravenna **Camilia**

C 11, p. 6. 70. '*Cn. Pompeius pater,* Cicero (pro Balbo 50) ait, *rebus Italico bello maximis gestis* (a. 665 = 89) *P. Caesium equitem Romanum,*

---

[130]) huius legionis tricesimae veteranos a Divo Augusto in Beneventanum agrum deductos esse Mommsen suo iure coniecit.

[131]) VOT Gruter a Castalione accepit, VOL Cittadinius tradidit.

virum bonum, qui vivit, Ravennatem, foederato ex populo nonne civitate donavit?

α C 6, 215 (coh. praetor.) '- - *opt. C. Iulius C. f. Cam. Priminus Ravenna, fac(tus centurio)* - -'. 2382 (coh. praet., m. f. a. 178) b 22 '*T. Flavius T. f. Cam. Licinianus Rave.*'; b 32 (m. f. a. 179) '*Q. Lucilius Q. f. Cam. Presens Rave.*' 2539 '- - *L. Licinio L. f. Cam. Iuliano Ravenna, mil. coh. IIII pr.* - -'. 2551 '- - *L. Vibidius L. f. Cam. Praesens Raven., 7 coh. IV [p]r.* - -'. 3884 (coh. urban., m. f. a. 197 et 198) 1, 32 '*C. Clodius C. f. Cam. Saturninus Rav.*'; 1, 37 '*M. Cluvius M. f. Cam. Urbanus Rav.*'; 2, 9 '*M. Aurelius M. f. Cam. Iuvenis Rav.*'; 3, 14 '*L. Papirius L. f. Cam. Victor Raven.*'; 3, 35 '*C. Oscius C. f. Cam. Iulianus Rav.*'; 3, 37 '*C. Vatinius C. f. Cam. Extricatus Rav.*'; 4, 22 '*L. Vibidius L. f. Cam. Urbanus Rav.*'. EE 4, 887 (Romae, coh. praet., m. f. a. 141) vs. 2, 22 '*. . . . . vius T. f. Cam. Roscianus Raven.*'.

β C 11, 19. 131. 132. 133. — 863 (Mutinae).

γ C 11, 139. 164. 232.

δ C 11, 22.

aliarum tribuum testes Ravennae ut in oppido satis celebri plures ad nostram memoriam servati sunt: Claudiae ε C 11, 14; Oufentinae γ 11, 149 (R.?); Palatinae β 11, 1 (R.?); Polliae ε 11, 13; Pupiniae δ 11, 20; Quirinae 11, 239 '*Q. Venerius Q. f. Quir. Fastus* - - *Q. Venerius Q. f. Quir. Manlius Achaicus frater* - -', ubi potest esse, ut *Achaici* nomine origo Venerii alterius indicetur.

Regium Lepidum — Pollia

C 11, p. 173. propter ipsum nomen Lepidum hoc oppidum conditum sive constitutum esse putatur a M. Aemilio Lepido, a quo a. 567 = 187 via Aemilia Arimino Placentiam munita est.[132]) quae res eo confirmari videtur Bormanno, quod nomen antea fuisse Forum Lepidi Festus indicat p. 270 ed. M. '*in Gallia cisalpina, ubi forum Lepidi fuerat, Regium vocatur*'.

α C 6, 212 (a. 181) '- - 7 *C. Veturius C. f. Pol. Rufinus L(epido) R(egio)* - -'. 2382 (coh. praet., m. f. a. 179) b 28 '*L. Metellius L. f. Pol. Valerianus Lep. Reg.*'. 2615 '*L. Satrius L. f. Pol. Tiro Lepido Regio, miles coh. VII pr.* - -, *L. Satrius C. f. Pol. Clemens Lepido Regio, miles coh. VI pr.* - -'. Bull. dalm. 9, 1886 n. 40 (Roški de Slap = Varvariae) '*M. Fraxsanius Sex. f. Pol. domo Regio Lepido, veteranus leg. XI eques,* cet. - -'. conferendus est titulus mutilus ille in Callisti coemeterio repertus, in cuius vs. 3 *Pollia Lepido* scriptum est (C 6, 3653).

β C 11, 969. 972.

γ C 11, 990.

Veleia — Galeria

C 11, p. 204 sq.

α Bramb. 1183 (Moguntiaci) '*Cn. Musius T. f. Gal. Veleias,* - - *aquilif(er) leg. XIIII gem.* - -'. Rhein. Jahrb. 72 (1882) p. 60 (prope Coloniam Agrippinam; ante a. fere 43) '*L. Baebius L. f. Gal. Veleias, vet. leg. XX [V. v.]. . .* - -'. a Plinio (nat. hist. 7, 163) ex tabulis publicis census, '*quem intra quadriennium Impera-*

---

[132]) addit l. c. Mommsen haec: 'nominis alterius, quod est Regium, nescio an causa fuerit regis Aegyptii tutela a Lepido administrata, cuius rei monumentum est etiam nummus inscriptus '*M. Lepidus, tutor reg.*'.'

tores Caesares Vespasiani pater filiusque censores egerunt', inter longaevos regionis octavae ex oppido Veleiatium dicitur '*M. Mucius M. f. Gal.*[133]) *Felix.*'.

β C 11, 1184.

ε C 11, 1192.

Regio IX.

Alba Pompeia **Camilia**

C 5, p. 863. Mommsen oppidi origines coniectura coniungit cum viae Taurinis Aquas Statiellas ducentis munitione.

α C 5, 7153 (Taurinos unde venerit non constat; rettulit hunc titulum ad L. Publicium Celsum cos. II a. 113 Borghesi opp. 5, 34) '. . . . . *o Cam. Celso, ... aed. pleb. Cerial.*, cet., *[omn. hon(or.) functo in muni]cipio suo Alba Pompeia*, cet.' 7553 (Millesimi ad Bormidam) '- - *C. Mettius C. f. Cam. Verecundus Alba, 7 leg. X gem. p. f.* - -'. 7922 (in agro Cemenelensi) '*Sex. Cassio Sex. f. Cam. Alb(a)* - -'. 6, 2620 '- - *M. Vibio M. f. Cam. Restuto Albe, milis coh. VI pr. 7 Flavi* - -'. 2649 '- - *Q. Manlius Q. f. Cam. Severus Alba Pompeia, veter.* - - *tra(n)slatus ex leg. XXII primig. in praet. c(o)hor. VII* - -'. 8, 1839 (Theveste) '- - *Q. Mantius Q. f. Cam . . . . . Alba Pompeia . . . . . leg. III Aug.* - -'.[134]) 2533 (Lambaesi, a. 129) '- - . . . . . *s C. f. Camil. Memo[r . . Al]ba Pompeia, [pp. leg. III Aug.]*'. Rhein. Jahrb. 66, p. 71 (prope Argentoratum) '*T. Iulius T. f. Cam. Alb(a), miles leg. II 7 Bieni* - -'.

β 5, 7603. 7605. 7607. titulus 5, 7616 (Pollentiae) aut ad Albam aut ad Augustam Bagiennorum referendus videtur.

γ 5, 7538. addo titulum Hastensem 5, 7574.

γ/δ 5, 7601.

Aemilia: γ 5, 7598 (ante a. 37). Polliae testis C 5, 7600 recte opinor a Mommseno ad Pollentiam revocatus est. Palatina γ C 5, 7586.

Album Ingaunum **Poblilia**

C 5, p. 894. oppidum 'quamquam colonia eo deducta non est, Mommsen ait l. c., tamen a Romanis constitutum videtur esse; nam quod ait Plinius 3, 5, 46, ut exemplo demonstret, quam difficile sit oppidorum origines recte persequi, Ingaunis Liguribus agrum tricies datum esse, omnino ad Album oppidum referendum est, non ad nationem Ingaunorum'.

α C 6, 2381 (coh. praet., m. f. a. 154) a 1, 17 '. . . *Aelius L. f. Publ. Adiutor Alvinca(uno)*'. 2529 '*P. Carantius P. f. Pub. Verus Albingauno, mil. coh. IIII pr. 7 Procu[li]* - -'. Bramb. 1215 (Moguntiaci) '*M. Mucius M. f. Pub. Albi(ngauno) Pud(ens), mi(les) le(g.) XXII* - -'. — quod 5, 7784 (A.) 'P MVC P SII | PVBLICO VERO | *aequiti Romano aequo publico, patrono municipii* cet. *civi optimo* - -' vs. 2 a Salomonio PVBLICA vel simile aliquid traditur, PVB· vel PVBLIL· fortasse legendum est; '*Pub. L . . . . . Vero(na)*' subesse non videtur.

---

[133]) cf. KT, p. 35, not. 151, b.

[134]) eundem hominem in hisce titulis (C 6, 2649 et 8, 1839) adesse Mommsen C 5, p. 863 nescio quo iure coniecit, idque Wilmanns (ad C 8, 1839) comprobavit.

β 5, 7788 '- - . . . . . . *us C. f. Pub. C* . . . . ., *[IIII] v(ir) a. p., IIII v(ir) i. d., flam[en* . . . . .*]* - -'.

γ 5, 7790. 7791.

δ 5, 7730 in Aug. Bagiennorum finibus repertus titulus haud scio an Albingaunensis civis fuerit.

in agro qui supra Albingaunum est Poblilia regnat: Camerani γ C 5, 7806 '- - *T. Virius Cn. f. Pub. Crassus, M. Virius T. f. Pub.*'; Garessii 7796 '*M. Baebi M. f. Pub.* - -'; Montaldi 7803 '*T. Voco[nio] M. f. Pub. M[on]tano* - -'; Roascii 7807 '*M. Terentius P. [f.] Pub. Optatus* - -'. itaque putaverim eandem tribum intellegendam esse 7808 (Paroldi) 'L · LICINIVS | C · F · PVT/ *(Pu[bl.?])* | CAΓ/// | cet.'.

Album Intimilium — Falerna

C 5, p. 900 sq.

α 5, 886 (prope Aquileiam) '*C. Albucius C. f. Fal. d(omo) Intimili, m(il.) coh. VIII pr.* - -'. 6, 2589 '- - *M. Saburius Ligus Fal. Albintimili, evoc. Aug.,* - - *profecit ex coh. V pr.*'.

β 5, 7813 '*M'. Atilio L. f. Fal. Alpino, aed.* - -'.

Palatina β 5, 7814 ex titulo 5, 7883 in agro Cemenelensi (prope Villafrancam) reperto nihil effici potest; vs. 2 '*Albintimiliens*'. vocabulum enuntiatur, vs. 5 '*Aniensi*' quod tribus nomen dici potest; sed ne id quidem crediderim constare. Aniensis γ in titulo Not. d. scavi 1886, p. 114 (antea dubiae fidei Pais 998 = Not. d. scavi 1883, p. 101).

Aquae Statiellae — Tromentina

C 5, p. 850.

α C 2, 2993 (Caesaraugustae) '*Q. Vettio Q. f. Ama[bili Tr]om. Aqui[s St]atie[lli]s*[135]) - -'. 3, 2833 (Burni, a. 42—69) '*L. Cassius L. f. Trom. Martialis Aq(uis) Sta(tiellis), mil. leg. XI C. p. f.* - -'. dipl. 10 (a. 76) '*L. Ennius L. f. Tro. Feroci Aquis Statellis*'. 8, 502 (Thalae) '*L. Calpurnius . . f. [T]ro. dom. A[qui]s*[136]) *Statelis,* - - *miles leg. III Aug.* - -'. 10, 6579 (prope Velitras) '- - *L. Vettio L. f. Optato Tro. Aquis Statiellis, evoc. Aug.* - -'. Bramb. 1185 (Moguntiaci, ante a. 43) '- - *Sex. Naevius Sex. f. Trom. Aquis, miles leg. XIIII gem[i]nae* - -'. accedit fortasse Bull. dalmato 5, p. 66 = AEM 8, p. 106 n. 10 (Epidauri, ectypum vidi) '. . . *uilio [Tr]om. Aqui[s? . .]o(?) aedili, [II v]iro iure [di]cundo, [II] viro qui[nq.]*'.

β C 5, 7510. hanc civitatem Tromentina tituli Hastensis γ 5, 7570 spectare videtur.

Augusta Bagiennorum — Camilia

C 5, p. 873 sq.

α C 5, 7669 (Dogliani) '*C. Annius C. f. Cam. Celer Aug(usta)* - -'. 6, 2890 '- - *L. Aurelius L. fil. Camilia Firmus Bagennis, mil. c[o]h. XI urb., 7 Nigrini* - -'. 2757 '*Q. Valerius Q. f. Cam. Firmus Aug., mil. coh. X pr. 7 Clementis* . . . . .'. 3896 (Ligorius tradidit) '- - *L. Lucceio L. f. Camil. Aprili Aug. Ba[g.], veterano ex coh. VIIII pr.* - -'. 8070 b '*L. Venelius L. f. Cam. Super Aug. Bagiennor(um)* - -'. Bramb. 492 (Bonnae, ante a. 47) '*C. Atilius Q.* (aut *C.*) *f. Camilia Aug., mil. leg. XXI rap.* - -'.

---

[135]) trad. AMADOM · AQVI · · · · · ATIENS ·

[136]) trad. Guérin: PRODOMA · · · S.

β C 5, 7670. 7722. addendus videtur β 5, 7616 Pollentinus (?) nisi ad Albam revocandus est.

γ C 5, 7670. 7673. 7676. 7679. 7681. 7693. 7719. 7723. 7724. 7728 (add. p. 1091). 7731. 7732. 7734. 8962.

δ C 5, 7667. Pais suppl. 977. 7160 (est Taurinis, sed suo iure L F. Muratori Bagiennis reddidit titulum).

Poblilia δ C 5, 7730 ad Album Ingaunum haud scio an referenda sit. — utrum in titulo C 5, 7671 vs. 1 *Pu[p.]* vel *Pu[b.]* tribus an cognomen lateat, diiudicari nequit.

Bodincomagus **Pollia**

vide Industriam.

Dertona **Pomptina**

C 5, p. 831 sq. — Mommsen monet Dertonae origines sic ad viae Postumiae Placentia Genuam stratae munitionem (a. 606 = 148) recedere videri ut Bononiensem coloniam a. 565 = 189 deductam ad viam Aemiliam a. 567 = 187 factam, atque Velleium 1, 15, 4 in coloniarum laterculo inter colonias a. 631 = 123 et 636 = 118 deductas verba habere: '*de Dertona ambigitur*'.

α C 3, 2915 (Iaderae) '*L. Fadienus L. f. Pomp. Fuscus, dom(o) Dert(ona), vet., speculator - -*'.[137]) 4057 (Poetovione) '*C. Cornelius Pom(ptina) Dert(ona) Verus, vet. leg. II adi. deduct(us) c(oloniam) U(lpiam) T(raianam) P(oetovionem) mission(e) agr(aria?) altera,* cet.'. 5, 7375 (originis incertae; fuit olim Mediolani, ad Dertonenses adscivit Mommsen) '*C. Metilio C. fil. Pomp. Marcellino, eq. R. eq. p., iudici ex V dec. inter selectos, II vir qq., flam. divi Traiani, patrono collegiorum omnium, patrono coloniae Foro Iuli Iriensium,* cet., *civi abstinentissimo coll. fabr. Dert. patrono - -*'. 6, 221 (vigilum coh. a. 113) vs. 1, 10 '*(beneficiarius) trib(uni) L. Postumius Pom. Maxim(us) Dert.*'. 2377 (praetor. coh., a. 136) vs. 4 '*[M. V]alerius M. f. Pom. Apronianus Dert.*'. 2466 '*- - L. Enni L. f. Pomptina Optato Dertona, trib. Scaptia,*[138]) *veteranus ex coh. II pr. ɔ Rufi - -*'. 2970 '*- - C. Calvius C. f. Pom. Sabinus Dertona, mil. coh. III vig. ɔ Rai - -*'. MIH suppl. 1, 37 (Vindonissae, a. 9—68) '*C. Allius C. f. Pom. Oriens domo Dert(ona), 7 leg. XIII gem.*'. Westd. Corresp. 5, 1886, p. 205 n. 143 (Moguntiaci, a. fere 43—71) '*C. Faltonius C. f. Pom. Secundus Dertona, mil. leg. XXII pr. - -*'.

γ C 5, 7378 (D.). 7445 (Bassignanae). 7448 (Quargnenti?)

Drips(. . .)

situs huius oppidi nobis adhuc non innotuit; C 5, 4484 patronus quidam *civitatium Vardagatensium et Dripsinatium* dicitur; praeterea domus *Drips* . . . et in militum titulis Urbanis C 6, 2379 (6, 43). EE 4, 887 (1, 4) et in Pompeiano lapide 10, 1079 invenitur.

Collina α C 10, 1079 (add. p. 1009) ex Scafatensi agro (?) '*L. Vottonius L. f. Col. Saturninus Drips.*'.

Forum Fulvi Valentia **Pollia**

C 5, p. 840. eo tempore, quo via Postumia inter Placentiam et Genuam strata est (a. 606 = 148), hoc Forum conditum esse videtur.

---

[137]) huius frater signifer erat in '*leg. X[I]III g.*'.

[138]) scil. in hac tribu, antequam Dertonae civis factus est, censitus est.

α Bramb. 1170 (Moguntiaci) '. . . . . *Polia Valentia, mile(s) leg. IIII Mac.* - -'. 1171 (ibid.) '*P. Urvinus P. f. Pol. For(o) Fulvi, speculator leg. XIII* - -'. MIH 269 (Zurzach) '. . . *Augiacus . . f. Polia Super [Va]lentia,*[139]) *miles [leg.] XI C. p. f.* - -'. tribum Polliam forsitan enuntiet titulus quoque unus domesticus γ C 5, 7443 '*M. Vibio Q. f. P[ol.], v[et]er. leg. IX Hispaniensis - - Sal. Vibio M. f. Po[l., filio]*'.

γ C 5, 7445. 7448 ad Dertonam rettuli.

Genua **Galeria**

C 5, p. 885.

α C 6, 2867 '- - *M. Cattio M. f. Secundo Galer. Genua, mil. chor. X urb. 7 Nigri* - -'.

Hasta **Pollia**

C 5, p. 857.

α C 3, 4455 (Carnunti) '*C. Arruntius C. f. Polli(a) Assta Primus, veteranus leg. XV Apol.* - -'. 5, 7559 (H.) '*C. [T]illius M. f. Pol. Vital(is) Ast(a), vetera[n]us,* cet. - -'. 6, 2506 '- - *M. Septitio P. f. Pol. Nepoti Hasta, mil. coh. III pr. 7 Gradivi* - -'. 2905 '*L. Caelio L. f. Pol. Clementi Hasta, mil. coh. XII urb. 7 Iuli* - -'. Bramb. 989 (Moguntiaci, ante a. 43) '*C. Cornelius C. f. Pol. As[t(a)], mil. leg. XIV gem.* - -'. 1166 (ibid., a. 43—71) '*C. Valerius L. f. Poll. Tertius Hasta, mil. leg. IIII Mac.* - -'. 473 (Bonnae, a. 9—71) '*M. Cominius L. f. Pol. Asta, miles leg. I* - -'.

β C 5, 7566. 7567. — accedunt, ni fallor, C 5, 7456. 7462.

γ C 5, 7577. 8960. Pais, suppl. 971.

Palatina β C 5, 7565. Camiliam γ 5, 7574 et 7588 ad vicinam Albam Pompeiam, Tromentinam 5, 7570 ad Aquas Statiellas referendam puto.

Industria **Pollia**

C 5, p. 845. e Plinii verbis 3, 122 et e titulis evincitur Industriam vetusto nomine *Bodincomagum* appellatam esse.

α C 6, 2613 '*P. Ovinconius P. f. Pol. Ingenuos, domo Bodincomagus, mili(tavit) coh. VI pr. 7 Andasi* - -'. AEM 10, 1886, 236 (Poetovione) '*L. Antonius L. (f.) Pol. Modestus Industria, vet. leg. XIII gem.* . . . . .'.

β C 5, 7468 '- - *L. Pompei L. f. Pol. Herenniani, eq. Rom. eq. pub., q. aer. p. et alim., aedil., II viro, curatori kalendarior(um) rei p. collegium pastophorum Industriensium patrono* - -'. 7481 '*M. Minio A. f. Pol., de decem paternis primo pro*[140]) *praef. eq., II vir. quinq.* - -'.

γ C 5, 7491. 7466.

β/δ C 5, 7478.

δ Industria titulum eum venisse conicit Promis, qui nunc est Taurinis C 5, 7159.

Palatina β C 5, 7485 ≌ 7486 (I.?). Papiria γ 5, 7484.

Libarna **Maecia**

C 5, p. 838.

---

139) *[Pol]lentia* Mommsen EE 5, p. 221.

140) quid subsit non intellegitur.

β C 5, 7425 (a. 97—98) '*Q. Attio T. f. Maec. Prisco, aed., II vir. quinq., flam. Aug.,* cet.'. 7430 '*C. Catio L. f. Maec. Martiali, scribae* - -'.

Pollentia **Pollia**

C 5, p. 866. 868.

α C 6, 2439 '*T. Monianus L. f. Pol. Seneca, dom(o) Pollent(ia), eques coh. I pr.* - -'. 7, 156 (Viroconii) '*C. Mannius C. f. Pol. Secundus Pollen(tia), mil. leg. XX,* cet.'. Bramb. 1180 (Moguntiaci) '*Q. Luccius Q. f. Pollia Faustus Polentia, mil. leg. XIIII gem. Mar. vic.* - -'. 1188 (ibid., ante a. 43) '*L. Statius L. f. Poli(a) Pole(ntia), miles leg. XIIII gem.* - -'. adest etiam homo Reate oriundus, qui Polliam tribum sibi vindicat utpote nimirum civi Pollentino facto: C 5, 7619 (P.) 'T·L· | *T. Titius Felix Reatinus, tribu Pollia* - -'. in titulo eo, qui in Fuente en Callada conventus Asturici repertus est C 2, 2629 '*C. Pelusius* (aut *Pelveius* aut *Pelucius*) *C. f.* | *Pop. Polent.*' utrum *Po[l.] Polent(ia)* an *Po[m.] Po[t]ent(ia)* intellegendum sit an aliud nescio quid subsit ignoro.

β C 5, 7600 (est Albae, propter tribum Pollentinam credit Mommsen). 7678. 7655.

γ C 5, 7594. 7620. 7621, add. p. 1091. 7630. 7635. 7656. 7659. 7660. 7662.

Camiliam β 5, 7616 (testes viderunt sive vidisse se aiunt Pollentiae aut Albae aut Augustae Taurinorum) Albae aut Augustae Bagiennorum reddamus necesse est. Fabia γ 5, 7648. Quirina β (?) 5, 7651 qua tribu cives multos Romanos Alpium Maritimarum Pollentinorum finibus proximarum receptos esse constat. Palatina β 5, 7642.

Vada Sabatia

C 5, p. 892. Vada suam rem publicam habuisse Mommsen inde colligere sibi videtur, quod Vadis 5 n. 7775 titulus hominis senatorii positus est et quod n. 7779 tribus Camilia dicitur. haec equidem testimonia parum certa puto,[141]) quibus nisi Vadensium civitatem aliquam sui iuris fuisse credamus. tribus testis unus Camiliae apparuit, quae eadem est vicinorum oppidorum Augustae Bagiennorum et Albae Pompeiae.

γ C 5, 7779 '- - *L. Nemanius Cam. Severus* - -'.

Vardagate **Pollia**

de finibus agri cum non constet, titulos 5 n. 7456 (Torsci) et 7462 (Cunici) ad Hastam vicinam, n. 7466 (Vesolani) ad Industriam rettuli. — C 5, p. 842.

α C 14, 223 (Ostiae) '*L. Pedanio Sp. f. Pol. Felic[i], domo Vardacate, militavit* - -'. Bramb. 1189 (Moguntiaci, ante a. 43) '*T. Quintius T. f. Pollia Var(dacate), mil. leg. XIIII gem.* - -'.

γ C 5, 7451 '- - *Sex. Suafeius Sex. f. Pol. Celer,* - - *C. Suafeius Sex. f. Pol. Fuscus* - -'.

Accedunt tituli, qui in vallibus Bormidarum et Belbi (quae in cuius oppidi pertica sitae fuerint, ignoratur C 5, p. 853) reperti sunt, omnes Camiliae aut Tromentinae

[141]) neque enim innotuit cuius iussu titulus C 5, 7775 scriptus sit.

testes, ut de uno Papiriae debilissimo 5, 7533 (Fori nell' Alessandrino), in quo plura me offendunt, quam ut in explicando eo morer. Camiliam (Monesiglii: γ 5, 7551. 7552; Castini γ 5, 7550; Spigni β 5, 7544, δ 5, 7543) Albenses aut Bagiennos olet, Tromentina (Spigni γ 5, 7546. Canelli 7540) Aquas Statiellas.

ubi nunc est Chieri, Romana aetate fuisse videtur *Correa* (sive *Carreo*) *quod Potentia cognominatur* (Plinius nat. hist. 3, 49), testes Polliae γ C 5, 7502 et Quirinae γ 7501 innotuerunt.

de titulo 5, 7537 (alle Tesolle fini di Rocchetta Palafna) v. s. 'Commelio'.

Regio X.

(KT p. 80—88. 91—107.[142])

Acelum **Claudia**

C 5, p. 198. KT p. 91.

α Bramb. 947 (Bretzenheim, ante Claudium imp.) '*M. Petronius M. f. Cla. Acele, mil. leg. XIIII ge(m.)* - -'.

β C 5, 8808 '*C. Coelio* . . . . . | *Clau(dia tribu?)* . . . . . | *Taur* . . . . . | *IIII vir* . . . . . | *praef. i* . . . . . | cet.'.

Fabia ad Patavium spectare videtur: α C 5, 2090 (Villa di S. Ilaria) '- - *C. Vettonius Fabia Maximus, veteranus, ex militia* (nempe in patriam) *reversus* - -'; γ 2106 (Fonte) '. . *Velleius T. f. Fab.* - -'. Papiria 2089 cf. sub 'Opitergio'.

Albona **Claudia**

C 3, p. 390.

β C 3, 3047 '- - *Ti. Gavillius C. f. Claud. Lambicus, aed., II vir* - -'. 3054 '*Sex. Gavillio Sex. f. Cla. Germo, aed., II vir(o)* - -'. 3055 '*P. Gavillio Sex. f.*

---

[142]) antiquae cuiusdam Italiae discriptionis formam a Plinio servatam longe a solitis recedere Italiaeque fines ad Iadestinum sinum aliquando positos esse l. c. ex Plinii fide demonstravi. haec solus quod scio Heisterbergk (Name und Begriff des ius Italicum, 1885, p. 76 sqq.) impugnavit. sed vir ille doctus quamquam alia multa ibidem egregie et caute tractavit, in hac re falsa opinione deceptus esse videtur. inde enim eius argumentatio oritur, quod provincias ante totam Italiam pacatam Romano imperio addi coeptas et iisdem quibus Italiam consiliis administratas esse dicit itaque, ut Italiae agri provinciales dominio ex iure Quiritium et immunitate (hoc autem ius Italicum dictum est) situ ipso superarent, fieri potuisse negat. neque haec beneficia Italiae post bellum sociorum data esse neque igitur oppida illa inter Arsiam et Iadestinum sinum olim inter Italica habita esse recte a me sumi. at, ut brevis fiam: in Italia et in provinciis eadem prorsus genera oppidorum fuisse ante septimum saeculum finitum supra fidem dicitur neque iure Heisterberg τὸν τῆς Ἰταλίας νόμον, cuius meminit Cassius Dio (48, 12, 5), contempsit neque causam eorum, qui aut inter belli Marsici fere certamina aut antea ius Italicum natum esse existimant, labefactavit. ceterum Italicos originis et laudis et studiorum communionem maturo cognovisse neque dissimulavisse qui haec studia exercent sciunt, ita ut mirer virum illum doctum Italiae res incolas agros provincialibus opposita credere nos vetare. — restat ut aliud vestigium discriptionis illius Italiae aperiam, quod repperi apud Plinium nat. hist. 3, 38; sunt enim ibidem inter Italiae incolas '*Veneti Carni Iapudes Histri Liburni*'.

Cla. Prisco, aedili, II vir(o) patri - - M. Gavillius P. f. Cla. Maximus, aed., II vir, f(ilius)'.

γ 3, 3059 = EE 4, 399 '*Sex. Ceionius Voltimesis f. Cla. Loscus (?) - -*'. 3060 '*L. Ce[i]onius L. lib. Cla. Priamus - -*'.

δ 3, 3052 (ante a. 42) '*- - L. Veratius L. f. Cla. Otho, mil. [l]eg. XI - -*'.

Altinum **Scaptia**

C 5, p. 205.

α C 6, 2726 '*- - Q. Vennonio Q. f. Scaptia Valenti Altino, mil. coh. VIIII pr. 7 Charitoniani - -*'. 3884 (cohort. urb., a. 197) vs. 4, 26 '*P. Arrius P. f. Scap. Sabinus Altin(o)*'.

β 3, 2914 (Iaderae, fere ante a. 68) '*T. Elvio Sca. Marino, IIII vir(o) Altini - -*'. 5, 2166 '*L. Acilius P. f. Sca., decurio - -*'.

γ Not. d. scavi 1887 p. 129 '*- - C. Sippi C. f. Sca. Prisci*'.

Claudia β 5, 722 (?). Fabia ε 2163. (γ 2240?) Papiria α C 6, 2738 '*Ti. Aurelius A. f. Pap. Clemens domo Altini, miles coh. X pr. 7 Antisti - -*'. γ 5, 2145. Tromentina γ 2236, quem Dalmatae hominis memoriam servare recte fortasse dicit Mommsen. Voltinia β 2162.

Apsoros **Claudia**

C 3, p. 399.

γ C 3, 3140 '*C. Hostilio C. f. Cla. Celeri - -*'.

Aquileia **Velina**

C 5, p. 83 sq. — eo a. 573 = 181 colonia Latina deducta est (Liv. 40, 34, 2; Vell. 1, 15, 2). lege Iulia (a. 664 = 90) civitate Romana donata esse videtur.

α C 3, 4351 (Neuhäusel) '*M. Fuficio M. fil. Vel. Marcello Aquil., [p.] leg. I adi. p. f. - -*'. 5217 (Celeiae) '*. . . Antonius Firmus (?) ce[nturio?] Vel. Aquileia - -*'. 5, 742 (in agro Aq. prope Belinam) '*- - L. Cornelius L. fil. Vell. Secundinus Aquil., evoc. Aug. n., - -*'. 875 (Aq., a. 105) '*C. Minicio C. fil. Vel. Italo, IIII viro i. d.,* cet., *praefecto annonae, praefecto Aegypti, flamini divi Claudi - -*' quem Aquileiae civem esse decreti decurionum infra scripti vs. 6 ostendit. 903 (A.) '*A. Caesilio A. f. Vel. Acastino, p. p., IIII viro iure dic., q. q., reip. suae amantissimo - -*'. 6, 2380 (cohort. praetor., a. 152) vs. 1, 8 '*vic(timarius?) T. Flavius T. f. Vel. Pudens Aqui.*'. 2381 (praet. coh., a. 154) a 1, 15 '*. . . Iulius C. f. Vel. Veratianus Aquil.*'. 2382 (praetor. coh., a. 173) a 20 '*eque(s) M. Valerius M. f. Vel. Valerianus Aquil.*'. (a. 175) a 32 '*tub. P. Aelius P. f. Vel. Potentinus Aquil.*'. 2397 (praetor. coh.) vs. 8 '*M. Acilius M. f. Vel. Marcellus Aquil.*'. 2426 = 4883 '*L. Caesernius L. f. Vel. Proculus Aquileia, veteranus Aug. ex. coh. I pr. 7 Romuli - -*'. 7, 560 (Hunni) '*. . . . . m. mari|us velli|a long|us aqui|s hanc | posuit. v. s. l. m.*[143]) 10, 6229 (prope Fundos) '*P. Bruttius P. f. Vel. Gratus domo Aquileia, 7 cohort. I praet., [primus] pi[l.] leg. XIIII . . . . .*'.

---

143) sic legit Camden; Bainbrigg haec: '*mari*|. . *s velli*|. . . *long*|. . *us* . . . . .'. Horsley male pro *aquis* tradito *eques* proposuit, melius Hübner *Velli[n]a Aqui[l(eia)]* et Mommsen *aqui[l(ifer)] S[ilv]an[o] posuit v. s. l. m.*

β C 5, 888. 953. 973. 1012. 8306.
γ 5, 1242. 1354. 8348. 8463. 8454. AEM 6, p. 80.

Aniensis δ C 5, 902. Camilia δ AEM 6, 79. Claudia γ C 5, 1189 (Concordiam olet). Fabia ββ AEM 4, 84. γ C 5, 8360. δ 917. Falerna γ Pais 333. Lemonia γ C 5, 1315. Palatina β C 5, 749. Pais 169; cf. C 3, 4788 (Viruni). γ 5, 1000. 1090. δ 921. ε 867. Papiria ε 874 (?). Poblilia δ 891. Pollia β Mittheil. der Centralcomm. 1880, 83. δ C 5, 948. AEM 9, 248 (s. II). Pomptina β 738. Quirina β 1442 (?). 1277 = 8293 (?). Romulia[144]) γ (δ?, coll. cognomine *Actiaco*) 890. δ 930. Sergia ε 877 (a. 124). Stellatina γ 1300. Tromentina γ 1107. δ 924. Voltinia δ 912. Voturia δ 936 ∾ 937.

Ateste **Romulia**

C 3, p. 240, cf. 236.

α C 3, 217 (in Cypro apud Policastrum) '*Q. Firmius C. f. Rom. Ates., 7 leg. III Gallicae*'. 2835 (Burni, ante Claudium) '*T. Cominius C. f. R[o]milia Ateste, miles leg. XI - -*'. 5, 1029 (Belignae prope Aquileiam) '*M. Fabius L. f. [R]om.*[145]) *Atest. . . . . .*'. 2476 (A.) '*Q. Licinius L. f. Rom. Ateste, vet. leg. XV Apollinaris - -*'. 2501 (A.) '*M. Billienus M. f. Rom. Actiacus, legione XI, proelio navali facto in coloniam deductus, ab ordine decurio allec[tus] . . . . .*'. 2785 (Patavi) '*- - C. Cluentius C. f. Romul. Proculus Ateste, aedilis, II vir,* cet. *- -*'. 6, 2429 (Romae) '*L. Cassius L. f. Rom. Niger domo Atestae, miles coh. I pr. - -*'. 2585 '*M. Propetius M. f. Rom. Firmus Ateste, mil. coh. V pr. - -*'. 3736 '*- - [. . V]ibullius M. f. [Ro]m. Felix Atest[e, ev]oc. Aug. exerc[it.] armaturar. - -*'. 3884 (in coh. urb. laterculo, a. 198) vs. 3, 18 '*P. Acilius P. f. Rom. Cinnamus Atest(e)*'. Bramb. 932 (Hechtsheim) '*. . A[t]inius Septimi f. Romilia Ateste, mil. leg. XXII - -*'.

β 5, 2522. 2524. 2860 (A.?). addendus videtur 2395 (lapis nunc Ferrarae adservatur).

γ 5, 2478. 2538. 2553. 2560. 2561. 2569. 2580. 2586. 2592. 2597. 2609. 2613. 2620. 2628. 2646. 2648. 2651. 2653. 2655. 2666. 2678. 2712. 2713. 2724. 2725. 2731. 8832. Pais 512.[146]) 522. 523. 526. 536. 543. 545. 552. 553. 556. Not. scav. 1884, p. 269. quibus titulis addendi videntur hi: 2464 (Lendinarae) et 2466 (Badiae).

δ militum qui fortasse post Actiacum proelium Ateste deducti sunt, satis multi supersunt tituli, quos iam enumerabo

legionis IIII Macedonicae	: Pais 514.		
legionis V	: C 5, 2508.	coh. praet.	: C 5, 2832.
	2510. 2519 (?).	coh. I praet.	: 2505.
legionis V urb.	: 2514. 2515.	coh. V praet.	: 2511 = Pais 500.
legionis VIIII	: 2507.	coh. VII praet.	: 2517 (et pater eius militis).
legionis XI	: 2512. 2839.		
legionis XII	: 2502. 2520.	coh. X praet.	: 2496.
legionis XIIII	: 2497.	coh. XI praet.	: 2513.
legionis XVIII	: 2499.	coh. II	: 2506.

restat ut titulorum duorum *Actiacorum* 890 (qui est Aquileiae repertus) et 2389 ('ad Lendinaram rettulit Alessius' Mommsen) mentionem faciam.

---

144) Atestinae eam originis indicem esse putaverim.

145) Bertoli DOM tradidit, quod sane ferri potest; *r*OM coniecit Mommsen. Beretta has litteras omisit.

146) conferendus cum hoc titulo C 5, 4090ᵇ (infra sub 'Betriaco' citatus).

Fabia Patavinorum ut videtur hominum: β C 5, 2504.[147]) γ 2546. Pollia δ 8185. Voturia Not. d. scav. 1877, p. 193.

Atria **Camilia**

C 5, p. 220.

α Bramb. 1264 (= C 5, p. 220; rep. Moguntiaci) '*L. Livius M.* . . . | *Cam. Atria* . . . . . | . . . . .'.

δ C 5, 8829 '*M. Iulius M. f. Cam., veter.*'.

accedunt γ 2437 (ex valle Trebiae) '- - *L. Tubero P. f. Cam.* - -' et δ 2394 (Quartesanae) '. . . . . *ni* . . | . . . . . *lerio M. f. Cam.* . . . . . | . . . *o milit. coh.* . . . | Ↄ·7·FA . . .'.

alterius tribus testem habemus C 5, 2456 (Borseae in Rovigensi agro) '*Q. Ampli L. f. Fab.*'.

Bellunum **Papiria**

C 5, p. 192.

α C 6, 2612 (Romae) '- - *M. Oreius M. f. Pap. Secundus Beluno, mil. coh. VI pr. 7 Dextri* - -'.

β C 5, 2045 '*M. Iuni Pap. Maximi, II v. i. d.* - -'. 2048 '*P. Turranio Pap. Pisto, IIII vir. a. p.* - -'.

γ C 5, 2055 '*M. Praecellius Q. f. Pap. Vitulus* - -'.

ε C 5, 2044 (coll. 2052).

Berua **Claudia**

C 5, p. 537.

α C 5, 947 (Terzo prope Aquileiam) '*Q. Vettidius Q. f. Cla. Beria, mil. leg. VIIII* - -'.

Brixia **Fabia**

C 5, p. 439 sq.

α C 6, 2381 (Romae, coh. praet. a. 155) b 1, 20 '. . . . . *f. Fab. Primus Brixia*'. 2430 '- - *Ti. Claudio Ti. f. Fabia Festo Brixia, mil. coh. I pr. 7 Vetti Valentis* . . . . .'. 2441 '- - *C. Nigidio C. f. Fab. Marcellino Brix., mil. coh. I pr. 7 Lepidi* - -'. 3482 '*Q. Valerius Q. f. Fab. Exoratus Brixia, vet. ex spec.* - -'. 3560 (saeculi primi) '*L. Aelius Fabia Brixia, veteranus, militavit legione XVI in Germania - - P. Aelius Fab. Brixia, idem frater, veter., milit. legion. XVI in Germania* - -'. 3905 '- - *L. Popili L. f. Fab. Popiliani Brix., mil. coh. X urb. 7 Veri* - -'. 7, 704 (Vindolanae) '- - *Q. Petronius Q. f. Fab. Urbicus, praef. coh. IIII Gallorum* . . . . . *ex Italia domo Brixia*'. Mommsen inscr. Helvet. confoeder. n. 268 (Zurzach; a. 71—103/107) '*Q. Valerius Q. f. Fab. Libens Brix(i)a, mil. leg. XI C. p. f. 7 Attieni Maximi* . . .'. Bramb. 1528 (Aquis Mattiacis) '*L. Vale. L. f. Fab. Sec. Brixia mil. leg.* . . . . . .'. Rhein. Jahrb. 72 (1882) p. 136 (Moguntiaci) '*M. Servilius M. f. Fab. Seneca, domo Brixia, - - mil. leg. XIIII gem.* Ↄ *Q. Helvi Bucconis* - -'. praeterea veri simillimum videtur C. Silium C. f. Fab. Aviolam, praefectum fabrum,

---

[147]) Mommseni opinio est hunc titulum qui nunc in oppido Monselice, i. e. in agro Atestino, adservatur olim in Patavino agro stetisse.

tribunum militum leg. III Aug., quem Themetrae ex Africa incolae (C 5, 4919) et Thimiligenses (4920) a. 27 p. Chr. atque Apisae civitatis incolae (4921) et Siagitani (4922) a. 28 (?) patronum cooptaverunt, Brixiensem origine fuisse.

quod inter milites praetorianos anni 154 C 6, 2382, vs. a 1, 4 est '. . . *P. f. Fal. Proculus Brixia*', Falerna tribus ex mero lapicidae errore profecta esse videtur; in eiusdem tituli fragmento altero (b 1, 20 s. s.) iam Fabiam, quae requiritur, legimus.

reliquam molem tribuum testium qui ex Brixia agroque Brixiano prodierunt retractare nolo. quam adeas quaeso, si opus erit, KT p. 96 sq., addasque Fabiae β C 5, 4445. 5006 (= Pais 692). Pais 682. γ C 5, 4038. δ C 5, 4923. Quirinae γγ 4606.

Brixianis vicinae ex Alpibus gentes non paucae attributae esse videntur, quamquam earum de finibus et ipsis nominibus parum nobis constat. sed Benacenses Sabinos Camunnos Trumpilinos potissimum in earum gentium numero habendos esse putamus. Trumpilinos et Camunnos ab Divo Augusto devictos et sub imperium populi Romani redactos esse tropaei illius (a. 747 vel 748) titulus a Plinio (nat. hist. 3, 136) servatus testatur. idem Plinius (3, 133. 134) '*Latini iuris Euganeae gentes*, ait, - - *ex his Triumpilini, venalis cum agris suis populus, dein Camunni compluresque similes finitimis adtributi municipiis*'. tribus si qua in gentium s. s. finibus reperitur, Brixianorum Fabia est;[148] sed in Camunnis Quirina occurrit,[149] ita ut hos non solum ad suam rempublicam suosque magistratus, sed etiam suam tribum pervenisse, reliquos in Brixianorum dicione mansisse conicias.

Camunni — Quirina

C 5, p. 519.

β C 5, 4935 '- - *G. Munatius Quir. Tiro, II vir i. d.* - -'. 4957 '*C. Placidius C. f. Quir. Cardianus, II vir i. d. Camunnis, aedil., quaest., praef. i. d. Brix.*, cet. - -'. 4959 '*Q. Antistius C. f. Quir. Valens, II vir i. d. et C. Antistius C. f. Quir. Fronto* - -'. 4960 '*C. Claudius Sassi f. Quir., sacerd(os) Aug(usti)* - -'. 4967 '- - *L. Sasius Quir. Secundus, II vir i. d.* - -'. 4969 '. . . . . *o Q. f. Quir(ina)* . . . . . *[I]I vir(o) i. d.* - -'.

γ 5, 4970. 4972. 4973. 4974. 8891.

Concordia — Claudia

C 5, p. 178. Concordiam aetate liberae rei publicae non suam rem publicam habuisse, sed vici loco fuisse videri Mommsen (titulo 5, n. 1890 collato) opinatur. quae postea ibi erat colonia Iulia, ante a. u. c. 727 = 27 deducta est. quod in tribu eadem fuit qua vicinia, Claudiam dico, inde non efficitur eam iam Caesaris dictatoris aetate rem publicam habuisse. Claudiae tribus primi sunt testes C 5, 1882 et 1950 et 1878 anno 772/19 vetustior.

α C 6, 1622 '- - *C. Laelio C. f. Clau. Exorat[o] domo Iulia Concordia, equo publico*, - - *C. Laelius C. f. Clau. Strigo filio* - -'. 2675 '- - *C. Cas[s]icio C. f. Tertio Claudiae Concordiae, mil. coh. VIII pr. 7 Celeris* - -'. hoc loco non abs re videtur Caliorum fratrum, qui commemorantur in titulo Aquileiensi 5, 977 = 8666

[148]) Benacenses (C 5, p. 507): δ 4857. Sabini (C 5, p. 512): β 4904. γ 4905. δ 4902. 4903. Trumpilini (C 5, p. 515): δ 4919—4923.

[149]) Quirinam, quae in Alpium montium oppidis erat, ad Claudiam domum imperatoriam referri licebit, cf. quae infra de inalpinis provinciis disserentur.

(v. 'Cremonam') mentionem facere, quos Cremonae natos postea in civium Concordiensium tribum et honores receptos esse veri simillimum est.

β 5, 1892 '*P. Minnius P. f. Cla. Salvius, primip., decur. grat., ornam. II viralibus* - -'. 1895 '- - *P. Terenti L. f. Cla., aed., II viri* - -'. 8667 '*Q. Dec(io) Q. f. Cl. Mett(io) Sabiniano eq. public., Laur. Lav., q̄., aed., II vir. iter.*, cet., *ordo Polens(is)* - -'. 8669 '*T. Valerius T. f. Cla. Romulus, IIIIII vir* - -'. accedit 1883 '*C. Aquillius C. f. Cla. Mela, ex decuria armamentaria quinquevir bis*, - -'.

γ 5, 1920. 1921. 1924. 1950.

δ 5, 1882.

ε 5, 1875 ≌ Not. d. scavi 1885 p. 178 ∾ C 5, 1877 ≌ 8660 ≌ Not. d. scavi 1885 p. 175 (post a. 166). 1878 (ante a. 19) ≌ Not. d. scavi 1886 p. 108. 8659.

Quirina ε C 5, 1874 (post a. 163) Cirtensis ut videtur hominis.

Cremona **Aniensis**

C 5, p. 413 sq. — a. 536 = 218 colonia Latina facta (Velleius 1, 14, 7. Livius ep. 20; 21, 25, 2; 27, 10, 7. Tacitus hist. 3, 34. Polyb. 3, 40, 5), a. 564 = 190 aucta est (Liv. 37, 46, 10); ante a. 664 = 90 in civitatem pervenisse non videtur.

α C 2, 2631 (in Asturum Augustanorum agro) '*M. Volumnius C. f. Anie. Crem., miles leg. X* - -'. 3, 6416 (Burni, ante a. 42) '*P. Fanniu[s] Ani. Cremon., eq. leg. XI* - -'. 5, 4041 (Aquanigrae) '*M. Cassius M. f. Ani. Capulus Crem.*, ↄ *coh. V praetoriae* - -'. 8274 (Aquileiae) '*M. Cato M. f. Anies. Crem., miles chor. VI pr.* - -, *benefic. tribuni fuit*'. 6, 2381 (cohort. praetor., a. 154) a 2, 19. 20 '*L. Sulpicius L. f. An. Super Cremo., C. Pompeius C. f. An. Pietas Cremo.*'. 2382 (praet. coh., a. 175) a 33 '*T. Minicius T. f. Ann. Paulinus Crem.*'. 3641 = 8086 '- - *Lucio Valerio L. f. Aniesi Fortunato Cremon., mili[ti] coh. XV [v]ol.*, cet.'. 3884 (urb. coh. laterc., a. 197) vs. 2, 8 '*A. Oppius A. f. Ann. Titianus Crem.*'. EE 4, 887 (praetor. coh., a. 141) 2, 20 '. . *Iulius L. f. Ani. Lucanus Cremon.*'. Bramb. 948 (Bretzenheim) '*L. Antestius M. f. Ani. Tertius Cremon., mil. leg.* . . . . . cet.'. 1172 (Moguntiaci; ante Claudium ut videtur) '*C. Allius C. f. Anies. Cremona, mil. leg. XIIII gem.*'. Kellerm. vig. 59 (Romae) '- - *L. Arbustio L. fil. Ann. Valentino Crem., p. p. leg. IIII Fl. fel., evoc. Aug. ex coh. IIII pr.*, 7 *coh. II vig.*, 7 *coh. XI urb.*, 7 *coh. VII pr.*, 7 *leg. VII ge.*, 7 *leg. VII gemin. p. f.* - -'. MIH, suppl. 1, 35 (Vindonissae, a. 103—107) '*C. Vegelio C. f. Ani. Rufus Cremona, miles leg. XI C. p. f.* 7 *Metti Firmi* - -'. AEM 8, p. 81, n. 2 (Carnunti, saec. I) '*C. Pedusius M. f. Ani. Crem., veter. leg. XV Apo(llinaris)* - -'.

γ C 5, 4109.

δ 5, 4191.

Arnensis α C 6, 2942 '- - *M. Supero M. f.* ARNIESI *Catoni Cremona, mil. coh. XIIII urb.* 7 *Prisci* - -'. 2926 '- - *Tertius Vercobius Surus Arniese Cremona, mil. coh. XII ur.* 7 *Rosci* - -'. Not. d. scavi 1887, p. 69 (Antemnis) '*L. Comagius L. f. Arn. Germanus Cremona, mil. coh. VIIII pr.* 7 *Cassi* - -'. quod e mero lapicidae errore profectum, illo loco correctum,[150]) altero et tertio retentum esse putamus. Claudia α C 5, 977 = 8666 (Concordiae) '*L. Calius M. f. Cla. Cremona Na[talis* . . . . *] Concordia decurio, quaestor*, cet., *[et M. Calio M. f.] Cla. Cremona Malliolo fratri*, cet.', qui fratres Cremonae nati

---

[150]) 'ubi littera *r* in voce *Arniesi* erasa est; utrum antiqua aetate an nostra non constat' adn. Henzen.

posteaque in Concordiensium civium numerum et tribum recepti putandi sunt. γ 1, 1430 = 5, 4108. Falerna δ 5, 4095.

accedit Betriacum (C 5, p. 411).

γ 5, 4090b *'L. Lupavius Q. f. Rom.'* ad Ateste pertinere veri simile est, cf. Pais 512 (Ateste) *'L. Luparius L. f. Rom.'*.

Emona **Claudia**

KT, p. 98. iam Caesaris aetate E. in civitatem R. receptam fuisse puto.

α C 3, 3569 (Aquinci) *'C. Val(erio) C. fil. Claudi. Secundo Aem[o]n(a),*[151]) *vet. leg. II adi. - -'*. 6, 2504 *'C. Poetilius C. f. Cla. Paullus Emona, mil. coh. III pr. 7 Faecen. - -'*.

β C 3, 3846 *'M. Titio M. f. Cl. Ti. Barbio Titiano, decurioni Emonae, 7 leg. II adiutric.*, cet., - -'. EE 2, 802 *'C. Bassidius C. f. Cl. Secundus, aed[i]l(is) bis, q. p. p., II vir. i. d.*, cet.'. — accedit C 3, 3838, quem Velinae et Claudiae tribules posuerunt, alter fortasse ex Aquileia oriundus, alter fortasse Emona *'- - L. Clodius C. f. Vel. Alpinus, C. Clodius L. f. Cla. Clemens, d(ecuriones)'*.

Pollia et Velina γ EE 2, 811. Velina β C 3, 3838 s. s. γ 3857.

Feltria **Menenia**

C 5, p. 196.

α C 6, 2864 *'T. Apicius T. f. Men. Secundus Feltris, mil. coh. X urb. 7 Rutili - -'*.

β 5, 2069 *'L. Oclatio L. f. Men. Tertio patri et L. Oclatio L. f. Men. Florentino fratri, mil. chor. pri(mae) pr(aetoriae), - - L. Oclatius L. f. Men. Rocianus, IIII vir*, cet., - -'. 2071 *'C. Firmio C. f. Menen. Rufino, eq. pub., Lauren. Lav., dec., flamin.*, cet.'.

Forum Iulium **Scaptia**

C 5, p. 163. 'origo oppidi, Mommsen ait l. c., propter nomen videtur referri posse ad Caesarem sive dictatorem sive filium eius, ut ad viam novam ab se stratam vicum hunc alteruter condiderit.'

β C 5, 1765 *'P. Fabio P. f. Sca. Pudenti, IIIIII vir. et Aug., mun. patrono - -'*. 1767 *'T. Vettidius T. f. Scapt. Valens, IIII vir. iur. di[c]., quinq., pont. - -'*.

γ 5, 1779 *'T. Suttius L. f. Sca. - -'*.

Iulium Carnicum **Claudia**

C 5, p. 172. Mommsen putat 'constitutum esse ab imp. Caesare, antequam Augustus appellaretur, forum Iulium Carnicum, ut vici loco esset, postea nomine antiquo retento rem publicam factam coloniae iure impetrato'. sed quoniam adhuc in dubio est, num a. 705 = 49 rem p. habuerit Iulium Carnicum, hoc caput addere malui, quam omittere.

---

[151]) legitur AEM · N. haec autem Mommsen adnotavit: 'punctum ante N extr. dubium. cogitavi de AEMoNA; sed in re praesenti quaerens O litteram non inveni neque Aemona scribitur sed Emona vel Hemona'.

α C 6, 2382 (praet. cohort., a. 171?) '*M. Valerius M. f. Cla. Sabinianus* IVLO'.[152])

β 5, 1842 '- - *M. Volumnius M. f. Cla. Urbanus, dec. col. Iul. Kar., II vir. i. d.* - -'. 1838 (a. 41—54) '*C. Baebio P. f. Cla. Attico, II vir(o) i. [d.], primopil. leg. V Macedonic.*, cet., *civitas Saevatum et Laiancorum*'.

δ 5, 1840 '*M. Iuventius M. f. Cla. Oclatus, vet. coh. VIII praet.* - -'.

Aniensis C 5, 8651 (titulus pessime corruptus). Velina, fortasse Aquileiae, γ 1847.

non mihi ab hoc loco abhorrere videtur, duas civitates et in Claudia censas et prope Iulium Carnicum positas addere, quarum altera certe numquam rem publicam suam habuit, altera Mommseno rem. p. habuisse videtur sed non in Pliniano indice legitur, dico Laebactium pagum et Glemonam.

Glemona; accedere videtur Ad Tricesimum C 5, p. 169 et 167. KT p. 100.

β C 5, 1806 '. . . . . *us T. f. Cl.* . . . . . | . . . . . *bo IIIIII vir* . . . . .'.

γ 5, 1794 '*L. Tumbilicius A. f. Cla.* - -'. 1798 '- - *M. Pacilio M. f. Cla. Collino* - -'. 1802 '*T. Veratius T. f. Cla.* - -'. 1816 (G.?) '*L. Celerius L. f. Cla. Fronto* - -'.

Collin(a?) ε 5, 1812 (ante a. 186).

Pagus Laebactium C 5, p. 191.

γ 5, 8801 '*L. Saufeius L. f. Claud. Clemens* - -'.

Mantua — Sabatina

C 5, p. 406.

α C 3, 102 (Bostrae) '- - *M. Iulii M. f. Sab. Maximi Man[t]ua, 7 leg. III Cyr(enaicae) coh(ortis) V pr(incipis) pos(terioris)* - -'. dipl. 54 (= C 5, 4056) anni 248 '*M. Braetio M. f. Iustino Sabatin. Mantua*'. 5, 4059 (Mant.) '- - *M. Fabio C. f. Sab. Praesenti sacerdot(i) Caeninens(i), equo publ., iudici ex V decur., aug(uri), II vir(o) i. d., hic. reip. suae hs.* $\overline{cccc}$ *leg(avit)* - -'. 6, 2655 '- - *C. Rutilio C. f. Sab. Homuncioni Mantua, mil. coh. VII pr. 7 Valli* - -'. 8, 2752 (Lambaesi, Commodo regnante) '*L. Vespron[ius . . f. Saba]tina Can[didus Man]tua, co[s. des.*, cet. - -]'. 3389 (ibid.) '- - *C. Annius C. f. Sabatina Ursulus Mantua*'. 3472 (ibid.) '- - *Q. Bierato M. f. Cordo Sab. Mantua* - -'. Bramb. 1218 (Moguntiaci, post Claudium) '*M. Sulpicius M. f. Sabati. Vales Mantua, mil(es) leg. XXII pr(imigeniae)* - -'.

β C 5, 4058. 4060. 4061. 4062.

γ 5, 4069.

Aniensis γ C 5, 4079 Cremonensis hominis fuisse videtur. Fabia α EE 4, 887 (laterc. cohort. praet., a. 141) vs. 2, 12 '*M. Veturius M. f. Fab. Festus Mant(ua)*', *Fab(ia)* lapicidae errore pro *Sab(atina)* scripta esse videtur.

Nauportus — ?

C 3, p. 183. 'hoc quidem certum est, Emona cum Italia contributa multo magis Nauportum ad Italiam pertinuisse . . . . . haec Nauporti cum Italia contributio ad ipsum Augustum referenda videtur esse' Mommsen l. c.

Velina tituli C 3, 3778 '- - *L. Servilius L. f. Vel. Sabinus* - -'. Aquileiensium potius videtur esse tribus quam Nauportensium, qui nisi fallor in Claudia erant.

---

[152]) haec est Kellermannii interpretatio; qui sextum CIL volumen ediderunt, de *Iu[v]a[v]o* cogitaverunt.

Nedinum **Claudia**

C 3, p. 371.

β C 3, 2867 '*M. Fulvio M. f. C[l].*[153]) *Rufino, aedi(li)*'. 2869 (Nedini ponit Venet. Antiq., Iaderae Iucundus) '*Sex. Octavius Cla.*[154]) *Constans, II vir, pontif. - -*'. 2871 (Nedini vel Iaderae[155]) '*T. Turranius L. f. [C]laud. Rufus ob honorem aedilitatis - -*'.

γ 3, 2864 (paullo ante a. 138) '*- - P. Mutilius P. f. Cla. [C]rispinus - -*'. 2876 (Iaderae falso tribuisse videtur qui servavit hunc titulum Venetus Antiquus) '*M. Papisius M. f. Cla. Maximus - - M. Papisio M. f. Cla. Nigro (patri) - -*'.

δ 3, 2865 (ante a. 14) '*. . . . . ve]ter. [. . . .] le(gion.) VIII, L. Octavio [. .] f. Cla. Frontin(o), fratri*'.

Nesactium **?**

C 5, p. 2.

quod in titulo C 5, 4 ('*C. Furius C. f. Arn. Gemellus, mil. coh. IIII pr. - -*') Arnensis tribulis apparet, nihil ad tribum quaerendam Nesacti facere puto (KT p. 102).

Opitergium **Papiria**

C 5, p. 186.

α C 6, 2381 (praet. laterc., a. 155) a 2, 3 '*d(onis) d(onatus), C. Hostilius C. f. Pap. Quintianus Opiterc.*'.

β 5, 1978 in antica legitur '*M. Laetorio M. fil. Pap. Patercliano, IIII viro iur. dic. II,* cet.'.

γ 5, 1971 '*C. Sempronio C. f. Pap. Cassiano - -*'.

Opitergenses origine esse videntur L. Ragonius L. f. Pap. Urinatius Larcius Quintianus, quem consulem fuisse Commodo imperante putamus (eius tituli exstant tribum enuntiantes hi: Opitergii 5, 1968. [1969]; Tarvisii 5, 2112; Romae 6, 1502. 1503) eiusque filius L. Ragonius L. f. Pap. Urinatius Tuscenius Quintianus (cos. a. 235), ad quem pertinent tituli 6, 1504. 1505 Romae; 5, 1970 Opitergii; Aceli 5, 2089.

Claudia Concordiensis fortasse civis γ 5, 2012.

Parentium **Lemonia**

C 5, p. 35.

α C 6, 2477 '*- - L. Taciti L. f. Lem. Dubitati, [eq.] R. e(quo) p(ublico) - - L. Tacitius L. f. Lem. Secundus Parentio 7 coh. II pr., - - filio - -*'.

β 5, 335 '*C. Cantio L. f. Lem. Septimino, eq. publ., flam., patron(o) colon. Iul. Parent(ii), curial(i) veter(i) Par(enti), omnib(us) honorib(us) municipal(ibus) functo,* cet., - -'.

Papiria ε 5, 331, Velina β 337, quarum hanc ad Aquileiam, illam ad Bellunum (ubi Praecellia gens floruit, cf. 2043. 2045. 2055) aut ad Opitergium referre licebit.

---

153) legitur CE.

154) Venetus Antiquus CLAV tradidit.

155) 'in agro Iadestino in villa Camegnane CYRIACI EXEMPLA OPTIMA, ... inter Nedinenses collocatur CYRIACI EXEMPLUM RESTITUTUM. Camegnanam villam se novisse quaerenti mihi negaverunt viri docti Zarenses; ego in re incerta rettuli inter Nadinenses propter tribum' adn. Mommsen.

Patavium **Fabia**

C 5, p. 267 sq.

α C 6, 3884 (urb. coh., a. 197) vs. 1, 25 '*M. Antonius M. f. Fab. Valens Pata(vio)*'. EE 2, 905 (Carnunti) '*C. Aemilius C. f. Fab. Pata(vio) Lixa*'. Bramb. 268 (Novesii; ante Claudium ut videtur) '*M. Sulpicius M. f. Fab. Pat., mil. leg. XX* - -'.

β C 5, 2828. 2829 ∾ 2824 ∾ 2822 (a. 96—98, vel postea). 2844. 2848. 2849. 2851. 2873. 2878. 2973.

γ C 5, 2787. 2898. 2902. 2915. 2941. 2971. 2979. 2980. 3016. 3037. 3049. 3057. 3061 (?, lin. 7).

δ C 5, 2838.

aliarum tribuum testes, qui e Patavino agro prodierunt, contuli KT p. 103.

Pola **Camilia?**

C 5, p. 3. de tribu urbis vetustae et celebris, quae ab imperatore Caesare, antequam Augusti nomen recepit, aut a triumviris colonia facta esse videtur, non constat 'mira in tanto numero titulorum tribus raritate. mirum item est nec fortasse casu factum, quod titulus nullus quod sciam, superest militis origine Polensis' (haec Mommsen l. c.).

Camilia β 5, 51 '- - *P. Aeli P. f. Camil. Octavi, aed., II vir. i. d. Pol.*'

Velina, cuius tribules vide ne fortasse ad Aquileiam omnes pertineant:

β 5, 47 '*L. Menacius L. f. Vel. Priscus, equo pub., praef. fabrum, aed., II vir,* cet., - -'. 52[156]) '*L. Aufust[ius L. f. Vel.] Gallus, [II vir] quinq. [Polae]* - -'. 58 '*Q. Petillio C. f. Velin[a] Crispo, decurioni* - -'. 60 'CN · I/ᵓRO CN *f.* *v*EL SEC*un*DIN., *II vir., [II] vir. qq., patro[no e]t praef. coll. [fabr]or. Pol., cura[tor]i reip. Fla[nati]um* - -'.

ε 5, 35 (ante a. 43) '*Sex. Palpellio P. f. Vel. Histro, leg. Ti. Claudii Caesaris Aug.,* cet., - -'.

Pupinia γ 5, 234 '. . . . . *Pup. Statio Stipia mater f.*', nisi legendum est *Pup(o)*.

ε AEM 1881, p. 225 '[illegible] *C. f. Pup. F[irmo], praef. coho[r(tis)] IIII Thrac(hum) Sy[r(iacae)],* cet., - -'.

de tituli Hispani 2, 2149ª tribu Galeria cf. KT p. 104.

Tarvisium **Claudia**

C 5, p. 201.

α C 6, 2381 (laterc. praetor., a. 154) a 2, 15 sq. '*sp(eculator), C. Titenius C. f. Cl. Secundus Tarvis., M. Calvicius M. f. Cl. Fortunatus Tarv.*'. Bull. dalm. 9, 1886, n. 170 (Niniae, a. 42—69) '- - *T. Loll[ius] T. f. Clau. Tarviso, mil. leg. XI C. p. f.* - -'.

γ C 5, 2110 '- - *P. Cassius Q. [f.] Cla. Longinus*'.

Tergeste **Pupinia**

C 5, p. 53. aetate fere Mariana Tergeste vicus erat (Artemidorus ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα eam κώμην dixit, Steph. Byz. 610, 20 Meineke); Straboni

---

156) aliud eiusdem tituli exemplum Pococke servavisse videtur; est illud sic perscriptum: '*au . fustius . ho| uel . gallus//s* | + *uir . quinq . polae*'.

est modo vicus (7, 5, 2 C 314: κώμη Καρνική) modo castellum (5, 1, 9 C 215: φρούριον), 'quem tamen hic Artemidorum secutum esse non sine causa suspicere' (Mommsen l. c.). mihi iam ideo Caesaris dictatoris aetate suam rem p. habuisse videtur, quod unam tribum seorsum recepit. Augustus a. 721 = 33 id oppidum, cum ei muros circumdaret (5 n. 525. 526) coloniam videtur fecisse, eique reip. Carnos et Catalos attribuit (n. 532, 2, 3 sq.).

α C 5, 532 (a. 138—161) '*L. Fabio [L. f.] Pup. Sev[e]r[o], quaestor(i) urbano* - -', cuius '*patria*' Tergeste civitas dicitur col. 1, vs. 8; 19; 31; 34. 6, 2380 (praetor. laterc., a. 149) vs. 2, 13 '*T. Iulius L. f. Pup. Sabinus Terg.*'. 2541 '*L. Messius L. f. Pup. Potens Tergeste, mil. coh. IIII pr. [o] Genialis* - -'. 2755 '*L. Tros[i]us L. f. Pup. Maximus Tergeste, 7 coh. XI urb.*, cet. - -'. EE 5, 1291 (Thabracae) '*M. Lusius . . . f. Pupi. Ter[ges]te, miles leg. . . . 7 Leonis* - -'.

β C 5, 549. 550. 554. 1764 (Fori Iulii).

γ 561. 609. 643; accedunt 483 (Isolae rep.), 487 et 499 (Capodistriae rep.).

δ 522. 536. 538 (sed Scussa, qui servavit, PVB tradidit, 'ut solet Scussa sic PVP sibi non intellectum corrumpere' adn. Mommsen). 539.

ε 534 ≌ 535 (a. 98/102).

Maecia ε C 5, 533 (ante a. 57). Pomptina ε 531 (post a. 79).[157] Romulia γ 479.

accedit Neapolis (C 5, p. 39), quae utrum suam remp. habuerit an in Tergestinorum finibus sita fuerit, non constat. cum non legatur in Pliniano indice, Tergestinis adicere malui Neapolim.

β 5, 377 '*M.' Plotius M.' f. Pup., aed. potestate* - -'. 378 '*P. Valerio L. f. Pup., IIIIII vir(o) coniugi, P. Valerio P. f. Pup. Tironi filio* - -'.

γ 5, 381 'C·CIEPIVS·T·F·PVP·SENECIO - -'. 384 '*C. Plotius M.' f. Pup.* - -'.

atque in media Histria Pupinia tribus regnare videtur, cf. γ 5, 322 (Pedenae rep.) '*L. Vibius L. f. Pup. Canalius* - -' et 413 (Villanuovae) '*[. . C]alpurnius [. .] f. Pup.*, - -'. Velina adest Pais 39 (in vallibus Quieti et Montonensis) '*L. Pontius L. f. Vel. Rufus, veteran., mil. coh. VII prae(toriae)*, cet. - -'.

Tridentum **Papiria**

C 5, p. 530 sq.

β 5, 5036 (saec. II fin.?) '*C. Valerio C. f. Pap. Mariano, honores omnes adepto Trident(e)*, cet., *decurioni Brixiae*, cet., *patrono colon(i) publice*'. accedit 5034 '. . . . . *pl]ebs et co[llegium* . . . . . | . . . . . *Magurio* . . . . . | . . . . . *Pap. Iuc.* . . . . .'.

Tridentinis aliquot populi ex montibus, Latio nempe usi, attributi erant, de quorum iure Divus Claudius a. 46 haec edixit '*quod ad condicionem Anaunorum et Tulliassium et Sindunorum pertinet, quorum partem delator adtributam Tridentinis, partem ne adtributam quidem arguisse dicitur, - - patior eos in iure, in quo esse se existimaverunt, permanere* (sc. in iure Quiritium), cet.' (C 5, 5050, 22 sqq.). ideo verisimile eos posthac in tribu Tridentinorum fuisse.

δ 5, 5071 (Revò in Anaunis, de quibus cf. C 5, p. 537) '*L. Scantius Pap. Crescens, veteranus, speculator praet. 7 Iusti* - -'.

---

[157]) est titulus in honorem C. Valeri Festi illius positus, qui a. 71 fasces gessit; huius patriam Veronam fuisse causis non idoneis probabat Haakh PRE 6, 2, 2361.

Varvari **Claudia**

Plinius n. h. 3, 130. 139. de eorum situ nihil constat.

α C 11, 104 (Ravennae) '- - *M. Valerio M. f. Claud. Colono Liburn. Varvar(ino), scrib. classis pr(aet.) Raven(natis)* - -'.

Verona **Poblilia**

C 5, p. 327 sq.

α C 3, 2937 = EE 4, 371 (Iaderae) '*C. Modius C. f. Pub. Primus Verona* - -'. 5220 (Celeiae) '*L. Braetius L. f. Publ. Veron., vet. leg. VIII Aug.* - -'. 5, 95 (Polae) '- - *M. Postumi L. f. Pub. Postumi Veronensis* - -'. 911 (Aquileiae) '*C. Fabius C. f. Publil. Verona, miles leg. VIIII Hisp.* - -'. 6, 2382[158]) (cohort. praetor., a. 172) '*C. Vennacius C. f. Pub. Tertius Veron.*'. 2452 '- - *Q. Visius Q. f. Publil. Maximus Veron., mil. coh. I pr. 7 Prudentis*'. 2474 '*L. Sempronius C. f. Publ. Severus domo Verona, m. cho. II pr. ɔ L. Alfi Verecundi* - -'. 2580 '*L. Lucilius L. f. Pub. Rufus Verona, mil. coh. V pr.* - -'. 2657 '*M. Sentius M. f. Pob. Firmus Verona, coh. VII pr.* - -'. 2765 '*L. Tenatius L. f. Pub. Valens domo Verona, eques coh. XI pr.*'. 2766 '*M. Apicius M. f. Pub. Pudens Verona, mil. coh. XII pr.* - -'. 2938 '*Sex. Naevio L. f. Pub. Verecundo, sign. coh. XIIII, nato Veronae* - -'. 3884 (urb. coh., a. 198) vs. 3, 16 '*T. Antonius T. f. Publ. Profuturus Veron.*'. 9, 4685 (Reate) '*C. Octavio P. f. Pastori Publ(ilia) Vero[n]a, sig. leg. VIIII, deductus Reate ab divo Aug. [Vesp.]* - -'. Bramb. 233 (Asciburgii, inter Vespasianum et Hadrianum) '*L. Vettius M. f. Publilia Firmaru[s] Verona, vetera[nus] leg. VI vic. p. f.* - -'. 1186 (Moguntiaci, Claudii fere aetate vel post) '*Q. Pompeius Q. f. Pub. Severus Ver., mil. leg. XIIII g. M. v.*'. 1191 (ibid., ante Claudium ut videtur) '*M. Valerius L. f. Pub. Ver., mil. leg. XIIII gem.* - -'. Fabr. 137, 125 (Pisauri) '*Q. Seienus Quincti[an]us Q. f. Publi[l]iae*[159]) *Veronae, miles coh. VII praetor. 7 Fructi* - -'. MIH 254 (Vindonissae, a. 71—103/107) '*M. Magius M. (f.) Pob. Maccaus Verona, mil. leg. XI C. p. f. 7 Marci Modesti* - -'.

β C 5, 3249. 3334. 3341. 3388. 3397. 3401. 3408. 3412. 3420. 3422 (V.?). 3432. 4443 (Brixiae). Pais 624. 629. — decurionis Veronensis filium et Pobliliae tribulem habes C 5, 3403.

γ C 5, 3407.[160]) 3484. 3502. 3523. 3538. 3552. 3570. 3575. 3597. 3600. 3618 (?). 3645. 3662. 3697. 3711. 3720. 3734. 3735. 3743. 3747. 3757. 3783. 3785. 3797. 3805. 3807. accedunt ex agro inter Mantuam et Veronam 4050 (Carpenedoli) et 4052 (Montechiari).

δ C 5, 3355. 3358. 3360. 3361. 3371. 3374. 3375.

ε C 5, 3335. 3336. 3340 (Claudii aetate). 3342 (consulis a. 201) ~ 3343.

Camilia α Fabr. 137, 123 (Pisauri) '- - *M. Pacci M. f. Cam. Veronae Senecion(i), mil. coh. VII praet. 7 Maximi* - -'; sed is homo Veronae natus, postea in civium Pisaurensium numerum receptus putandus est. Claudia α C 3, 4188 (Savariae) '*L. Licinius L. f. Clau. Lepid(us), natus dom[o] Verona, ve[t]. leg... II...*'. ubi Mommsen haec adscripsit 'Claudia tribus in homine Veronensi quomodo explicanda sit ignoro nisi quadratarius male dedit Veronam pro Viruno'. mihi potius is Verona relicta in Savariensium coloniam et tribum receptus esse videtur. Collina γ C 5, 3625. Cornelia γ 3640. Pollia

---

[158]) a, l. 10.

[159]) QVINCTIΛΛIVS et PVBLICIAE traduntur.

[160]) cf. Maionica, Epigraphisches aus Aquileia (1885) p. 12.

α C 6, 3892 '- - *Q. Millonio Pollia Marcellino Verona, [. . . c]ho. V pr. . . . .*', sed fortasse in titulo, quem Dominius Giorgi exscripsit, POḶLIA vel PO/ḶLIA erat. Quirina εε C 5, 3337 ∾ 3356 (ante a. 105). Romulia γ 3569. 8846. 8862. — tituli Perusini Or. 4349 (cum suppl. Henzeni p. 478) textus qui fuerit non satis intellegitur.

in Poblilia consentaneum est fuisse etiam Arilicenses — C 5, p. 400. β n. 4015 — et Arusnates — C 5, p. 390. β (?) n. 3937. γ 3907 (?). 3951; sed Voltinia adest δ 3936 (post a. 48) —, qui in Veronensium territorio habitabant.

Vicetia **Menenia**

C 5, p. 306.

α C 5, 2806 (Patavi) '- - *[. . Vale]rius Men. [Opt]atus Vice(tia), [perpet]uus (?) sacerd(os) [Isid]is Aug(ustae) pas(tophorus)*. 7, 155 (Viroconii, ante Neronis tempora ut videtur) '*M. Petronius L. f. Men. Vic(etinus), - - mil. leg. XIIII gem. - -*'. 10, 4832 (Rufris) '*M. Ennius M.' f. Men. Vicetinus, scr. aed. curulium, armamentarius decuriaq. (?), decurio Vicetiae, dec. colonia Saturnia, aedilis colonia Iulia Felici Classica Suessa - -*'.

β C 5, 3122. 3135.

γ 3161. 3163. 3179. 3186. 3189. 3194. 3195. 3206. 3207. 3212.

δ 3123.

Collina γ 3205. Scaptia γ 3101.

---

in calce huius commentarioli de regionis decimae tribubus titulum in portu Liquentiae (cf. C 5, p. 185) repertum n. 1959 '*. . . . . naevius | . . . . . t. f. publ. . . . . . | . . . . . fron. . . . . .*' qui quid sibi velit, mihi non liquet, apponam.

Regio XI.

Augusta Praetoria **Sergia**

C 5, p. 756 sq. Divus Augustus coloniam deduxit a. 729 = 25 in agro Salassorum, qui tum pacati sunt; cf. Strab. 4, 6, 7 C 206. Dio 53, 25, 5. tribus igitur non a Caesare dictatore sed ab Augusto demum profecta est.

α EE 4, 349 (Delminii, ante a. 42) '*Q. Murius Q. f. Ser. Au[g(usta)], mil. le[g. VII] - -*'. conferendus fortasse titulus Auximas C 9, 5884 '*N. Turcius C. f. S[er.] Praetorianus - -*'; cum enim idem homo v. 6 eiusdem tituli '*N. Turcius N. f. Ser.*' omisso '*Praetoriani*' nomine dicatur, verisimillimum mihi videtur hoc verbo originem, Augustam Praetoriam puto, indicari. neque cum Mommseno fecerim, qui in indd. p. 766 illud '*praetorianum*' idem ac '*militem praetorianum*' valere dicit.

β C 5, 6838 '*L. Baebatio L. f. Serg. Fortunato, aedi[li] - -*'. Pais 916 = Not. scav. 1883, p. 55 '- - *C. Iulio C. f. Serg. Seve[ro], d[e]curioni, L. Iuli[o] C. f. Serg. Sala[sso?] equiti, fratribu[s] P. Iulius C. f. Se[rg.] St . . . . .*'.

Augusta Taurinorum **Stellatina**

C 5, p. 779 sq. post bellum Actiacum in agro,[161]) quem quin Caesaris aetate non in ius Quiritium receptum putemus, nihil nos impedire videtur, colonia c. R. deducta esse videtur indeque appellata Iulia Augusta Taurinorum.

---

[161]) in fori agro Vibii Caburr. credo.

α C 3, 3565 (Aquinci) '*P. Tarrutenio Stel. Proculo Taurinis, evocato leg. II ad. - -*'. 6, 211 '*M. Autius M. f. Stel. Agricola Taurinis, missus honesta missione Flacco et Gallo cos.* (= a. 174) - -'. 2421 '*T. Antistius Sabinus Stel. Aug. Taurin., mil. an. X, coh. I pr. 7 Romuli*'. 2630 '*C. Aponius C. f. Stel. . . . . . Taurin., mil. coh. VII p[r. ɔ] Pomponiani - -*'. 9, 4688 (Reate) '*- - C. Valeri C. f. Stell. Caratini Aug. Taurinor., mil. coh. VI pr. 7 Egati - -*'. Bramb. 99 (Noviomagi, inde a Vespasiani usque ad Traiani aetatem) '*L. Cassius L. f. Stell. Clemens Taurus (?)*[162] *mil. leg. X gem. - -*'. 480 (Bonnae, a. 43—69) '*L. Piperacius L. f. Stell. Optatus, domo Taurinus, mil. leg. XV prim. - -*'. 1156 (Moguntiaci, a. fere 41—70) '*T. Clodius T. f. Ste. Optatus Aug. Taur., mil. leg. IIII Mac. - -*'. 1163 (ibid.) '*G. Minicius G. f. Stelatina Asper Augusta Taurinoru., mil. leg. IIII Mac. - -*'. 1173 (ibid., ante a. 43) '*M. Braetius M. (filius) Stel. Taur., mil. leg. XIIII cem. - -*'. 1181 (ibid.) '*Secundus Metilius M. f. Stl. Tau., mil. leg. XIV gem. - -*'. 1184 (ibid.) '*L. Naevius P. f. Stel. Tauri., mil. leg. XIIII gem. - -*'. — Augustis Taurinis, ut videtur, oriundus est Q. Glitius P. f. Stel. Atilius Agricola, cos. II, cui C 5, 6974 Nerva vivo. 6976. 6977. 6979. 6981. 6982. 6983[163]) post a. 103 positi sunt lapides ∾ δ 6969 (p. C. 49) '*. . . Glitii T. f. Stel. Barbari, primipilaris* cet.'. — C 6, 1635 '*T. Vennonio T. f. Stell. Aebutiano, patrono et municipi col. Aug. [T]aur., eq. R. eq. p., iud(ici) ex V dec. selecto,* cet. - -'.

β C 5, 7007 (post a. 79). 7013. 7021. 7022 (ante Caligulam). 7023. 7027. 7030. 7031 (?). 7036. 7037. Not. d. scavi 1885, p. 57.

γ 5, 7032. 7072. 7083. 7123. Not. d. scavi 1884, p. 338.

δ 5, 7004. 7006. 7161.

ε 5, 7003 (a. 65 vel antea). Or. 2179 (ad XIII ab urbe, prope Flaminiam).

Aniensis α 6, 2919 'P · IVNNONI · C⁄⁄ | P · F · ANNIES⁄⁄ | NVNDIINC⁄⁄ | AVG · TAVRINIS | MIL · IN · COH · XII · | VRB · 7 · FLACCI cet.' qui titulus passim non recte lectus videtur. Camiliae, Palatinae, Pobliliae, Polliae, Quirinae testes adsunt KT, p. 109 (adde Polliae γ 7187a. Camiliae δ 7160. 7162).

Bergomum — Voturia

C 5, p. 548 sq.

α MIH suppl. 1, 36 (Vindonissae, a. 71—103/107) '*Q. Lucilius Q. f. Vot. Pudens Bergomi, mil. leg. XI C. p. f. ɔ Gelli Agricolae - -*'. C 5, 5128 (B.) '*P. Mario Vot. Luperciano, eq. R. eq. pub., omn. honor. municipal. adept., iudici de select., sacerd. Caeninen., coll. fabr. cent. dend. m(unicipii) B(ergomensis) patron(o), cuius eximia liberalitas post multas largitiones hucusque enituit, ut lucar Libitinae redemptum a re p. sua universis civibus suis in perpetuum remitteret - -*'. Archeogr. Triestino 11, 1885, p. 269 = Pais, suppl. C 5, n. 1143 (Aquileiae) '*. . . acero L. f. [Vo]t. Bergomo, [ve]t(e)ran(o) le[g.] . . . . .*'.

β C 5, 5126 (post a. 117) '*C. Cornelio C. f. Vot. Miniciano, praef. coh. prim. Damasc. - - IIII viro i. d.,* cet.'. 5130 '*. . . . . antio Sex. f. Vot. Alponi - -, ... io M. f. Vot. Macro, pontifici, ... M. f. Vot. Montano, IIIIII vir(o), IIII vir(o)*'. 5132 '*- - L. Blandius C. f. Vot., IIIIII vir et augustalis et flaminalis - -*'. 5138 '*. . . . . M. Maesio M. f. Vot. Maximo, praef. fabr., IIII vir(o) i. d., q., patrono - -*'. Not. d. scavi 1887, p. 165 '*. . . antio Sex. f. Vot. Alponi - -, ... io M. f. Vot. Macro, pontifici, ... M. f. Vot. Montano, IIIIII vir(o), IIII vir(o)*'.

---

162) erat fortasse in lapide TAVRNS = *Taurinis*.

163) eos tantum titulos consuli illi positos attuli, in quibus tribus commemoratur.

γ C 5, 5154. 5156. 5158. 5164. 5175 (B.?). ex agro Bergomate accedunt β 5100. γ 5197. 5198. δ 5196.

Aniensis quoque et Oufentinae et Quirinae tribules inter Bergomi incolas nobis innotuerunt, cf. KT p. 109.

Comum **Oufentina**

C 5, p. 565. KT p. 80. Madvig, Verf. und Verw. des römischen Staates 1, 31. — Comum non ante a. 705 = 49 in civitatem Romanam pervenisse puto.

α C 5, 5262 et 5263 C. Plinii L. f. Ouf. Caecili Secundi cos., quem Como oriundum esse satis constat[164]) eiusque patris naturalis (?) L. Caecili C. f. Ouf. Secundi (β) Not. scav. 1880 p. 336. C 6, 2717 '- - *L. Octavio L. f. Ouf. Paterno Como, mil. coh. VIIII p. 7 Montani*'. 3884 (urb. coh., a. 197) 4, 16 '*ev(o)c. C. Atilius C. f. Ofent. Maximus Com(o)*'.

β C 5, 5257. 5275. 5278. 5294 ∾ 5600. 5289. 5290. 5292. 5297. 5300. 5307. 5310. 5311. Rivista arch. Com. 22 (1882) p. 33 = Pais 749.

γ C 5, 5330. 5359. 5584.

Quirina ε C 5, 5266.

De titulis tribum indicantibus, qui inter Larium et Verbanum lacus usque ad Mediolanium Comum Novariam oppida reperti sunt (qui ager nulla continebat municipia, sed id quod cum aliunde tum ex tribu Oufentina admodum frequenti apparet in Comensium et Mediolaniensium fuit pertica) cf. KT p. 110 sq. (ubi adde Oufentinae testimonium: Clivio β C 5, 5447).

illum unum titulum primarium inde repetiverim, repertum Sibrii (quod castellum vicus Mediolaniensium fuisse videtur C 5, p. 601) α 5, 5595 '*L. Sentius L. f. Ouf. Niger, signif. leg. IIII Scyticae, hic natus, hic situs est; M. Sentius L. f. Ouf. Macer, veteran. leg. IIII Scyticae sibi et fratri suo v. f.*'.

Eporedia **Pollia**

C 5, p. 750 sq. a. 654 = 100 in Salassorum agro Eporedia colonia c. R. deducta est.

α C 3, 2711 (Delminii, ante a. 42) '*P. Apulanus P. f. Pol. Sabinus domo E[p]or[e]d.,*[165]) *tri. mil. leg. XI n. im.*'. 6, 1858 '*C. Annio C. f. Pol. Prisco Eperodia, scr. lib. - -*'. Br. 1192 (Mogunt., ante Claudium) '*. . . . . rius Macconis f. Pol. Eporedia, mil. leg. XIIII gem. - -*'. 1224 (ibid.) '*T. Vibius T. f. Pol. Optatus Eporedia, mil. leg. XXII pr. - -*'. C 11, 3110 (Faleriis) '*L. Numisius L. f. Pol. Viator Eporedia, evocatus Aug. - -*'.

β C 5, 6790 ∾ 6791. Pais 905 = Not. scav. 1881 p. 149.

γ C 5, 6776. 6804. 6822. [7187ᵃ (E.?): *Pol(lia?).*]

Claudia β C 5, 6786. Palatina β 6792. Voltinia β (?) 6771.

Forum Vibi Caburriatum **Stellatina**

C 5, p. 825.

α Br. 1182 (Moguntiaci, ante a. 43) '*Qu. Mettius C. f. Stel. For. Vibi, mil. leg. XIIII gem. - -*'. 1339 (in castello Mattiac., ante a. 43) '*Sec. Metius C. f. St.*

---

[164]) vita Plinii, Sueton. p. 92 Reifferscheid.

[165]) in lapide fuisse dicitur ETOR FD.

F(oro) Vibi, mi(l). leg. XIIII - -'. C 6, 2382 (laterc. praetor., a. 178) b 20 '*M. Farrax M. f. St. Saturnin(us) For(o) Vi(bi)*'.

γ C 5, 7344. 7346.

Pollia (Eporediensium ni fallor civium) β 5, 7340. γ 7341.

Laus Pompeia **Pupinia**

C 5, p. 696. 'agnomen, Mommsen ait, solent repetere a Cn. Pompeio Strabone ..... probabiliter; quamquam qui nomen oppido a Caesare impositum contendat in honorem soceri, non magis refutari poterit.'

α C 6, 2762 '*Q. Asconius Q. f. Pup. Messor Laude, mil. coh. XI pr. 7 C. Calpurni Taciti* - -'. Bramb. 1220 (Mogunt.) '*L. Valerius L. f. Pup. Tertullus Laude, mil. leg. XXII pr.* - -'.

β C 5, 6362 '*C. Caninius C. f. Pup. Sura, VI vir* - -'. 6364 '*L. Cassio L. f. Pu[p.] Rufo, VI vir(o), - - L. Cassius L. f. Pup. Civis (filius), VI vir., IIII vir.*'. Grut. 475, 5 (Romae) '- - *L. Titi L. f. Pupinia Macri, VI viro, decurio Laude Pompeia* - -'.

γ C 5, 6392. 6393 (?).

ε 5, 6360 (post a. 79).

Oufentina, hominum Comi sive Mediolani natorum puto, β C 5, 6347. 6351.

Mediolanium **Oufentina**

C 5, p. 633 sqq.

α C 3, 4061 (Poetovione) '- - *C. Rufius C. f. Ouf. Med., mile[s] leg. XIII gem.* - -'. 5, 5445 (Stabii i. e. Comi) '- - *C. Virius Verus Ouf. Med(iolanio), VI vir iun., pontif. et decur.* - -'. 6, 326 '- - *P. Lucilius P. f. Ouf. Successor Mediolan., quot votum fecerat centurio, p(rimi)p(ilaris) sol(vit)* - -'. 2381 (laterc. praet., a. 153) a 1, 12 '*[. . L]ollius L. f. Ouf. Titullinus Mediol.*'. 3449 '- - *M. Atilius Maximus, veteranus Aug., natione Offentina Mediolano* - -'. 3629 '*L. Sentius L. f. Ouf. Saturninus Mediolanio, speculator (centuriae) L. Corneli Viatoris*'. 3884 (urb. coh., a. 197) vs. 2, 38 '*L. Cassius L. f. Ofent. Veturianus Mediol(anio)*'. 3893 '- - *Sex. Epullio Sex. f. Hofentina Aponiano Mediolani, mil. cho. V pr., evoc. Aug.* - -'. 8, 1025 (Carthagine) '- - *// Rufrius D. f. Ouf. Adiutor Mediolani mil. coh. XIII urb. 7 Pubili* - -'. Bramb. 218 (Xanten; ante Vespasianum) '- - *C. Calventius Omuii fil. Ouf. Med. - - mil. leg. V* - -'. 479 (Bonnae, Vespasiani aetate vel postea) '*Q. Petilius Q. f. Ofen. Secundus dom. Medio., miles leg. XV prim.* - -'. 1216 (Moguntiaci, inter Claudii et Vespasiani vel Traiani imperia) '*M. Novellius M. f. Ouf. Rom. Mediolani, mil. leg. XXII pr.* - -'. 1222 (id.) '*Q. Valerius Q. f. Ofe. Virilio Me(diolanio), mil. leg. XXII pri. 7 Bargoni* - -'. 1225 (id.) '*C. Vibulius C. f. Ofen. Valentinus Mediola., mil. leg. XXII* - -'. 1884 (Argentorati) '*T. Flavius T. f. Off(e)ntina Peregrinus Mediolanni, mil. leg. VI[II] Aug.* . . . . . . - -'. Rhein. Jahrb. 57 (1876) p. 70 (Bonnae, saec. I ex. vel II in.) '*L. Magius L. (f.) Ouf. Dubius Mediolani, mil. leg. I f. M. p. f. d. armorum custos ɔ Aufidi Martialis* - -'. Grotefend huc tituli C 6, 2382 (coh. praet., a. 176) militem *sp(eculatorem) L. Bassennium L. f. Off. Felicem Mevi.* pertinere putat, traditumque MEVI· in MEDI· i. e. *Medi(olanium)* commutat. cf. p. mea 73. nuper accessit titulus Argentoratensis Westd. Correspondenzblatt 3, 1884, p. 131 n. 147 (a. 9—43) '*[Tib]erius Babuleius Garrulus Tib(e)ri (filius) Ofent. Medoleanio, mil. leg. II 7 Scaevae Petr(oni)* - -', praeterea C 14, 3545 (Tibure) '- - *P. Lucilius P. f. Ouf. Successor Mediolan(io), quot votum fecerat centurio, p(rimus) p(ilus) sol(vit)* - -'.

β C 5, 5775. 5839. 5841. 5846. 5847. 5851. 5868. 5876. 5884. 5887. 5899. 6348. 11, 1230 (inter Placentinas a Pacediano collocata, sed suo iure ni vel maxime fallor ad Mediolanium revocata cf. p. 98). cf. 5, 5738. 6347. 6351.

reliqui ac quidem debiliores Oufentinae testes et Aniensis, Clustuminae, Palatinae, Polliae, Voturiae tribules digesti adsunt KT p. 113.

Novaria **Claudia**

C 5, p. 719 sq.

β C 5, 6521 '*L. Eburi L. f. Cla. . . . . . | IIII v[iri . . . . .] - -*'. accedit 6598 (Fontaneti) '*T. Accellio Cla. Ingenui f. patri - - T. Accellio T. f. Claud. Iulio fratri VI viro - -, T. Accellio T. f. Clau. Vero decurioni (filio Accellii Iulii) - -*' T. Accellius Verinus posuit.

γ 6513 '*C. Valerius C. f. Claud. Pansa, flamen divorum Vespasiani Traiani Hadrian(i), p. p. bis,* cet., - -'. 6549 '- - *M. Philoclus M. f. Cla. Marcellinus* - -'. 6556 '*Marcus Valerius M. fil. Clau.* - -'.

de inscriptione Novariensi 5, 6494 cf. KT p. 113. Oufentina β C 5, 6596 (a. fere 196). Pollia (N.??) γ 7187*.

Ticinum **Papiria**

C 5, p. 707.

α C 3, 757 (Novis Moesiae infer.) '- - *L. Met[i]l[i]us Papiriae Iustus Ticino* - -'. 2913 (Iaderae) '*Sex. Atilius Sex. f. Pap., veter. leg. VII, domo Ticino* - -'. 5, 3469 (Veronae) '- - *L. Sollius L. [f.] Secund[i]o Pap. Ticinensis* - -'. 6, 221 (in vigilum laterc., a. 113) vs. 2, 7 '*sec(utor) tr(ibuni) M. Terentius Pap. Callistus Tic.*'. 2381 (coh. praet., a. 153) a 1, 2 '. . . . . PAP · VERVS · TIOIN O' (sic). 2382 (praet. coh., a. 173) a 17 '*M. Sofrius M. f. Papi. Nepos Ticino*'; (a. 175) b 2 '*b. trib. C. Novellius C. f. Pap. Verinus Ticin.*'. 2924 '*C. Publicius C. f. Pap. Quietus Ticino, mil. coh. XII urb. 7 Veri* - -'. 10, 6578 (Velitris, origine fortasse urbana) '*L. Tridonio Marcello, mil. coh. VIIII pr. 7 Messiani - - Papiria Ticino*'. Bramb. 377 (in colonia Agrippina) '*C. Deccius L. f. Papiria Ticini, miles leg. XX* (quae Claudii aetate Germaniam reliquit) *pequarius* - -'. 1155 (Moguntiaci, inter Claudii et Vespasiani regna) '*Q. Castricius Q. f. Pap. Severus Ticini, mil. leg. IIII Mac.* - -'. Rhein. Jahrb. 42, 1867, 138 (Bonnae, ante Vespasianum) '*C. Cornelius C. f. Pap. Tic., veter. miss. exs. leg. [I (Germanica?)]* - -'. inscriptio Carnuntina nuper reperta '*M. Antoni[us P]apiria Cele[r T]icino, v[et.] l[eg.] XIIII g[em.]* - -'.

β C 5, 6427. 6431.

ε C 5, 6419.

Pollia β—γ C 5, 6432.

Vercellae **Aniensis**

C 5, p. 736.

α C 3, 505 (Patris) '*L. Romanius L. f. Ani. Iustus Vercel., mil. co[h]or. X prae. [ɔ] Crispini*'. 3567 (Aquinci) '- - *L. Valerius L. [f.] Ani. Crescens Verc., mil. leg. II ad. p. f. 7 Comini Paulini* - -'. 5, 939 (Aquileiae) '*L. Valerius L. f. Aniensis Verc., miles leg. XXX* - -'. 6, 2377 (coh. praet., a. 136) vs. 10 '. . *Laelius L. f. Ani. Paulinus Verc.*'. 2381 (coh. praet., a. 154) a 2, 18 '*L. Pompeius L. f. An. Tertius Vercell.*'. 2382 (praet., a. 178) b 27 '*equ. C. Crispius C. f. Ani. Secundinus Ver.*'; b 34 '*L. Magiacus L. f. Ani. Severin. Verc.*'. 2533 '*Q. Clodius C.*

f. An. Secundus Vercellis, mil. coh. IIII pr. - -'. 2702 '- - *C. Cattio C. f. Aniensi Luciliano Vercellas, mil. coh. VIIII pr. 7 Argenton.* - -'. 3884 (urb. coh., a. 197) vs. 1, 23 '*L. Valerius L. f. Ann. Primus Verc.*'. 3897 '- - *L. Catulus L. f. Ani. Crescens Vercell., mil. coh. IX* - -'. 14, 230 (Ostiae) miles coh. vig., ut videtur: '- - *C. Valerius C. l. Ann. Verecundus Verc.* - -'. EE 4, 888 (in laterc. militum) '. . . . . *f. Ani. Vitulus Ve[rcellis]*'. 5, 15 (Copti, legionum duarum Augustae aetatis) 2, 24 '*coh. V - - 7 Clementis C. Vibius C. f. Ani.* VERG. (sic)'. Bramb. 1079 (Moguntiaci) '*Ter. Exsomnus Ter. f. An. Ver., mil. leg. XVI* - -' (Vespasiano imperante leg. XVI periit). 1208 (ibid.) '*C. Annius C. [f.] Ani. Salutus Vercellis, mil. leg. XXII pr.* - -'. 1983 (Blankenheim) '. . . . . *Ani. V[e]recu[ndi] domo Vercel[lis], sig. et veter. le[gion.] XXI rap.* - -' (Domitiani aetate legio periit).

β C 5, 6661. 6662. 6664.

Arnensis α C 6, 2664 '*L. Atilius . . . f. Arn. [Pri]scus [V]ercellas, miles coh. VIII pr.* - -', sed Arn(ensis) simili lapicidae errore atque 6, 2926 et 2942, ubi pro *Aniensi* oppidi Cremonae *Arniensis* scripta est, ortum videtur. Palatina γ (?) 5, 6709. de Oufentinae β 5, 6351 cf. KT p. 115.

Non abs re videtur Italicorum oppidorum laterculis commentarium de Alpibus subicere:

Alpes maritimae.

Alpis maritimae gentes feras et bellicosas a. 740 = 14 Romani devicerunt (Dio 54, 24, 3). civitates earum inde praefecto, postea (certe iam anno 69) procuratori Augusti parebant; caput provinciae Cemenelum fuit. aegre fero, quod de iurium civitatibus concessorum mutationibus et auctoribus nihil fere constat nisi quod Tacitus (ann. 15, 32) Neronem anno 63 '*nationes Alpium maritimarum in ius Latii*' transtulisse refert et Plinius nat. hist. 3, 135 in laterculo Inalpinorum populorum qui Latio utebantur[166]) Ligurum plura genera plus minus diserte enumerat. non igitur constat, quaenam civitas ante Neronem Latium vel Quiritium ius et cuius beneficio adepta sit. ceterum Cemenelum oppidum si Plinium recte inter oppida Italica ex Divi Augusti tabulis rettulisse putamus, statim post bellum Marsicum in civitatem[167]) et Claudiam tribum venisse existimemus necesse non est, quoniam ante Sullam dictatorem extra Italiam situm fuisse videtur; atque Forum Germa(norum?), cuius nullus rerum scriptor meminit, eodem fere modo et tempore ac pleraque Galliae cisalpinae fora in Polliam receptum videtur. Quirinam Pedonis et Salinarum ad Neronem potissimum referes.

Brig(omagus?)

C 12, p. 8. '*ordo Brig.*' legitur in titulis C 12, 57. 58.

huc fortasse iure vocatur Papiriae testis prope Vintium civitatem repertus C 12, 17 '- - *P. Enius Frontonis fil. Papiria Lucilianus, dec. Brectenus, II vir, flamen* - -'. BRECTENVS vox absona fidei tradita est et emendationem exspectat. *Br[ig(omagensem)]* Blanc coniecit, de *Br[igan]t[i]eno* Allmer cogitavit.

[166]) cf. infra p. 124.

[167]) ceterum Hirschfeld Cemenelum in Latinorum oppidorum numero potius quam civium Romanorum fuisse viderime monet.

Cemenelum **Claudia**

C 5, p. 916. Plinius intra Italiae fines situm esse dicit '*oppidum Vediantiorum civitatis Gemenilo*' (nat. hist. 3, 47).

α C 5, 7872 (C.) '*Matronis Vediantiabus P. Enistalius P. f. Cla. Paternus Cemenelensis, optio ad ordine(m) 7 leg. XXII primigeniae piae fidelis - -*'. 6, 2382 (praetor., m. f. a. 173) a 12 '*M. Aurelius M. f. Cla. Paternus Cemen.*'. 3339 '*- - L. Gratii L. f. Clau. Verini Cemeneli, mil. frum. leg. II Aug. - -*'. 3916 '*- - T. Aureli Cl. Certi Cemeneli, fr. leg. XX V. v. - -*'. Bulić, Inscript. Salonit., 1 (1886) p. 53 n. 1102 = AEM 8 p. 151 (Andetrii) '*Ser. Ennius Ser. f. Claudia Fuscus domo Cemeneli, miles coh. VIII vol. - -*'.

γ C 5, 7930. 7934.

Quirinam referemus ad vicinum aliquod oppidum in montibus situm, fortasse Pedonem: β C 5, 7903 '*. . . . . [Q]uir. Lauro, decurioni Cemenelensium, equo pub. - -*'. γ 7937 '*P. Etereio M. Eterei Domestici f. Quirina Qu . . . . .* cet., cf. Nicaeensem titulum 7906 '*P. Etereio P. f. Q. Quadrato - -*'. (Aniensis: ex titulo C 5, 7883 nihil ad nostras res effici iam dixi ad Albintimilium.)

Forum Germa[norum?] **Pollia**

C 5, p. 910.

α C 5, 7832 (F.) '*- - M. Exomnius Severus Max. f. Pol. Foro Ger., II vir bis - -*'.

Pedo **Quirina**

C 5, p. 912.

α C 6, 2753 '*- - M. Stati M. f. Quir. Adiutoris Pedone, mil. coh. X pr. 7 Vindicis - -*'.

β C 5, 7862 a '*- - M. Fuscius Secundus, decur(io), Quirina - -*'.

γ C 5, 7861 '*- - . . . ulattius Quir. Adiutor, veter. Au[g.] - -*'.

Salinae **Quirina**

C 12, p. 9.

αα C 5, 7907 (Cemeneli, a. 181) '*. . Flavio Verini filio Qu[ir. S]abino, decurioni, II viro [Sa]lin. civitatis suae, II viro [For]oiuliensis,* cet. - -'.

α C 12, 23 (Vintii) '*- - Q. Vibius Quir. Salin(is) Capito - -*'.

---

in versu 2 tituli C 5, 7820 qui est 'nella fontana che è a mezza strada tra la Turbìa (i. e. Tropaea Augusti) e il Laghetto' *Vol(tinia)* tribus et in versu 1 tituli dubiae fidei C 5, 7983 rep. in vico Puget-Theniers *Pub(lilia)* num dicantur ignoro.

Alpes Cottiae.

Regnum Cottium ante a. 745/6 = 9/8 Augustus in provinciae formam redegit, sed ita ut regalis stirps ad praefecturam quattuordecim civitatium, quae his finibus continebantur, vocaretur. imperator Claudius a. 44 regnum

regiumque nomen restituit, Nero defuncto Cottio in provinciae formam redegit (Suet. Nero c. 18). a Plinio nat. hist. (3, 135) et Cottianae civitates et alii in Alpibus siti populi *ut Octodurenses et finitimi Ceutrones, - -, Esturi Liguribus orti, Vagienni Ligures et qui Montani vocantur, Capillatorumque plura genera ad confinium Ligustici maris* Latio donati dicuntur. quae cum 'legamus in descriptione provinciarum in plerisque certe expressa ad eam quam Augustus fecit', Augustum civitatibus s. s. Latium dedisse Mommsen coniecit (C 5, p. 810), fortasse non recte; equidem nullam rationem inter Plinii verba iam adscripta et Augusti Italicarum civitatium indices vel q. d. Agrippae imperii Romani oppidorum laterculos intercedere video, eoque minus intercedere posse putaverim, quod tres ex Alpinis gentibus, quas Plinius l. c. Latio usas esse testatur, Esturos Vagiennos Capillatos dico, idem auctor in eo capite, quo de regione IX Italiae ex Augusti descriptione agitur (nat. hist. 3, 47), repetit neque Latinae condicionis mentionem facit; repetit quidem incuria non insolita montanos, quos dixi, ni fallor, ex descriptione illa litorum maris nostri; sed in toto capite eo ex Divi Augusti libro nisi civitatium iura neque aliud quidquam neque ordinem sumpsit. si Augustus de Alpinorum populorum iuribus ibi aliquid scripsisset, nonne Plinius in capite de IX regione id editurum fuisse credemus?[168]) Civitates Cottianae, de quibus constat, omnes erant in Quirina.

Brigantio **Quirina**

C 12, p. 15. 'municipium', Hirschfeld ait, 'dicitur in titulis saeculi opinor primi (n. 95 *munic. Brigantin.*) et quarti (n. 94)'.

β C 12, 95 (in castello Brigantino vel Ebroduni rep. dicunt) '- - *T. Parridius Parrionis fil. Quir. Gratus, quaest., II vir munic. Brigantien. sibi et Parrioni Excingi f. patri, Vennae Nematevi f. matri* - -', quem hominem honoribus in patria actis in civium Romanorum numerum receptum esse propter parentum nomina barbara veri simile est.

Ebrodunum **Quirina**

C 12, p. 11. 5, p. 810. 814. Straboni, qui Tiberii Augusti aetate scribebat, κώμη est (4, 1, 3 C 179). qua aetate ad municipii sive Latini sive c. R.[169]) statum deductum sit, ignoratur.

β C 5, 7259 (Segusione) '*T. Cassio T. fil. Quir. Sextino, dec. et II viro civitatis Ebroduniens(is), flamini Aug. provinc. [C]ottianae* - -'.[170]) 12, 82 (E.) '- - *C. Leuconius Quir. Velox, dec., II vir* - -'.

γ C 12, 76 '- - *C. Corsius Quir. Bonucius* - -'. 91 '*L. Vestonius Baronis fil. Quir. Secundinus* - -'.

Papiria β C 12, 81.

---

[168]) alia melius temptavit Mommsen in commentario de Alpibus Poeninis C 12, p. 20 sq. atque Octodurenses et Ceutrones a Divo Claudio Latii beneficium accepisse suspicatus est.

[169]) res enim adhuc incerta. Mommsen et Hirschfeld de Latio cogitare malunt.

[170]) forsitan etiam vs. 10 *[Quir]inae* nomen subest.

Segusio **Quirina**

C 5, p. 814 KT p. 114. in titulo satis vetusto, cuius aetas certius definiri non potest, Segusini *vicani* dicuntur, C 5, 7261. neque constat, quando S. suam civitatem habere coeperint. in militum praetorianorum laterculo saec. II exeuntis, cuius reliquiae C 6, 2382 perscriptae sunt, *Fla(vium) Segus(io)* (b 7) dicitur; de aetate titulorum C 5, 7234 et 7235, in quibus *municipii* fit mentio, non constat. in civibus Iulium nomen frequentissimum esse videmus.

ββ C 5, 7236 '- - *Tib. Clau[di . .] Quir. Iu . . . . ., dec., II v[ir . . . . .*'. 7260 '*Ti. Claud. Ti. fil. Quir. Nigrino, decur., II vir(o)* - -'.

Cornelia δ C 5, 7256. Pollia (Eporediensium?) δ 7255. Stellatina (Caburrensium?) γ 7302. Voltinia *([Aqu]ensium?)* 7268.

Aiguilles ('Ebrodunensium territorium eatenus pertinuisse non crediderim' Hirschfeld C 12, p. 11): β C 12, 83 '*T. Vennonius Sm[e]rtulli fil. Quir. . . . . . civitatem [Romanam per honorem consecutus . . . . .]*'.

Alpes Poeninae.

Vallis Poenina a C. Caesare pacata, mox cum Raetia coniuncta, Marco et Vero imperantibus[171]) suo procuratori tradita est. quattuor eius civitates (Vallensium Octodurum, Nantuatium Tarnaiae, Sedunorum, Penneloci) initio stipendiariae, postea a Divo Claudio Latio donatae esse putantur.[172]) tribus unius Sergiae in huius partis titulis fit mentio, quam quomodo ad Claudium referam nescio. ceterum Augustam Praetoriam, quae proxima a valle Poenina in Italiam eunti civitas erat,[173]) in Sergiam a Divo Augusto receptam esse comperimus.

Nantuatium Tarnaiae **Sergia**

C 12, p. 24.

β C 12, 153 '*Sex. Vareno T. fil. Serg. Prisco, VI viro* - -'. addendus fortasse C 12, 158 vs. 2 '*. . . . . m . . ser . . g . .*'.

Vallensium Forum Claudii A[ugusti] s. **Octodurum** **Sergia**

Plinius (nat. hist. 3, 135): '*Latio donati incolae, ut Octodurenses.*'

Mommsen in titulo MIH 258 (Vindonissae, inter a. 71 et 103/107) '*T. Vite[llius]* | *Ser. Fe . . . . .* | CLA·, *m[il. leg. XI]* | *C. p. f.* - -' tribum Sergiam et Forum Claudii domum quamquam dubitans (p. 124. 125) proposuit.[174])

---

[171]) cum haec, quae supra scripsi, iam impressa essent, Hirschfeld litteris me docuit se in praefatione ad C 12 ad Divum Claudium initia huius procuraturae relaturum esse.

[172]) Mommsen C 3, p. 707. 5, p. 757. 12, p. 20 sq.

[173]) distabat ab Octoduro L milibus.

[174]) in commentariolo de Octoduri rebus C 12, p. 24 hunc titulum omisit aut abiecit, cf. EE 5, p. 221.

Sardinia (et Corsica).

Sardinia et Corsica insulae anno iam 516 = 238 a Romanis occupatae sunt. sed illa non minore pestilentia infamis quam fecunditate clara erat,[175]) haec arida et saxosa.[176]) atque partem magnam incolarum, quorum origines ad complures gentes referendae sunt, imperatoria etiam aetate a cultu et humanitate longe afuisse nos docent, quae de bellis et latrociniis continuis in his partibus accepimus.[177]) dum res publica Romana libera fuit, in Sardinia insula nullum oppidum civium Romanorum aut liberum fuit; in Corsica vero colonias c. R. Marianam C. Marius et Aleriam L. Sulla condiderunt. postea a Caesare patre vel filio colonia Iulia Turris Libisonis[178]) et Caralis municipium c. R.[179]) condita sunt; ad Augustum ducuntur dignitatis Uselitanorum initia, quorum oppidum postea coloniae iure ornatum est.[180]) adde Norenses c. R. (?)[181]) et municipes nescio utrius generis Sulcitanos[182]) et Cornenses colonos (?)[183]) et forum Traiani. tribus una Quirina in Caralitanis Cornensibus Sulcitanis occurrit. in Corsica vero tituli fere deficiunt, tribulis memoria adhuc nulla prodiit.

Carales **Quirina**

C 10, p. 787. quod Plinius n. h. 3, 85 Caralitanum oppidum c. R. dicit, titulis duobus C 10, 7682 et 7844 confirmari videtur. illa inscriptio in museo Caralitano adservatur et C. Iuli mun[icipi liberti] ´Saecularis nomen continere putatur, haec Viduo deo a C. Iulio municipi l. Felicione dicata in vico Sanluri reperta est, qui vicus utrum Caralitano an Uselitano agro comprehensus sit, ambigitur. qui C. Iulii si recte ad Caralitanum municipium referuntur, oppidi formae Romanae origo a Caesaribus sive patre sive filio repetatur necesse.

α C 8, 3185 (Lambaesi) '- - *L. M[a]gnius Fortunatianus [Q]uirina Caralis, - - m(iles) l(egionis) III A(ug.)* - -'.

---

[175]) Mela 2, 123. Strabo 5, 2, 7 C 524. 525. Pausanias 10, 17, 2. 6.

[176]) Strabo 5, 2, 7 C 224. Senecae cons. ad Helv. 8 et epigr. de Corsica.

[177]) de Sardis montanis Strabo 5, 2, 7 C 225. Tacitus ann. 2, 85. Diodorus 5, 15, 5 (Ῥωμαίων ἐπικρατούντων καὶ πολλάκις ἐπ' αὐτοὺς στρατευσάντων - - ἀχείρωτοι πολεμίᾳ δυνάμει διέμειναν; cf. 5, 15, 3). — de Corsis Mela 2, 122. Strabo 5, 2, 7 C 224 (οἰκεῖται δὲ — sc. Corsica — φαύλως τραχεῖά τε οὖσα καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη καὶ ἀπὸ ληστηρίων ζῶντας ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων κτέ.). Diodorus 5, 14.

[178]) Geogr. Rav. 5, 26 P 411, 13. 14 et Plinius n. h. 3, 85.

[179]) Plinius l. c., cf. C 10, 7682. 7844.

[180]) *colonia Iulia Augusta Uselis* C 10, 7845 anni 158; κολωνία Ptolemaeus 3, 2, 2.

[181]) Plinius n. h. 3, 85 coll. C 10, p. 786.

[182]) C 10, 7518. 7519.

[183]) C 10, 7915.

β C 10, 7587 (a. 117—138) '- - . . . . . *L. f. Quir. Rufo, praef. coh.*, cet., *pontific[i], IIII vir(o) i. d. qq.* - -'. 7599 '*Q. Gabinio A. f. Quir. Recepto, IIII vir(o) iur. dic. quinq., perpetuo flamini divor. Aug. ex consensu provin(ciae)*'. 7603.

γ C 10, 7598.

Galeria ε C 10, 7580 (cf. 6976 Messanensem). Pollia ε 7583 ≌ 7584 cum add. p. 995 (cf. eiusdem hominis Forotraianensem 7860).

Cornus **Quirina**

C 10, p. 823. *[co]lon[i]* in titulo n. 7915, sed male descripto, dici videntur.

α C 10, 7915 '*Q. Sergio Q. f. Quir. Quadrato, eq. R., patrono civitatis* - -, *ordo et populus Cornensium optimo civ(i), pat(rono)* - -'.

Forum Traiani

C 10, p. 816.

δ C 10, 7863 '. . . . . *[C]ol.* (vel *[P]ol.* vel *[V]ol.*) *Pollio, [trib. mil. c]oh. XV urb., trib. coh. IIII pr.*'.

Sulci (in parva insula Sardiniae proxima sita) **Quirina**

C 10, p. 782. — quando in municipii formam (C 10, 7518. 7519; cf. 7514) redactum sit hoc oppidum, adhuc quaeritur.

β C 10, 7518 '*L. Cornelio Quir. Marcello L. Corneli Lauri patri, IIII vir(o bis) iur(e) dic(undo)*, cet. - -'.

ββ C 10, 7519 '*[T.] Flavio [T.] f. Quir. Septimiano, IIII vir(o) iu[re] d[ic.]*, cet. - -'.

ε C 10, 7517 vs. 3 '*[Quiri]na*'?

Voltinia γ C 10, 7524 ad Galliae Narbonensis aliquod oppidum nescio an spectat.

Turris Libisonis

C 10, p. 826. *colonia* (Plinius n. h. 3, 7, 85) *Iulia* (geogr. Ravennas 5, 26, Parth. 411, 13 sq.). tribules in his locis duo innotuerunt, iidemque Collinae homines, alter ingenuus, alter libertinus. sed quod Mommsen inde effici cogique posse putat coloniae Turris Libisonis cives ingenuos in Collinam adscriptos esse, secus iudicatum esse mihi videtur. nam si Puteolos quoque civitatem, portum quasi celeberrimum urbis Romae, in unam ex tribubus urbanis receptam dicit et 'fortasse antiquo tempore eiusmodi coloniarum cives pariter atque intra urbem degentes tribubus urbanis adscriptos esse' conicit, respondeo Romam ipsam, quae erat ager tribuum urbanarum quattuor, ab Augusto vel certe sub primis imperatoribus Fabiae adscriptam esse, item Augusti fere aetate ex Palatina transiisse videri Ostienses in Voturiam (cf. titulum satis antiquum C 14, 426) et Puteolanos in Falernam (cf. C 10, 1685, ante a. 14 positum), neque igitur admitti posse, oppidum a Caesare sive patre sive filio conditum in Collinam coniectum putari, prae-

sertim cum haec tribus neque antea neque postea ullius civitatis honore digna visa sit.

β C 10, 7953 '*Q. Allio Q. f. Col. Pudentillo, auguri* - -'.
γ C 10, 7967 '*C. Vehilio C. l. Coll. Rufo*'.

Sicilia.

Maiore parte Siciliae ea, quam antea Karthaginienses tenuerant, Romani a. 513 = 241 potiti sunt, iisque, ut Ciceronis utar verbis (Verr. 2, 2, 3) '*ex hac provincia gradus imperii factus est*'. huic provinciae Syracusis et Agrigento oppidis expugnatis reliquus Siculorum ager est additus (a. 544 = 210). id quod Siculis non bene evenit, quoniam eorum res cum tributi frumentarii exactionibus tum nefando illo Romanorum nobilium quaestu ex florentissimis paene pessumdatae sunt: agri enim servorum nobilitatis manibus exerceri coepti, servi greges in pascua mittebant, mercatura iacebat, multa oppida deserebantur. neque ante libertatem rei publicae Romanorum sublatam aut fortuna Siculorum mutata est aut ulla eorum civitas ad Latinam vel Romanam formam instituta; liberae eo tempore erant Alesa Centuripae Halicyae Panhormus Segesta, foederatae Messana Netum Tauromenium. mutationis testes magni putantur esse et Cicero, qui ad Atticum a. d. X Kal. Maias a. 710 haec dedit (14, 12, 1): '*scis quam diligam Siculos et quam illam clientelam honestam iudicem. multa illis Caesar, neque me invito; etsi Latinitas erat non ferenda; verum tamen —. ecce autem Antonius accepta grandi pecunia fixit .legem a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani; cuius rei vivo illo mentio nulla*' et Diodorus, qui haec de Siculis narrat (13, 35, 3): πολλαὶ γοῦν τῶν κατὰ τὴν νῆσον πόλεων χρώμεναι διετέλεσαν τοῖς τούτου (Dioclis sc.) νόμοις, μέχρι ὅτου πάντες οἱ Σικελιῶται τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἠξιώθησαν, ita ut etiam si illam legem, quam M. Antonius a C. Caesare dictatore scriptam esse simulavit, una cum ceteris actis rescissam (Cicero, Philipp. 12, 5, 12. 13, 3, 5) existimes, Siculos Augusto rem publicam administrante civitate Romana usos esse putes. his testimoniis cum alii tum Mommsen, qui nuper de Sicilia provincia egregie disseruit, rem decisam iudicavit. tertium testem, cuius verba cum ista narratione pugnant, vir ille doctissimus ultra fidem esse putat. Plinius enim (nat. hist. 3, 88—92) in Sicilia insula esse tradit '*urbes ac civitates LXIII*'. in eis esse dicit quinque colonias: Catinam Syracusas Tauromenium Thermas Tyndarim, civium vero Romanorum oppidum Messanam Mamertinorum, Latinos: Centuripinos Netinos Segestanos; addit populos stipendiarios per litteras digestos, qui sunt XLVII, et aliquot '*oppida*', de quorum forma nihil adscripsit; accedit (3, 93) '*Lipara cum civium Romanorum oppido*'.

Multum nos adiuvaret compertum habere, unde et qua fide Plinius haec quae de Siciliae provinciae statu enarrat et illa quae eiusdem generis de Hispaniis Gallia Narbonensi Africa aliisque provinciis tradidit sumpserit. sed id nunc inter omnes constare videtur, publicorum quorundam commentariorum haec fragmenta a Plinio memoriae prodita eosque commentarios satis multis annis ante Flavios imperatores scriptos esse; sed quinam eos et quo tempore scripserit, magna adhuc est quaestio. sed ut Belochium mittam, qui nuper speciosius quam verius de Divi Claudi aevo cogitavit,[184]) viri doctri nostri plerique ad Augusti regnum illos commentarios revocant, quamquam in eo haerent, quod provinciarum formae, quas ab Augusto constitutas scimus, alia aliis rebus a Plinianis recedunt. atque adeo Mommsen Siciliae laterculum a Plinio corruptum esse demonstrabat; attamen ut recte in multas et magnas vituperationes Pliniana illa levitas et socordia inciderit, totam provinciae alicuius formam ab eo vitiatam et perditam esse praeter fidem dicitur.[185]) sed iam spero demonstratum iri tabulas publicas, quas Plinius postea exscripsit, primis Caesaris filii regni annis, atque etiam fortasse paullo ante a. 727, scriptas esse; male enim in eis desiderari videntur, quae Augustus per supremos annos XXX vel XXXX sive condidit sive mutavit. ex qua mea spe si nihil erit quo deturber, Plinius et Diodorus ita inter se comparari poterunt, ut alter ad priores alter ad posteriores Augusti

---

[184]) Bevölkerungslehre 1, 1886, p. 324 sq.

[185]) Plinium increpat Mommsen (C 10, p. 713 col. b), quod tabulis publicis aetatis Augusti ita interpolatis 'ut et alia eis insererentur ab Augusti indice aliena et adnotaretur, si quae Siciliae oppida ante reliqua, id est eo tempore, quo pleraque eorum stipendiaria fuerunt, Latio civitateve donata essent' 'ita abusus esse videtur, ut oppida, de quorum condicione nihil ibi adnotatum esset, stipendiaria esse sibi persuaderet, cum iam essent municipia'. ceterum l. c. Plinius, praeterquam quod Diodori de Siciliae totius condicione verba cum Plinianis non videntur comparanda, in his fere rebus vituperatur: Panhormum inter oppida enumeratum esse, quamquam ab Augusto coloniae iure donatum esse constat; at annum, quo id factum sit, nescimus, quamquam post a. 727 id factum esse pro comperto est. 'Thermae eae, quibus coloniae vocabulum adscriptum est, Selinuntiae sunt vix umquam ad rempublicam admissae, non Himeraeae, quas vere Augustus coloniam fecit; hae ita omissae sunt, ut Himera pridem deleta inter oppida numeretur'; at Plinius 'Thermensium coloniam', quam in tabulis publicis legit, facili errore cum Thermis Selinuntiis, quarum mentio erat in descriptione orae, quo potissimum fonte in libris geographicis utebatur, coniunxisse videtur; Himeram autem et Camarinam, quam in Plinianis comparere Mommsen miratur, recepisse videtur ex eadem illa descriptione, quae civitates et portus, montes et fluvios, castella et promunturia promiscua et ex litorum ordine protulit. hac vel simili ratione qui utetur, reliqua quoque vitia, quae Mommsen reprehendit atque suo iure reprehendit, quamquam non tollet tamen explicabit et excusabit neque earum rerum fidem, quas Plinius non ex periplo sed ex tabulis publicis sumpsisse videtur, in dubium vocabit. hoc unum me pungit, quod numos sic inscriptos '*mun. Henna*' vel '*Hennae*' et '*M. Cestius L. Munatius II vir(i)*' Mommsen per bella civilia ante proelium Actiacum cusos opinatur (C 10, p. 736), in Plinianis autem Hennenses stipendiarii numerantur (3, 91). sed nondum vidi, quibus causis ad hanc opinionem perpulsus sit Mommsen.

annos iure referatur testis.[186]) sane, quamquam etiam locupletes rerum scriptores veteres de oppidorum condicionibus saepius falsa rettulisse nemo est qui nesciat,[187]) Diodori verba, quippe qui in Sicilia genitus de Siculorum rebus scripserit, nullo modo possunt contemni, neque quo alio modo nisi solito intellegantur video.[188])

Augusti igitur aetate[189]) demum Siciliae oppida in civitatis Romanae societatem vocata sunt. De tribubus Siciliae et propter titulorum domesticorum satis parvum numerum et quoniam nullius militis e Sicilia oriundi memoria superest parum constat. sed duae potissimum eaedemque forsitan solae tribus in Siciliae oppidis regnasse videntur, Quirina et Claudia. in insulis autem Siciliae proximis solam Quirinam fuisse opinor.

Catina **Claudia**

C 10, p. 720 sq. — a. 633 = 121 stipendiaria civitas erat (Oros. 5, 13); a Plinio (nat. hist. 3, 89) Strabone (6, 2, 3 C 268) Ptolemaeo (3, 4, 9) colonia dicitur.

β C 10, 7023 '- - *Q. Atilio Q. f. Cla. Severo, praef. fabr., II vir. suf(fragiis) popul(i) creato*'. in 7031 vs. 1 '*Cla(udia)* . . .', vs. 2 '*II vir* . . .' intellegi videntur.

γ C 10, 7083 '- - *P. Phonteius* . . . . . | *Cl.' Million* . . . . . | *mens* . . *Phontei*|*a Mercatilla fil.* | *piissimo fecit*'; sed hic titulus Carrerae solius fide traditus est neque satis intellegitur.

Quirina δ (β?) C 10, 7019 '*L. Roscio L. f. Quir. Rufo, pr[aef. coh. . .] equitatae, equo pub., adlecto* . . . . .'.

Eryx mons

C 10, p. 746 sq. — aedes Veneris in monte Eryce eodem modo atque Dianae Tifatinae in sua potestate fuisse videtur; Plinius Erycinos (nat. hist. 3, 91) stipendiarios numerat; Strabo qui aliquanto postquam tabulae publicae illae ex quibus Plinius sua hausit exaratae sunt Siciliae res enarravit, haec habet (6, 2, 5 C 272): νυνὶ δ'ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία λειπανδρεῖ (τὸ ἱερὸν Ἀφροδίτης τιμώμενον) καὶ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐκλέλοιπε τὸ πλῆθος, ita ut non cum Mommseno et Bunburio[190]) fecerim, qui extrema iam aetate rei publicae

---

[186]) quamquam miror Plinium, si eius aetate Sicilia tota in civitatem Romanam erat, nihil de hac re ad ea, quae ex tabulis publicis cepit, addidisse, id quod in Hispanis oppidis fecit (3, 30).

[187]) exempla sunt Strabonis error, quo Ravennam colonos Romanos accepisse dicit (5, 1, 11 C 217) et Iosephi contra Apionem verba (2, 4): Ἴβηρες γοῦν οἱ πάλαι καὶ Τυῤῥηνοὶ καὶ Σαβῖνοι Ῥωμαῖοι καλοῦνται (cf. Mommsen, Röm. Gesch., 5^2 p. 62, 1).

[188]) ceterum Madvig, Verf. u. Verw. d. röm. Reichs, 1 p. 31, Diodorum huius rei fidem augendo superiecisse putat.

[189]) cf. Dio 54, 7, 1 ad a. 733 = 21: ὁ δὲ Αὔγουστος τά τε ἄλλα τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διοικήσας, καὶ τὰς Συρακούσας ἑτέρας τέ τινας πόλεις ἀποίκους Ῥωμαίων ἀποδείξας ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη. confer mon. Ancyrani Graeca 15, 18.

[190]) in Smithii lexico geogr. 1^2, p. 853.

liberae nullam ibi fuisse civitatem Pliniumque cum Strabone pugnare censent. anno p. Chr. 25 res publica nulla hoc loco fuisse videtur (Tacitus, ann. 4, 43).

γ (ε?, cf. Borghesi, opera 8 p. 396) C 10, 7259 '*L. Seius L. f. Aem. Fir . . . - -*'.

Gaulus **Quirina**

C 10, p. 774. — Ptolemaeus 4, 3, 47: Γλαύκωνος (sic) νῆσος καὶ πόλις. in titulis saec. II exeuntis municipium dicitur.

α C 10, p. 7507 cum add. p. 994 (G., post a. 161) '. . . . . *Quir. Postu[mo, patro]no municipii,* cet., *omnib. honorib. civitatis suae ho[nestissim]e functo* cet. - - *pleps Gaulitana - -*'.

β C 10, 7501 cum add. p. 994 (ante a. 29) '- - *M. Livi M. f. Qui. Optati, flaminis G[a]ul(itanorum) Iuliae Augusti imp. perpet(ui) - -*'. accedit fortasse QVIR··· in versu primo tituli male lecti 7509.

γ C 10, 7511 '*Q. Lytatius Q. f. Quir. Longinus - -*'.

ε C 10, 7508 cum add. p. 994 (post a. 161) '*M. Vallio C. f. Quir. Rufo, equo publico exornato - - in solacium C. Valli Postumi, patroni municipii, patris eius . . . . . - -*'.

Pomptina ε C 7506 cum add. p. 994 (litteris aevi labentis) cum quo conferendus Volturnensis 3722.

Halaesa

C 10, p. 768. Romana re p. libera Halaesina civitas sine foedere immunis ac libera fuit (Cicero Verrin. 3, 6, 13; Diodorus 14, 16, 3); in Plinianis est stipendiaria (3, 91); in titulo C 10, 7458 anno 752 posteriore *municipium* dicitur, cf. numus Brit. musei (catal. p. 28 n. 16).

γ C 10, 7460 '*M. Limbricius M. f. Fal. Rufus - -*'.

Lilybaeum

C 10, p. 742. accedit Mazara C 10, p. 738 sq. — Plinius (nat. hist. 3, 90) in orae descriptione '*oppidum Lilybaeum*' condicione omissa; in titulo C 10, 7223 *municipium* dicitur, in numo (cat. num. Sic. musei Brit., p. 95 n. 7. 8) *Augu(stani) Lilybit(ani)* sunt. tribus ignoratur.

Claudia: α C 10, 7237 (L., a. 185—192) '*M. Marcio M. f. Cla. Bieti Glauco, patri senatoris,* cet., *patrono ob merita eius quae in cives suos confert, c. v., adlecto inter tribunicios - -*'.

Fabia: α C 10, 7211 (Mazarae) '*L. Amatio L. f. Fab. Maximo Memoriano, q(uaestori) p(ecuniae) [p(ublicae)], aedili, II viro, [pr]a[ef.] imp. Antonini II viri, ...* cet., *populus Lilybitanus bono civi - -*'.

Oufentina et Voturia: γ C 10, 7224 '- - *[M.] Albi M. f. Ouf. Pollionis - - C. Domiti C. f. Vot. Rufi - - Mercurio Augusto . . . . .*'. Poblilia β C 10, 7212 '*M. Rubellino P. f. Publ. Cestiano Crassiciano, flam. divor. Aug. perp., trib . . . . .*'. Pomptina β C 10, 7222 '*M. Paconius L. f. Pomp. Vipsanus Proculus, aed(ilis) - -*'.

Lipara **Quirina**

C 10, p. 772. — Plinius (nat. hist. 3, 93): '*Lipara cum civium Romanorum oppido*'; cf. numus musei Britannici catal. p. 264.

β C 10, 7490 '*L. . . onn[ius L. f. Q]uir. Noment[a]nus (aedilis) - -*'.

Melita

C 10, p. 773. 994. — Cicero Verr. 5, 72, 184 Melitenos socios populi Romani dicit; C 10, n. 7495 *mun(icipium) Melitensium* legitur. quod non una cum Siculis in civitatem Romanam Melitenos acceptos putat Mommsen, num recte de hac re anquisiverit, ignoro.

ββ CG 5754 '. . . . . Λ(ουκίου) Κλ(αυδίου) υἱὸς Κυρ(είνα) Προύδηνς, ἱππεὺς Ῥωμαίων, πρῶτος Μελιταίων καὶ πάτρων, ἄρξας καὶ ἀμφιπολεύσας - -', cf. KT p. 121 n. 41.

Messana

C 10, p. 716. Mamertinorum civitas M. primo foederata fuit (Cic. Verr. 3, 6, 13; cf. Plut. Pomp. c. 10); Plinius 3, 88 '*oppidum Messana civium Romanorum qui Mamertini vocantur*'. Mommsen hanc mutationem inter a. 684 et 710 factam esse probare studuit; ad annum usque fere 727 ei progredi licuit, cf. supra p. 129.

ε C 10, 6976 '*L. Baebius L. f. Gal. Iuncinus, praef. fabr.*, cet.'; cf. Caralitana inscriptio C 10, 7580 L. Baebi L. f. Gal. Aureli Iuncini.

Syracusae

C 10, p. 730. Marquardt Staatsverwaltung 1², p. 83 sq. — Divus Augustus coloniam ibi condidit a. 733 = 21 (Dio 54, 7, 1; Strabo 6, 2, 4 C 270; Plinius 3, 8, 89; Ptolemaeus 3, 4, 9; C 10, 7131. [7132?]).

Falerna: C 10, 7156 '. . *M(?)annlius Sp. f. Fal. Rufus*'. (de Maecia C 1, 1474 = 10, 7121 videsis quae supra de Bononiae testibus dicta sunt.)

Thermae Himeraeae

C 10, p. 761. — C 10 n. 7345: '*colonia Augusta Himereorum Thermitanorum*'; Plinius (nat. hist. 3, 90) qui male de Thermis Selinuntiis cogitare videtur:[191]) '*Thermae colonia*'.

α C 10, 7398 ('origine non urbana, potius Thermitana' Mommsen) '. . *Domitius A. f. Quir. Himeraeus sibi et Domitiae A. f. sorori - -*'; sed *Himeraeus* non tam patriae index quam cognomen esse videtur. Thermitanus fuisse videtur origine L. Acilius L. f. Qui. Rufus, q. pro pr. provinc. Siciliae, tr. pl., praetor, cui patrono Hispellates publice decreto decurionum statuam Thermis posuerunt, C 10 n. 7344.[192])

γ C 10, 7407 '*M. Granio M. f. Quir. Dextro - -*'. 7414 '*L. Iulius L. f. Quir. Attilianus - -*'.

---

[191]) cf. supra p. 129, not. 185.

[192]) de aetate tituli cf. Klein, Verwaltungsbeamten 1, 1 (1878) p. 165.

supersunt etiam Claudiae testes, in qua potius quam in Quirina Thermitanos fuisse censet recte fortasse Mommsen:

β C 10, 7348 '*M. Cestio P. f. Cla., primopilo,* cet., *II vir(o) - -*'. 7355 '*C. Virio C. f. Cla. Maximo, haruspic(i) - -*'.

γ C 10, 7422 C · METEL' CLA ;; vs. 2 *Cla(udiam)* agnoscere sibi visus est Mommsen.

Titulum C 10, 7316 non Panhormitanum, sed Bovillensem esse iam constat, cf. C 10, p. 993.

Africa et Mauritaniae.

Carthagine Romae aemula urbis (a. 608 = 146) expugnata et funditus deleta Poenorum ager, qui a populo Romano in provinciam redactus est, a Tusca fluvio ad Thenas usque pertinebat. paucaque in iis finibus oppida e Romanorum magistratuum imperio potestateque exempta erant,[193]) quae oppida, cum bello contra Carthaginienses dimicabatur, a Romanorum steterant partibus. sed multum aberat, ut his angustis finibus nominis Romani auctoritas et imperium continerentur; immo vero reges et populi per totam Africam, quae septentriones et occidentem solem spectat, ei parere discebant: iam magis magisque apparebat, potissimum post Iugurtham infelicem illum Numidarum regulum devictum, ibi quamquam non nomine verumtamen re provinciam Romanam esse.

In Carthaginis territorium a C. Graccho a. 632 = 122 colonia civium Rom. deducta est, sed anno proximo Minuci Rufi de legibus Semproniis abrogandis lege abolita est, quamquam agros ipsos coloni Romani in possessione sua retinebant; atque reliquae provinciae agros Romani aut ipsi aut per servitia arare coeperunt.[194]) in bello Iugurthino Leptis Magna foedus et amicitiam cum s. p. q. R. iniit. secutum est inter alia bellum illud atrocissimum, quod Pompeiani eorumque Iuba socius contra C. Caesarem male gesserunt. quorum copiis immani acie fusis et prostratis victor non solum ex regno Numidarum novam provinciam effecit, sed etiam ut Afri cum Romanis legum et morum, sermonis et deorum communione quadam coniun-

---

[193]) '*quei ager intra finis populorum leiberorum Uticensium H[adrumetinorum T]ampsitanorum Leptitanorum Aquillitanorum Usalitanorum Teudalensium, quom in amicitiam populei Romanei venerunt, fuit*' lex. agr. a. 643 = 111 (C 1, n. 200), l. 79 sq.

[194]) '*L. Appuleius Saturninus,* Aurelius Victor de viris ill. c. 73 ait, *tribunus plebis seditiosus, ut gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, ut veteranis centena iugera in Africa dividerentur; intercedentem Baebium collegam facta per populum lapidatione summovit*'. haec lex quamquam sicuti lex de coloniis deducendis in Siciliam Achaiam Macedoniam et reliquae fere omnes Appuleiae Saturnini sublata esse videtur, tamen C. Mario datum esse videtur, ut in aliquot oppida veteranos deduceret. Marianae enim in Corsica sitae coloniae nomen et originem viri docti iam pridem a C. Mario illo repetivere; porro ex titulis nuper repertis alteram, non dico coloniam, sed Marianorum colonorum civitatem vel conciliabulum cognovimus, Uchitanorum sc. maiorum.

gerentur nova et salutaria consilia iniisse videtur. tantumque aberat, ut praematuro summi illius viri exitu consilia ab eo suscepta et proposita neglegerentur, ut principes imperii Romani semper in iis manerent et quae ille voluerat quodammodo perficerent.[195])

Mauritania a. 40 p. Chr. regibus suis parere desiit et in dicionem Romanorum venit. divisa autem est in duas provincias, quarum altera quae ad occidentem spectabat Tingitana, altera vero Caesariensis appellabatur.

Inter eos veterum scriptores, qui Africae et Mauritaniae fines formasque expresserunt, Plinius naturalis historiae libri quinti capitibus 1—4 gravissimus et uberrimus auctor iudicatur, quoniam cum περίπλουν illum, quem Varronis putant,[196]) diligenter expilavit tum civitatium Africae provinciae[197]) recensum servavit, quem sive ad Agrippae sive ad publicos quosdam de orbis Romani rebus publicis earumque formis commentarios virorum doctorum communis fere opinio refert. sunt quidem qui in hac naturalis historiae parte Plinium non minus neglegentiae quam inscientiae convictum putent. atque fateor numerum neque coloniarum neque municipiorum, quae *Iulio* nomine adiuncto testes et lapidei et alii a Caesaribus aut patre aut filio ante annum 727 = 27 condita esse confirmant, a Plinio compleri; id quoque addo Plinium quod ei e more erat ut cum Agrippianis, quamquam non reliqua oppida, verumtamen colonias aevi inferioris coniungeret, hoc loco neglexisse videri. atque idem ego hoc existimo hanc rem gratissimam nobis praeberi, unde de indole et aetate commentariorum illorum certior ferretur sententia. quam quaestionem absolvere huius loci non est, sed hoc e tenebris quasi elucere puto, Agrippiana q. d. ante annum 727 = 27 scripta esse. Facile fieri potuit, ut Plinius Augusti colonias[198]) eis addere neglegeret.

Secundum locum nobis obtinent itineraria Antonini Peutingeri Ravennatis, quae ea re fere consentiunt omnia, quod coloniarum vel municipiorum appellatione nullius provinciae oppida ornant praeterquam Africae et Mauritaniarum; haec indoles archetypi ut ita dicam itinerariorum s. s. fuerit necesse est; sed non licet hoc loco amplius de illa re ad rem Romanorum geographicam illustrandam apta disserere, quam me primum observavisse opinor.

Tertio loco ducimus Ptolemaeum, qui capite 1 quarti libri de Mauritania Tingitana, c. 2 de Caesariensi, c. 3 de Africa agit atque Caesariensis octo, Africae octo (decem?) κολωνίας diserte enumerat.

---

[195]) de iis quae Dio tradit de Numidia ab Octaviano a. 724 = 30 regio nomini reddita, sed non multo post (a. 729 = 25) cum Africa provincia coniuncta, bene egit Mommsen, Röm. Gesch. 5², p. 628.

[196]) *de ora maritima* libri tres.

[197]) in Mauritaniis Plinio Agrippiani indices nulli praesto fuerunt, quoniam provinciae illae multis annis post Agrippam mortuum constitutae sunt.

[198]) inde ab Augusti morte usque ad Flaviae domus imperia ne nos quidem novimus colonias ullas in Africa provincia deductas.

Ex Strabonis autem (17, 3) et Melae (1, 25—38) de Africa occidua commentariis quod ad nos pertineat, nihil fere capi potest. accedit denique titulorum plus minus diserte res Africae illustrantium uberrima copia, quam in dies augeri grato animo percipimus auctumque iri speramus.[199]) Hi sunt ergo fontes, ex quibus praesertim hausta sunt, quae fere constant et de Romanorum imperii finium in his partibus prolatione et de castrorum praesidiorumque exercitus Africani mutationibus et de morum institutorumque Romanorum propagatione cum in hominibus tum in civitatibus. a litoralibus nomen Romanum nomenque Latinum Iuliis Claudiis Flaviis imperantibus paullatim ad proximas regiones intus sitas pervenit. praeter ceteros autem principes maxime de Africa meriti sunt Divus Traianus atque Divus Severus; hic enim oppidorum suorum longe maiorem partem in summa planitie constituit iisque radices iam septentrionales Aurasii ipsius montis cinxit et montes collesque illi continuos, qui paullatim ad planitiem et mare decurrunt, ornavit; ille autem, ipse Africanus atque Leptitanus patriaeque amantissimus, ultra etiam progressus est.

Ex quo tempore res publica Romana penes principes stetit, cum coloniis et municipiis civium Romanorum vel Latinorum novo modo tribus consentaneum est coniunctas esse. Caesarem patrem olim probare studui tribus illas XXIII, quae post Marsicum bellum melioris notae essent, propagavisse, filium vero tribus VIII deterioris sortis; Claudios et Flavios imperatores Quirinam, Traianum Papiriam, Hadrianum Sergiam suis civibus dedisse. iam debet addi Claudium imperatorem in Claudiam quoque tribum[200]) et Marcum in Papiriam novos cives accivisse.

Videamus nunc de Africae et Mauritaniarum re tribuaria; ac quidem erat in

tribu	oppidum	in Plinii nat. hist. dictum	quod ab aliis testibus saeculorum I et II dicitur fuisse
Horatia	Africae:		
	Assuras	5, 29: c. R.	
	Uthina	5, 29: colonia	
	Mauritaniarum:		
	—	—	

[199]) praeter C 8 et EE 5 acta quaedam Francogallorum hominum rei epigraphicae apprime studiosorum quamquam pauca pro bibliothecarum Vindobonensium inopia adhibui; sunt autem haec: Revue archéologique 1882—1887, Bulletin de correspondance Afric. 1—3, Mémoires et Bulletin de la société nationale des antiquaires de France 1882 sqq., Bulletin trimestriel des antiquaires franc. d'Oran 1. 2. 3, 1—136. 4, 1—144, Revue de l'Afrique 5, 1887, Bulletin épigraphique du midi de la France (usque ad fasc. 46, 1887), Bulletin épigraphique de la Gaule.

[200]) hanc tribum antiquitus Claudiae gentis hominibus completam fuisse res notissima est.

tribu	oppidum	in Plinii nat. hist. dictum	quod ab aliis testibus saeculorum I et II dicitur fuisse
Quirina (reperitur in Africa et in Cirtensibus et in maritimis oris et in campis Bagradae aquis irrigatis, in Mauritania Caesariensi vero universa praeterquam in particula Africae provinciae contigua.)	Africae:		
	Ammaedara	—	colonia Flavia Augusta
	Bisica	—	ante a. 161/9 municipium factum
	Bulla regia	5, 22: liberum	
	Cercina	5, 41: liberum	
	Cirta (Arsacal, Caldae, Celtianenses, Chullu, Mastar, Mileu, Phua, Rusicade, Saddar, Sigus, Subzuar, Tiddis, Uzelis)	5, 22: colonia	C. Iuli Caesaris colonia
	Gigthis	—	
	Gurza	—	a. 742 = 12 civitas stipendiaria
	Hippo [(Regius)]?	[(5, 22)]	
	Madaura	—	ante a. 160 colonia
	Muzua	5, 24	
	Nattabutes	5, 30: natio	
	Sicca	5, 22: colonia	colonia Iulia Veneria
	Simitthu	5, 29: c. R.	colonia Iulia
	Sufetula	—	
	Thibilis	—	
	Thuburbo minus	—	ante a. 161/9 municipium factum
	Utica	5, 24: c. R.	municipium Iulium
	Mauritaniarum:		
	Auzia	—	municipium saec. II
	Caesarea	5, 20: colonia Divi Claudii	colonia Claudia
	Cartenna	5, 20: colonia Augusti	
	Icosium	5, 20: Latinum Vespasiani	
	Manliana	—	
	Oppidum Novum	5, 20: colonia Divi Claudii	
	Portus Magnus	5, 19: c. R.	
	Rusguniae	5, 20: colonia Augusti	
	Rusucurru	5, 20: c. R., Divi Claudii opus	
	Tipasa	5, 20: Latinum Divi Claudii	

tribu	oppidum	in Plinii nat. hist. dictum	quod ab aliis testibus saeculorum I et II dicitur fuisse
Galeria	Africae:		
	Thysdrus	5, 30: liberum	colonia Iulia
	Mauritaniarum:		
	—	—	
Arnensis	Africae:		
(in oppidis Carthagine et Saldis eorumque viciniis erat.)	Curubis	5, 24: liberum	coloniae Iuliae (quas non tam Divi Iulii quam Octaviani fuisse verisimile videtur)
	Karthago (Agbia, Thibursicum Bure, Thignica, Thugga)	5, 24: colonia	
	Neapolis	5, 24	
	Thabraca	5, 22: c. R.	
	Thuburbo [(maius?)]	[(5,29: colonia)]	[(colonia Iulia)]
	Thiburnica	5, 29: c. R.	colonia Augusta
	Uchi maius	5, 29: c. R.	colonia Mariana Augusta (Alexandriana)
	Mauritaniarum:		
	Saldae	5, 20: colonia Augusti	colonia Iulia Augusta
	Tupusuctu	5, 21: colonia Augusti	colonia Iulia Augusta
Claudia	Africae:		
	—	—	
	Mauritaniarum:		
	Volubilis	(5, 5: oppidum)	
Papiria	Africae:		
(sub montium radicibus, qui provincias a meridie claudebant, inde a Sitifi ad Hadrumetum usque et Capsam pertinebat.)	Calama	—	
	Capsa	5, 30: natio	
	Cillium	—	Fla(vium?) Cilium
	Cuicul	—	(ante) a. 147 colonia factum
	Diana	—	(ante) a. 141 municipium factum
	Giufi	—	
	Hadrumetum	5, 25: liberum	Traiani colonia
	Lamasba	—	
	Limisa	—	
	Macomades?	—	
	Mactar	—	(ante) a. 116 ad Latium vel civitatem Romanam provectum
	Mascula	—	(ante) a. 161—169 colonia factum
	Thagaste	—	
	Thamugadi	—	a. 100 colonia factum

tribu	oppidum	in Plinii nat. hist. dictum	quod ab aliis testibus saeculorum I et II dicitur fuisse
	Thelepte	—	ante medium saec. II colonia factum
	Theveste	—	
	Thubursic. N.	—	(ante) a. 99 colonia factum
	Tuccabor	—	(ante) a. 138—161 Lat. vel c. R. factum
	Vallis	—	ante saec. II ex. municipium factum
	Zucchar	—	
	Mauritaniarum:		
	Sitifis	—	colonia Nerviana Augusta
	Mons	—	
Cornelia	Africae:		
	Mustis	—	
	Mauritaniarum:		
	—	—	

Ad Caesarem igitur patrem revocamus : Quirinam, Horatiam, Corneliam (?), [Arnensem ??];
Caesarem filium : Arnensem, Galeriam, [Quirinam??];
Claudium : Quirinam in Africa et Mauritania Caesariensi; Claudiam in Mauritania Tingitana (?);
Flavios : Quirinam;
Nervam : Papiriam;
Traianum : Papiriam;[201]
Marcum : Papiriam.

Africa.

Agbia vide Karthaginem.

Ammaedara **Quirina**

C 8, p. 50. — in Plinii laterculis desideratur, sed C 8 n. 308 (cf. n. 302) *colonia Flavia Augusta ⟨A⟩emerita Ammaedar(a)* vocatur, ut ex Flaviis imperatoribus unus oppidum condidisse et coloniae iure donavisse videatur.

α C 8, 2975 (Lambaesi; a. fere 194) '- - *M. Sili M. f. Quir. Fausti Ammaedara), mil. leg. III Aug., def(uncti) in Parthia*'. 352 (A.) '*L. Cassius L. fil.*

[201]) Sergia Hadriani in Africis oppidis nondum quod scio reperta est. sed id casu factum est, quoniam Aelia aliquot oppida in Africa condita esse non ignoramus.

Quir. Faustus, - - homo bonus hominibusq(ue) pernecessarius, quem quaerit patriae maximus hic populus - -'.

β C 8, 314 '- - *Sex. Iuliu[s . . f.] Quir. Tert[ullus], II viralic[ius] - -*'. 5351 (Calamae; post a. 117) '*T. Flavio T. f. Quir. Macro, II vir(o), flamini perpetuo Ammaedarensium,* cet.'.

γ C 8, 294. 295. 296. 330. 348. 358. 375. 376. 380. 406. 419. 425. 477.

Arnensis γ C 8, 345.

Aradis **Quirina**

C 8, p. 99.

β (?) C 8, 792 (a. 82) '*P. Ennius T. f. Eppilli n. Quir. Paccianus, commodis acceptis ex leg. II Aug. ab [i]mp. Domitiano Caesare Aug. Ger. cos. VIII . . . . .*'.

Arsacal vide Cirtam.

Assuras **Horatia**

C 8, p. 211. oppidum c. R. *Absuritanum* Plinius n. h. 5, 29 dicit, *col(onia) Iul(ia) Assuras* legitur in titulo anni 215 C 8 n. 1798.

γ C 8, 1813 '*Q. Novius Q. f. Hor. Felix - -*'. 1814 '*Ser. Novius Hor. Avitus - -*'. 1821 '*L. Valerius L. f. Hor. - -*'.

inscriptio C 8, 629 Mactaritana ad civem Assuritanum potius quam Mactaritanum referenda videtur; cf. 'Mactar'.

Bisica **Quirina**

C 8, p. 169. 938. EE 5, p. 284. Bulletin trimestriel d'Oran 1, p. 295 sq. hoc tantum constat ex titulis iam M. Aurelio et L. Vero imperantibus Bisicensium fuisse municipium.[202]) postea ad coloniae ius pervenisse videntur, cf. C 8, 1357 (a. 316/7) '*col. Bisica Lucana*'.

ε Bull. trim. 1, p. 302 n. 157 '*Q. Ennio T. f. Quir. Erpillo, 7 leg. III Aug., fl. pp. . . . ordo Bisicens(is) ex collat[io]ne patr[onatus]*'.

Bulla Regia **Quirina**

C 8, p. 157. 934. Plinius 5, 22 oppidum *liberum* dicit; *ordinis* Bullensis memoria traditur C 8 n. 10580 et EE 5, n. 472 (saec. III ex. vel IV in.).

α C 8, 3274 (Lambaesi) '- - *L. Vetulenius Quirina Bul(la) Festus, eq. leg. III Aug. - -*'.

β C 8, 10580 '*Valeriae L. f. Concessae C. Domitius C. f. Quirina Pudens Lucretius Honoratianus et C. Domitius C. f. Quirina Concessus matri optimae, item sacerdot[i] publicae Cererum - -*'.

---

[202]) cf. praeterea EE 5, 299 (Bisicae, saec. III in.) '*municipium A[. . . . . Bisicense?]*' et C 6, 1401 (paullo ante a. 193) '*[? colonia Au?]g(usta) Bisica Lucana ex Africa*'. — quonam modo ad Bisicenses pertinuerit *civitas Rir(ensis) Aq(uensium) Sacar(itanorum)*, Antonini Pii aetate a sufetibus et decurionibus recta, cuius mentio fit in titulo Bisica ipsa reperto (Bull. trim. 1 p. 297 n. 149 = EE 5, 295), equidem non video.

δ C 8, 10579 (post a. 138) '. . *Gargilio T. fil. Quir. Venatori, p(rimo)p(ilo) praerogativo tempore facto [a] divo Hadriano,* cet. - -'.

Calama **Papiria**

C 8, p. 521. 962. — Calamenses, antequam civitatem Romanam adepti essent, a principe et sufetibus rectos esse tituli 8, 5306. 5369 nos docent; quorum oppidum cum Traiani tempore municipium fuisse constet (cf. 8, 5289 a. 114—116; 5323 — divo Nervae Aug.; 5324. 5325 — a. 103) neque in Pliniano oppidorum Romanis legibus constitutorum indice enumeretur, civitatem inter Pliniani auctoris et Traiani tempora accepisse videtur; Traianum ipsum huius beneficii auctorem fuisse perquam probabilis coniectura est.

β C 8, 5298 '- - *Q. Nicanius Q. Nicanii Maximi fil. Pap. Honoratus, aedil(is), II vir* - -' ∾ 5299 '*Q. Niciu[s] Q. Nici Pudenti[s. f.] Pap. Annianus, dec(urio), [s]ac(erdos) Neptuni* - -'. 5305 '- - *C. Arrius Nepotis fil. Sabinius Papir. Datus, aedil., sacer(dos), ite[m duum]v(ir?)*'. 5367 '. . *Iulio Q. fil. Pap. Rusticiano, eq. R., fl. pp., II viral., aedilic.* - -'. 5368 '. . . . . *L. fil. Papir. Rufino, flam. Aug. perp., II vir(o) quinq(uennali) primo* - - *ordo Calamensium*'. 5375.

γ C 8, 5327 (a. 193/211).

Arnensis duo testes rep. ad Ain Kila bu Seba, qui vicus Kalamam propior est, quam ut Mommsenum sequi praestet, qui ad Hipponem regium eos confert: β C 8, 5280 '- - *Q. Tullius Q. f. Arnensis Florus, f(lamen) A(ugusti) perp(etuus)* - -' ≌ 5281. Horatia ε C 8, 5354 (ante a. 166); cf. 5355. Quirina αα 8, 2639 (Lambaesi) = KT p. 123 Flaviorum n. 10. γ 8, 5291. 5286 (Ain Kila bu Seba). ε 8, 5363. — cf. 5364, vs. 1: *Q(uirina)?* Sabatina(?) γ 8, 10844.

Caldae vide Cirtam.

Capsa **Papiria**

C 8, p. 22. Plinius nat. hist. 5, 30 in numero civitatium quarum pleraeque *etiam nationes iure dici possunt* Capsitanos habet. in titulo quodam C 8 n. 98 inter annos 119 et 138 exarato Capsitanorum *municipium, II viratus, flamonium* atque *Papir[ia]* tribus dici videntur, ita ut civitatem Romanam vel Latium huic oppido a Traiano concessum esse probabilis sit coniectura. in tabula Peutingeriana 4 e scriptum legitur *Capsa colonia,* idemque fortasse corruptum apud Ravennatem 3, 5 P 143, 16 *Capsalco.*

β C 8, 98 (a. 119—138) '- - *P. Aelius Papir[ia?* . . . . . *arcum a so]lo* - - *[ob honore]m II viratus* - -'.

Celtianenses vide Cirtam.

Cercina **Quirina**

insula post Plinii aetatem, qui nat. hist. 5, 41 '*Cercina,* ait, *cum urbe eiusdem nominis libera*', quae passa sit fata, ignoratur; itaque dubium, num eo tempore, quo titulus infra scriptus positus est, Cercinae lex iam Romano more constituta fuerit.

α Boissieu, Inscr. de Lyon p. 269 = Wilmanns ex. inscr. 1269 (Luguduni, Severi et Caracallae aetate) '*Tib. Antistio Fausti fil. Quirina Marciano, domo Circina, praef. coh. II Hispanae,* cet.'.

Chisiduo

C 8, p. 159. titulum C 8, n. 1269, qui aut Hadriano imperante aut paullo post scriptus esse videtur, *decu[rio]nes c(ives) R(omani) et [muni]cipes [C]hisiduenses* ponendum curaverunt; inde efficitur municipium Chisiduense Latinum fuisse.

de tribu minime constat e titulo C 8, 1269 '*T. Flavio T. fil. Quir. Gallico, proc. Aug. pro(v). Afric(ae) tract(us) Kart(haginiensis),* cet.'.

Chullu vide Cirtam.

Cillium **Papiria**

C 8, p. 33. — de oppidi vicibus nihil compertum habemus nisi quod 8 n. 2568 vs. 46 C. Iulius Septiminus quidam dicitur oriundus FLA · CILIO. quod si recte Flavium Cillium esse intellegitur,[203] Cillium Vespasiano vel eius filiis imperantibus ad honores vel municipii vel iam tunc coloniae pervenisse coniciamus necesse est; sed quomodo Papiria tribus et Flaviorum aliquis imperatorum oppidi conditor coniungantur, non perspicio.

α C 8, 210 '*coloniae Cillitanae Q. Manlius Felix C. filius Papiria Receptus post alia arcum quoque cum insignibus colo[niae] solita in patriam liberalitate - -*'.

titulos C 8, 211 et 216 in Flaviorum amplo sepulcro fixos propter Theleptensem decurionatum ad Thelepte nescio an recte rettuli.

Cirta **Quirina**

C 8, p. 618 sq. Mommsen, Hermes 1, p. 47 sqq. — Cirtam coloniam C. Iulius Caesar post Iubam regem devictum P. Sitti Nucerini militibus deductis condidit (Appianus b. c. 4, 54. Mela 1, 30. Plinius nat. hist. 5, 22) et *Iuliam Iuvenalem Honoris et Virtutis* dici voluit. civitati, quae extra imperii Romani fines in sociorum agro exstitit, alia atque coloniarum Romanorum solitaque liberior forma fuit neque Africae provinciae finibus prolatis mutata est; eique ager datus est, quantus alii oppido c. R. numquam concessus est; nam quoquoversus late patebat et ad septemtriones procurrens mare ipsum attingebat. pagi Cirtensium postea aucti et reipublicae forma donati sunt — Rusicade Mileu Chullu colonias factas esse constat —, sed ita ut a Cirtensibus non prorsus recederent et cum iis magistratuum et officiorum administrationumque communione coniuncti manerent. consentaneum igitur tribum quoque totius agri Cirtensium eandem atque capitis ipsius fuisse,

[203]) cf. de versu 36 eiusdem tituli *(Tib. Claudius Lucius Ael. Piladel. Emesa)* Kubitschek, Wiener Studien 1885, p. 168.

Quirinam dico. cuius tribus testes, ut Vespasiani aetatem, quod video, non superent, casu quodam accidit; antiquissimus enim est C 8, 7057. iam singula oppida pagosque Cirtensium recensebo:

Cirta:

α C 8, 2618 (Lambaesi; a. 211—212) inter alios veteranos collegiatos dicitur '*L. Tannonius Cresce(n)s Qui. Cirta*'. 2890 (ibid.) '- - *C. Iuli C. f. Quir. Quadrati Cirt(a)* - -'. 5350 (Calamae; ante a. 143) '*M. Cornelio T. f. Quir. Frontoni, III vir(o) capital(i), q. provinc. Sicil(iae), aedil. pl., praetori municipes Calamensium patrono*', quem notum illum oratorem Cirtensem origine fuisse satis constat. 5683 (prope Sigus) '- - [. . *Aemiliu]s C. fil. Quir. Rogatus - - [origine Ci]rtensis, vir ornatus q . . . . . t exsuperans familia . . . . . Sigus fui pagique ma[gister]*'. 7041 et 7042 (C.; a. 195/199) '*M. Coculnio Sex. fil. Quir.* (*Quirina* 7042) *Quintilliano* (*Quintiliano* 7042), *lato clavo exornato ab imp. Caesare* (*Caes.* 7042) *L. Septimio Severo Pertinace Aug. Pio* (*Pi* . . . 7042, qui hic desinit) *Parthico Arabico Parthico Adiabenico, quaestori desig., post flamonium et honores omnes quibus in colonia Iulia Iuvenali Honoris et Virtutis Cirta, patria sua, functus est* - -'. EE 5, 757 (Lambaesi; a. fere 147—150) '- - *Q. Iulius Q. f. Quir. Martialis Cirt(a) curiae Hadrianae felici veteranorum leg. III Aug., ob honor(em) flam(onii) perpet(ui)* - -'. M. Caecilius quoque ille Q. f. Quirina Natalis, cuius honorum tituli Cirtenses 6996. 7094—7098 (omnes a. 210) memoriam nobis tradiderunt, si quidem eum recte cum Dessauio eundem esse credimus, quem Minucius Felix in dialogo qui Octavius inscribitur Christianorum deum et mores increpantem facit, Cirtensis origine fuisse diserte traditur (Oct. c. 9).

? α C 8, 4191 (Verecundae) '*genio pa[triae Aug.] P. Horatius P. [Horati Cres]centis fil. Quir. I. . . . ., aedilicius, pra[ef. pro IIIvir(is)], IIIvir desig. col. [IIII Cirtensium]* - -'.

Cirtensis origine videtur fuisse C. Arrius . . f. Quir. Antoninus, qui anno fere 163 praefectus aerari Saturni et Concordiensium patronus factus est, C 5, 1874; cf. C 8, 7030. 7032. 8241 (et 2390).[204]

β C 8, 6940 ≌ 6941. 6942 (a. 224). 6944 (a. 199—209). 6947. 6948 (post a. 161). 6962 (Severi fere aetate). 6965. 6995 (post a. 193). 7000 (a. 211/212). 7079 (post Vespasiani bellum Iudaicum). 7102. 7103 ≌ (?) 7989 (Rusicade; a. 225, cf. 7988. 7103 et 7101). 7105. 7106. 7112 (Severi fere aetate, cf. 7062. 7063). 7115. 7118. 7123. 7416. 10867. accedit 5534. — mulier 7093.

γ C 8, 6954. 6971. 7108. 7177. 7200. 7230. 7256. 7302. 7340. 7362. 7363. 7397. 7403. 7421. 7432. 7444. 7451. 7452 (?). 7459. 7460. 7537. 7546. 7547. 7554. 7573. 7574. 7582. 7583. 7584. 7593. 7635. 7637. 7639. 7644. 7647 ≌ 7648. 7666. 7691. 7693. 7715. 7757. 7758. 7812. 7839. 7844. 7864. 7867. 7907. — infantes 7638. 7675. 7753. — mulieres 7213. 7404. 7500 (?). 7626. 7789. 7801.

ε C 8, 7039. 7044 (saec. II vel III in.). 7050 (post a. 171). 7057 (a. ut videtur 69—80). 7059 (post a. 138).

Aemilia γ 8, 7223. Aniensis (??) γ 8, 6955. Arnensis β 8, 7110. γ 7706. δ 7082. Horatia (?) γ (?) 8, 7750. Palatina ε 8, 7036 (post Hadrianum).

Arsacalitanum castellum. C 8, p. 573. 618.

Quirina: γ C 8, 6044. 6047 (post a. 117). 6094. 6096. 6108. 6111. 6117. 6142. 6143. 6146. 6148. 6165. 6186. 6221; eademque tribus latere videtur n. 6062, vs. 2 et n. 6255, vs. 2.

---

[204]) de Vit, onomast. 1, 1867, p. 474 eum consanguineum putat cum C. Arrio C. f. Quirina Calpurnio Frontino Honorato, consuli a. inc., cui patrono coloni Antiochiae Pisidiae e Velabro et Aedilicio vicis titulos dedicaverunt C 3, 289 et 290.

Caldae? ne de nomine quidem vici antiqui, cuius rudera prope Tiddin in pago Meschta Nehâr reperta sunt, ita constat, ut dubitari non possit; sed eum vicum Cirtensium pertica comprehensum fuisse non negabitur.

Quirina: γ C 8, 6884. 6917.

Celtianenses. EE 5, p. 442. Bulletin de corresp. Afr. 1, p. 45 sqq. — aetate Septimi Severi (a. 205) *resp(ublica) c(oloniae) C(eltianensium)* dici videtur (EE 5, 902).

Quirina: β EE 5, 903. 904. C 8, 7946. γ EE 5, 900. C 8, 7949. Bull. de corr. Afr. 1, p. 83 n. 50. 88 n. 65. 89 n. 75. 91 n. 90. 93 n. 103 et 106. 94 n. 108 et 109. 96 n. 124—127 et 129. 97 n. 133. 101 n. 162. δ p. 94 n. 110.

Chullu (C 8, p. 700. 618), una ex quattuor coloniis Cirtensibus (colonia Minervia).

Quirina: β C 8, 8195.

Mastarense castellum. C 8, p. 591. 618.

Quirina: γ C 8, 6351. 6425 (nisi *Qu(i)etus* pro *Q(uirina) Vetus* legendum est).[205] 6552. 6572.

Mileu (C 8, p. 618. 701), una ex IIII coloniis Cirtensibus, colonia Sarnensis.

Quirina: γ C 8, 8213. 8215. 8217 = 8541. 8218. 8222. 8231. δ C 8, 8207.

Phuensis pagus. C 8, p. 586.

Quirina: δ C 8, 6311. 6328.

Rusicade (C 8, p. 684. 618), una ex IIII coloniis Cirtensibus (colonia Veneria).

Quirina: α C 8, 7963 (a. 218—222?) '- - *L. Cornelius L. fil. Quir. Fronto Probianus, eq(uo) p(ublico) orn(atus), dec. IIII col., fl(amen) p(er)p(etuus) divi Magni Antonini statuam, quam ob honorem flam(onii) - - promiserat et dec. hs. XX n.; sed et cetera, quae liberalitate sua patriae contulit,* - -'.

β C 8, 7957. 7969 (a. 187; = EE 5, n. 906). 7978 (post a. 197/198). 7983. 7990 = 7993.

γ C 8, 7973 (a. 215). 8009 (= Renier 2187; '*Q. Antonius Q. f. Q. Extricatus*'; Mommsen l. c. tribum errore omisisse videtur). 8011. 8024. 8028. 8038. 8067. 8077. 8079. 8080. 8084. 8109. 8161. — infantes γ 8167. — mulier γ 8127. — fortasse etiam n. 7993 vs. 1 (QVI.) et 8148, vs. 3 Quirinae tribus vestigia exstant.

Galeria β C 8, 7986 (saec. 1, ut videtur). γ 8, 8113.

Saddar. C 8, p. 567. 618.

Quirina: γ C 8, 5941. 5945. 5947. — infans γ 8, 5993. — fortasse eadem tribus latet in titulo 5965.

Sigus. C 8, p. 552. 618. n. 10860.

Quirina: β C 8, 5704. 5705. 5707. 5709.

---

[205]) Q VETVS traditur, spatio aliquanto inter litteras Q et V relicto; ceterum in titulis Africis passim pro *Quieto* exstat *Quetus*.

γ C 8, 5686 (inter Calamam Sigus Cirtam, route de Constantine à Bône). 5718. 5725. 5733. 5764. 5767. 5772. 5781. 5784. 5786. 5788. 5798. 5805. [5806.] 5809. 5812. 5816. 5822. 5828. 5829. 5838. 5839. 5840. 5846. 5848. 5849. 5850. 5852. 5858. 5861. 5867. 5868. 10858.

δ C 8, 5678.

Subzuaritanum castellum. C 8, p. 571. 618.

Quirina: γ C 8, 6012. 6037.

Tiddis. C 8, p. 606. 618.

Quirina: β C 8, 6711 (a. 198—211) ≌ 6710. 6712.

γ C 8, 6717. 6748. 6755. 6758. 6761. 6762. 6818. 6821. — nescio an huc referre praestet titulum supra inter Cirtenses relatum n. 7256.

ε C 8, 6706 (inter a. 132/143 vel potius 132/138) Q. Lolli Urbici consulis, quem Wilmanns (exemplorum n. 1176) Tidditanum origine fuisse inde intellegere sibi visus est, quod sepulcrum familiae eius ibi exstructum stat.

Uzelis. C 8, p. 589. 618.[206]

Quirina: α C 6, 2564 (Romae) '- - *Q. Aurelio Q. f. Quir. Gallo Uzali missus veteranus ex coh. V pr. 7 Prisci onesta missione* - -'.

β C 8, 6339.

γ C 8, 6344. — infans 6345ᵇ. — mulieres 6347.

praeterea inter Chullu et Mileu: Hr. el Abiod β EE 5, n. 911 [Papi]ria vel [Gale]ria vel [Votu]ria; Guelaine γ EE 5, n. 912 Quir(ina).

Cuicul **Papiria**

C 8, p. 708. — cum *coloniam* vel *rempublicam* Cuicul eiusque magistratus tituli inde ab anno 147 atque tabula Peutingeri dicant, Plinius autem in indicibus omittat, verisimile est oppidi formam Romanam inter Pliniani auctoris et Marci Verique tempora fortasse a Traiano imperatore constitutam esse.

β C 8, 8300 (a. 166/169) '- - *L. Gargilius Q. fil. Pap. Augustalis, aed.* - -'. 8310 '- - *L. [Volu]sius C. f. Pap. Barbarus, q., aed., augur* - -'.

Quirina: β EE 5, 1296 (a. 147) '- - *M. Pompei M. fil. Quir. Veteris Flaviani, aug(uris), L. Pompeius M. fil. Quir. Novellus, aed., II vir, aug(ur), max(imus) aug(urum) bis* - -' ≌ C 8, 8341.

Curubis **Arnensis?**

C 8, p. 127. anno iam 709 = 45[207] Curubim Romana lege constitutam civitatem fuisse titulus 8, n. 977 putatur ostendere; sed ignoratur adhuc quaenam ratio intercesserit inter oppida reliqua c. R. et Curubim Cartha-

[206] aliud oppidum esse, quod Plinius *unum Latinum* Africae municipium (5, 29) dicit, *Uzalitanum*, admonere non necesse est.

[207] de titulo C 8, 10525 Tunetano satis vetusto (u. c. aut 693 aut 706 aut 708 aut 709) certum iudicium ferri non potest, quoniam *Cur[ubitanorum]* nominis nimis mutila est forma servata; vs. 10 *sufetes* adsunt. in Plinianis (5, 24) etiamtum *libera* dicitur. equidem oppidanos, dum liberi essent, magistratus ex Romanorum oppidorum similitudine creavisse puto.

gInem alia id genus (cf. KT p. 128); in his enim, quae in illis vetita erat, singularis rei publicae forma ea data est, ut *duumviratus* penes singulos homines esset et vel libertinis pateret. *col(onia) Iul(ia) Curubis* est 8, 980 saeculi fere tertii. — Caesarem dictatorem Arnensis tribus non sapit.

α-β C 8, 980 (saec. fere tertii) '*Ponti; C. Helvio C. f. Arn. Honorato, aedil(i), II vir(o) qq., II [vir(o)] et curat(ori) aliment(is) distrib(uendis) ob insignes liberalitates in rem pub. et in cives amorem, viro bono col. Iul. Curubis d. d. p. p.*'.

Velinae tribulis titulus 8, 979 aut male descriptus est a Ximenezio aut externi hominis fuit.

Diana **Papiria**

C 8, p. 462. — Diana oppidum post Plinium, qui eius nomen in laterculis suis non recenset, vel potius post eius auctorem municipium factum est. certe iam Antonino Pio imperante eo honore utebatur (8, n. 4586. 4587 a. 141).

β C 8, 4575 '- - *L. Volussius Q. f. Pap. Saturninus Volussianus, aedilis*'. 4579 '- - *M. Aurelius Q. fil. Pap. Aemilianus, q., aedil., II viru* - -'. 4580 '- - *L. Papius L. fil. Pap. Apolla, aedilis, q., II viru, praef. i. d. pro II viris, qq., ob honorem sacerdoti sui* - -'. 4582 (a. 161/169) '- - *L. Sittius L. f. Pap. Felix, fl. pp.* - -'. 4588 (a. fere 164/5—169) '- - *C. Iulius C. fil. Pap. Caesianus, aedil., II vir, q., fl. pp.* - -'. 4596 (a. 200) '- - *M. Iulius C. fil. Papir. Rufus Montanianus, aedil., II vir, II vir quinq., fl. pp.* - -'. 4597 (a. 201 vel 202?) '- - *L. Mucius L. fil. Pap. Mucianus, q., aed., II viru, praef. i. d. pro II viris, qq., fl. pp.* - -'. 4601 '. . . . . *Pap. Dexte[r, q., aedil.,] II vir* - -'. 4603 '*C. Iulius C. fil. Pap. Nig[er] . . . municipi Dianensium* - -'.

Quirina: β C 8, 4602.

Gigthis **Quirina**

C 8, p. 6. 921. — in itinerario Antonini p. 60, 1 *Giti* (*Gutti* P) *municipium* dicitur.

β (?) C 8, 28 '*C. Ummidio Quir. M. f. Sedato, cum ordo statuam decrevisset,* - -' ≌ 29 '*C. Ummidio Quiri(na) Sedato* - -' eiusque filio 30 '*L. Ummidio Quir. Pacato ordo populusq(ue) Gigthensis conferentibus et incolis ob multiplicem su[avi]tat[em?]* - -'. EE 5, n. 253 '*L. Servaeo Q. f. Quir. Firmo s. p. q. Gigthensis ob merita in remp. et singularem in sing(ulos) universosq(ue) munificentiam* - -'.

γ EE 5, 252 '*C. Hortensio P. f. Quir. Pietati* - -'.

Giufi **Papiria**

C 8, p. 108. Plinius oppidi nomen non habet neque aliud quicquam de Giufitanis constat nisi quod saeculo II exeunte et III ineunte municipium habebant.[208])

---

[208]) Traiani igitur quin oppidum putemus nihil nos impedire videtur. quod postea *municipium Aurellium Alexandrianum Augustum Magnum Giufitanum* (C 8 p. 866) dicitur, equidem non cum Mommseno facio, qui EE 3 p. 235 municipii originem et tribum a Caracalla coniectura repetit. etenim Caracallae tribum fuisse Papiriam (cf. notam 218)

α C 8, 858 (saec. III) '- - *D. Fundanius Pap. Priminianus, Fundani Felicis aedilici fil., Fundani Primi fl. p. nepos, aedilis, ob honorem aedilitatis, quem ei ordo suus suffragio decrevit* - -'.

β C 8, 859 = EE 5, 316 '- - *P. Iddibalius, Felicis flaminis, quaestorici fil., Pap. Victorinus, q(uaestoricius) et M. Domitius, Processani aedilici filius, Pap. Victor, aediles* - -'. 861 (saec. III) '- - *Q. Cervius Tertullus Celeris fil. Pap. Felix Celerianus et P. Cornelius Marcelli fil. Pap. Dativus, aediles* - -'. 862 (saec. III) '- - *M. Cimbrius Felicis fil. Pap. Saturninus, q., II viral(icius)* - -'. 863 (saec. III) '- - *C. Gemnius Felicis fil. Pap. Felix, II viralicius* - -'.

Gurza **Quirina**

C 8, p. 17. EE 5, p. 269. in Plinianis laterculis non legitur. anno 742 = 12 '*senatus populusque civitatium stipendiariorum pago Gurzenses*' cum L. Domitio Ahenobarbo (C 8, 68), a. 65 '*civitas Gurzensis ex Africa*' cum C. Aufustio Macrino (C 8, 69) hospitium fecit. post hos annos igitur Gurzenses, a Vespasiano vel eius filiis crediderim, sive Latio sive iure Quiritium donati sunt.

α Bull. arch. com. 3, 1887, p. 258 n. 1980 = not. d. scav. 1887 n. 637 '*C. Iunius C. f. Quirin(a) Curzesis Fortunatus, mil. coh. VI vig. 7 Mauri* - -'.

C. Aufustius C. f. Gal. Macrinus, *praef. fabr. Gurcensic(ensis)*, quem *civitas Gurzensis* a. 65 p. Chr. n. patronum cooptavit (C 8, n. 69) alia domo fuerit necesse est.

Hadrumetum **Papiria**

C 8, p. 14. — Plinius liberum oppidum dicit 5, 25; coloniae auctor fuit Traianus imperator.

α C 8, 3020 (Lamb.) '- - *T. Aelius . . f. P(apiria) Severus Had(rumeto), mil. leg. III Aug.* . . . . . cet.'. 3062 (ibid.) '- - *L. Caecilius L. f. Pap. Aurelianus Had., mil. leg. III Aug.* - -'. 3334 (ibid.) '*L. Aelius L. f. Papi. Macer Hadrimeto* - -'. EE 5, 723 (ibid.) militis cuiusdam origo *Pa(piria) Hadr(umetum)* indicatur. EE 5, 10 (p. 261) p. 2, 2 inter milites leg. II Tr. fort. a. 194 prope Alexandriam missos erat '. . . . . *nlius . . f. Papir. Iulianus Had* . . . . .'.

Hippo regius vel **Hippo Diarrhytus** **Quirina**

Thubursici Numidarum titulus repertus est C 8, 4894 '- - *L. Avianius L. f. Quir. Marcellus civit. Hipponiensis* - -'. uter Hippo Aviani huius patria fuerit, utrum Diarrhytus (Biserta; 8, p. 152) an Regius[209] (prope Bonam; 8, p. 516), in hac titulorum inopia diiudicari non potest. Hippone enim Diarrhyto nullus tribuum Romanarum testis adhuc innotuit neque ad alterum Hipponem potius quam ad Calamam lapidem in loco Ain Kila bu Seba repertum 5286 '. . . . . *us Q. f. Quir. Servilianus* - -' Mommseno auctore referre placet. — ceterum H. Diarrhytus a

---

et hoc tempore rem tribuariam aliquo modo valuisse non credo; at *Aurelium Alexandrianum Augustum Magnum,* quod Alexander Severus auctum municipium dixit, nullo pacto opinor offendit.

[209]) attamen propter Thubursici et Hipponis oppidorum vicinitatem veri similius est Hipponem Regium in titulo, de quo iam agitur, intellegendum esse.

Caesare dictatore coloniae iure auctus esse videtur (cf. 8, n. 1206), Regius autem praeterquam in itinerario Antoniano p. 20, 3 W. nusquam colonia dicitur.

titulos C 8, 5280. 5281, repertos Ain Kila bu Seba, Arnensem enuntiantes, ad Calamenses rettuli.

Karthago **Arnensis**

C 8, p. 133. a. 632 = 122 colonia C. Graccho auctore deduci iussa, insequenti anno 633 = 121 Minucia lege de Semproniis legibus abrogandis sublata, a. 710 = 44 a Caesare dictatore iterata est[210]) vel iterari coepta est, sed non ita ut coloniae Romanae vel Urbis ipsius effigies quaedam atque simulacrum esset; Caesare enim vivo sufetes oppidum rexerunt (L. Müller num. de l'Afrique 2, p. 149), a quibus colonia Romana abhorret.[211])

α C 3, 6185 (Troesmis) '*L. Antonio L. fil. Arnensi Felici Karthagine - -*'. 6, 220 (Romae, coh. vigilum a. 203) vs. 16 '*Q. Minucius Q. fil. Arn. Flavianus Karth.*', vs. 20 '*C. Aufidius C. fil. Arn. Restitutus Karth.*'. 232 '*- - D. Cornelius D. fil. Arn. Felix, domo Karthag(ine), mil. frument. leg. III Aug. - -*'. 2663 '*. . . . . L. f. Arn.* | *. . . . . i domo Carthagin(e) - - in coh. VII pr. - -*'. 8, 2615 b (Lambaesi) in militum laterculi vs. 10 '*. . . . . lius Primus*, AR · KAR . . .', quae Wilmanns quidem '*ar(morum) Kar(thagine)*' legit; praestat ni fallor '*Ar(nensis) Kar(thagine)*' legere. 2618 b (ibid., a. 211/12) inter veteranos collegiatos vs. 33 est '*P. Tamudius Venustus d(iscens) ar(maturae), Ar(nensis) Carthagine*'. 3358 (ibid.) '*- - M. Aemilius M. f. Arn. Felix Kar. - -*'. 3925 (ibid.) '*- - C. Munatio C. f. Arn. Martiali Karth. - -*'. 4436 (Lamasbae) '*- - . . Hostilius . . f. Arn. Felix [K]arthag., vet. [e]x bf. leg., duo[v]iralicius et pontifex municipii Lambae(sitani) - -*'. EE 5, 10

---

[210]) sed de hac re scriptores rerum veterum non consentiunt. non abs re mihi videtur falsas de testium consensione in huius coloniae origine enarranda opiniones ipsis scriptorum verbis citatis refellere: Strabo 17, 3, 15 C 833 Καίσαρος τοῦ θεοῦ, ait, πέμψαντος ἐποίκους Ῥωμαίων τοὺς προαιρουμένους καὶ τῶν στρατιωτῶν τινας. Plutarchus Caes. 57 Caesarem sibi devinxisse narrat τὸ στρατιωτικὸν ἀποικίαις, ὧν ἐπιφανέσταται Καρχηδὼν καὶ Κόρινθος ἦσαν. si Pausaniae 2, 1, 2 fidem habes, (Κόρινθον) λέγουσιν ἀνοικίσαι Καίσαρα, ὃς πολιτείαν ἐν Ῥώμῃ πρῶτος τὴν ἐφ' ἡμῶν κατεστήσατο· ἀποικίσαι δὲ καὶ Καρχηδόνα ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ. Dione 43, 50, 3 (ad a. 710 = 44) teste Caesar τὴν Καρχηδόνα τήν τε Κόρινθον ἀνέστησε - - καὶ ἐκ κοινῆς κατεστήσατο idemque fere repetit 43, 50, 4; alio loco, 50, 43, 1 (ad a. 725 = 29) haec adduntur: (Caesar filius) τὴν Καρχηδόνα ἐπαπῴκισεν, ὅτι ὁ Λέπιδος μέρος τι αὐτῆς ἠρημώκει καὶ διὰ τοῦτο τὰ δίκαια τῆς ἀποικίας σφῶν λελυκέναι ἐδόκει. alia vero memoriae prodidit Appianus Pun. 136, Caesarem dictatorem quidem voluisse Carthaginem et Corinthum colonias ex civibus pauperrimis Urbanis deducere; ἀλλ' ὅδε μὲν θᾶσσον ἀνῃρέθη πρὸς ἐχθρῶν ἐν τῷ Ῥωμαίων βουλευτηρίῳ, ὁ δ' ἐκείνου παῖς Ἰούλιος Καῖσαρ, ὁ Σεβαστὸς ἐπίκλησιν, ἐντυχὼν ἄρα ταῖς ὑπογραφαῖς τοῦ πατρὸς συνῴκισε τὴν νῦν Καρχηδόνα - -. οἰκήτοράς τε Ῥωμαίους μὲν αὐτὸν τρισχιλίους μάλιστα πυνθάνομαι, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκ τῶν περιοίκων συναγαγεῖν. - - μετὰ ἔτη τῆς κατασκαφῆς ἑκατὸν καὶ δύο.

[211]) in aliis numis, quos vv. dd. ante novam Carthaginiensis coloniae deductionem anni 725 = 29 cusos affirmant (Müller l. c., app. p. 55), in altera parte his litteris inscriptis CA. POMP · M F VIC Q · A · F · C · KAR, deest adhuc interpres, quem tutus sequi possis. quo anno M. Caelius M. l. Phileros, accensus T. Sexti imperatoris (quem inde ab a. 710 = 44 usque ad 714 = 40 Numidiam provinciam rexisse et Cornificium et Fangonem contra III viros r. p. c. rebellantes devicisse constat) factus sit *Carthag(ine) aed(ilis), praef(ectus) i(ure) d(icundo) vectig(alibus) quinq(uennalibus) locand(is) in castell(is) LXXXIII*, equidem non video. ceterum melius quam alii de hac re Mommsen iudicavit, Röm. Geschichte 5², p. 645.

(p. 261) vs. 2, 37 inter milites leg. II Tr. fort. a. 194 in castris prope Alexandriam missos dicitur '. . *Ravilius L. fil. Arn. Celer Cartha[g . . .]*'. Wilm. 2091 = C 11, 2699 (apud Vulsinios, a. 222—235) '- - *M. Helvius M. f. Clemens Arnensis domo Carthagine, praef. eq. alae primae Cannanefatium* - -'.

β C 8, 805 (Avittae Bibbae, anno Karthaginis 197).

γ C 8, 1035. 10526/7 (Tiberii fortasse aevo scr.). 10573 (K., ut videtur). Bull. épigr. de la Gaule 4, 1884, p. 319.

Aniensis α C 3, 446 (Trallibus) '*C. Reius C. fil. Aniensis*[212]) *Priscus, domo Cartagin(e), evocatus*'. Quirina α EE 4, 895 (Romae, militum laterc.) vs. 1, 44 '. . *[S]empr(onius) C. f. Qui. Ianuarius Carth.*'.

Agbiam, Thibursicum Bure, Thignicam, Thuggam priore parte imperatorii aevi usque ad Severum pagorum vice fuisse tituli nos edocent (Wilmanns C 8, p. 173 sq.). Severo demum regnante municipia ex illis pagis nata sunt. nescio an aliqua ratio inter Karthaginem et eos pagos quamquam multum ab Africae capite distantes intercesserit (cf. C 8, n. 1413 = EE 5, n. 544; C 8, n. 1494. 1497), ita ut Arnensis huius regionis pagatim cultae tribus a Karthagine repeti possit.

Agbia — Arnensis

C 8, p. 189. 173.

α C 8, 1548 (a. 138—161) '- - . . *Cincius C. f. Arn. Victor, cum ad tuendam rempublic(am) suam ex consensu decurionum omnium iam pridem patronus factus esset* - -'.

Thibursicum Bure — Arnensis

C 8, p. 177. 173.

γ C 8, 1441 '*Q. Cornificius Q. f. Arn. S[uavi]s* - -'. 1470 '- - *P. Cr[e]per[e]ius Suriacus Ar[n]esis*[213]) - -'. Bull. trim. 1, 1883, p. 263 n. 102 (non procul a T.) '- - . . *Pomponius L. f. Arn. Octavianus* - -'.

Papiria ε C 8, 1439 (a. 209—211).[214])

Thignica — Arnensis

C 8, p. 173.

γ Bull. trim. 2, 1884/5, p. 143 in titulis male opinor descriptis n. 423 vs. 4 '*Arn.*' et n. 46 vs. 4 '*Arn.*' intellegitur.

extranei opinor est C 8, 1401 = EE 5, 541 '- - *L. Annius L. f. Quir. Perpetu(u)s* - -'.

Thugga — Arnensis

C 8, p. 182. 173.

β C 8, 1478 (a. 41—54) bis. 1494 (post a. 138) '*[L.] Marcio Q. f. Arn. Simplici, [pa]trono pagi [et civit]atis, flami[ni Di]vi Aug. c(oloniae) I(uliae) [K(arthaginis)], aedi[li]* - - *pagus et c[ivitas] Thugg.* - -'.

γ C 8, 1525 '- - *M. Mattius M. f. Arn. Pullaienus Bellicus* - -'.

212) 'de lectione noli dubitare' adn. Mommsen.

213) traditur a Pellissierio sic: '*p. criperiius | suriacus ar|uesis* - -'; Wilmanns adnotat: 'noli de homine oriundo Arva Hispaniae cogitare'.

214) non crediderim vs. 14 recte suppletum esse *civi*.

Quirina β (?) EE 5, 572 (Hadriani aetate) *Liberi patr[is sacerdos]* dicitur ..... *rinius Quir. Bassus* (vs. 2), quocum conferas quaeso hunc alterum Thuggensem titulum: Bull. trim. 3, 1885 p. 43 n. 753 '*pro salute imp. Caesaris Traiani Hadrian*[*i Aug.* cet.] *patronus pagi et civitatis M. Gabinius Quir. Bass*[*us* cet.] - -'.

ex hac regione praeterea innotuerunt: bordj du Cheick Abd el Melek: Bull. trim. 1885 p. 31 n. 709 \CIANO ARN; Ain Trabe: p. 32 n. 720 '- - *Q. Numis(i)us L. f. Arn. Felix* - -'. n. 722 '- - *C. Valerius L. f. Arnien.* - -'; Henchir Aïn Ouasseul '- - *Q. Numisius C. f. Arn.* COLO | HELVACIANVS - -'.

Lamasba

C 8, p. 445. n. 4253 *decurio munic(ipii) Lamasbensium.*

δ EE 5, 1280 '- - *L. Voluntil[i]o L. fil. Pap. Frontoni, - - mil(itavit)* - -'.

Lambaesis **Papiria**

C 8, 283 sqq. sub castris legionis III Augustae a divo Hadriano deductae vicus effloruit, qui Marco Aurelio imperante ad municipii Latini[215]) honorem provectus esse videtur; anno certe 166 (C 8, n. 2695) *d(ecuriones)* oppidulo praeerant et curiarum Lambaesitanarum series, quae a diis incipit (curiae *Iovia* et *Saturnia*), per divos *(Iulia, Augusta, Traiana, Hadriana, Sabina, Antoniniana)* ad Marcum Aurelium usque decurrit *(Aurelia)*, finit in *Papiriam*, cuius nominis originem, quoniam castra Lambaesitana non in Thamugadensium agro exstructa sunt, non a Traiano repetendam esse crediderim. nam ut Lambaesitanus ager prius Thamugadensium fuerit, nescio quomodo factum sit, ut Lambaesitanum municipium, cum conderetur, inter Latina oppida haberetur, non civium Romanorum (siquidem Thamugadi civium Romanorum, non Latini nominis colonia fuit) vel potius ut nescio quo tempore (ex stipendiaria nimirum condicione) in Latii ius provectum dicatur. melius igitur tribus Papiriae donum ad Marcum imperatorem refertur, quamquam de eius consiliis in tribubus ad homines et oppida propagandis parum adhuc edocti sumus.[216]) sed eum ipsum in Papiria fuisse constat[217]) et alterum quoddam eiusdem fortasse imperatoris oppidum, Vinam dico, in Papiria fuisse ut putem sunt quibus adducar. ceterum a Marco Lambaesitanum municipium conditum esse et quodammodo agnomine *Aurelio* commendatur et imprimis quod prima municipii mentio quod scimus iam ante Severi filium Antoninum imperantem fit, in titulo scil. EE 5, 763 imp. Commodi aetate posito.

at tribus Papiriae testimonia epigraphica admodum debilia sunt: γ C 8, 3378 l. 2 '..... *f. Pap. Albin[us* .... *.]*'; 3408 '- - *Anton. Kaprarius Pap.* - -'.

---

[215]) Lambaesi in foro basis reperta est, '*Hygiae Aug. sac(ra), quam resp. Gemellens(is) ob insignem amicitiam* (cum Lambaesitanis sc.) *Latio uno tempore impetrat⟨at⟩o dedica[vit]*', EE 5 n. 748.

[216]) Wilmannsium l. c. p. 283, col. 2 non recte de hac re iudicare puto.

[217]) cf. senatus consulti de Cyzicenis Antonino regnante facti l. 5 sqq.: *M. Aelius imp. Titi Aeli [Hadriani An]tonini f. Pap. Aurelius Ve[rus].*

Arnensis γ C 8, 3512. Claudia (?) δ 3099. ε 2741. Cornelia ε 2582. Fabia δ 2622. Galeria δ 2938. Quirina β 2677 (??). δδ 2869. *Voltinia ex* ..... 3006.

Lares

• C 8, p. 209. in Plinii indicibus non recensetur. sub Hadriano Piove colonia facta est (8 n. 1779). de tribu non constat.

Fabia γγ C 8, 1788 '- - *M. Iulius .. fil. Fab. Avitus* - -'.

Quirina β Bull. trimestr. 2, 1884/5, p. 354 '..... *[Qu]ir. Aemilianus, [ob honorem flamo]ni perpetui ad[iectis summae legitim]ae flamoni pe[rpetui]* cet.'.

ex cognomine *Larensis* C 8, 7973 (Rusicade; a. 215) '- - *C. Granius C. f. Q. Larensis* - -' nihil ad hanc rem effici potest.

Leptis magna — Quirina?

C 8, p. 2 sq. — in bello Iugurthino Leptitani a Romanis in amicitiam societatemque recepti sunt; postea a Caesare, cum Pompeianos debellaret, magno stipendio multati sunt. sed aut libertatem non amisisse aut brevi post recuperavisse videntur, cum primo saeculo post Chr. sufetes eos regerent. Traianus oppidum auxit, ut *colonia Ulpia Traiana* esset. sed quaeritur, num ad id tempus usque Leptitani Romana civitate caruerint; in frustulo enim quodam (fortasse vetustiore) 8, n. 8 d municipium appellari videtur.

Fortasse Quirinae tribus vestigia recte in titulo pessime tradito γ C 8, 17 '*i. axio qui pro | liberis | celeri t. axio t. f. quir*' agnoscuntur. iam de tribu supervacaneum esse videtur monere Quirinam tribum prorsus alienam esse a Traiano imperatore oppidi c. R. conditore.

α? C 11, 1337 (Lunae) '*C. Fulv[io] C. f. Qu[ir.] Plautia[no], praef. p[raet.] ac ne[cessario] dom[inorum nn.]* - -', de cuius hominis patria Herodianus 3, 10, 6 haec tradit: (Πλαυτιανὸν) ὄντα δὲ πολίτην ἑαυτοῦ (Σεουήρου) — Λίβυς γὰρ κἀκεῖνος ἦν —, ὥς μέν τινες ἔλεγον πρὸς γένος αὐτῷ ὑπάρχοντα, ὡς δ'ἕτεροι μᾶλλον διέβαλλον ἀκμαζούσῃ τῇ ἡλικίᾳ γενόμενον παιδικά. itaque ego quoque Septimium Severum, domo Leptitanum, in Quirina[218]) fuisse credo, quamquam non Renierio aliis Francogallorum viris doctis[219]) assentiri audeo, qui titulum illum Lugudunensem ex coniectura sic explent: '*[L. Septimio L. f. Q]uirin. [Severo leg.] Aug. pr. pr. [provinc. Lug]ud., cos., [tres provinciae] Galliae*'.

Lepti minus —

C 8, p. 14. libera civitas (C 1, 200 a. 643 = 111. Plinius n. h. 5, 25); libera civitas et immunis (Hirtius de bello Afr. c. 7, qui Leptitanos Caesari libenter se omnia facturos quae vellet promisisse et fidem servavisse tradit).

Palatina β-δ C 8, 58 bis.

---

[218]) non in Papiria, quam Mommsen EE 3 p. 235 commendat.

[219]) post alios ultimus quod video Gellens-Wilford, Bull. trimestr. des antiq. Franc. (d'Oran) 1, 1882/83, p. 364. 378 sq. hanc opinionem comprobare studuit.

Limisa **Papiria**

EE 5, p. 279. Limisenses a *sufetibus* et *decurionibus* rectos esse titulus EE 5, 288 (nescio cuius aetatis) ostendit.

β Revue arch., sér. 3, 7, 1886, p. 363 (Limisae) '*P. Mummio L. f. Papir. Saturnino, sac. p(rovinciae) A(fricae) a(nno) CXIII* (incertae erae), *dec., II vi[rali] municip(ii) Furnitani, cui cum ordo honorem fl(amonii) obtulisset, - -*'. Saturninus in aliis etiam Limisensibus titulis (EE 5, 1198 et 1200 et, ni fallor, 1201) dici videtur; eum Limisensem civem, Furnitanum[220] incolam et magistratum fuisse veri simile est.

Macomades

C 8, p. 480. 957. *municipium* dicitur in titulis 8, 4771 (a. 360—363) et 4773(?).

Papiria γ C 8, 4781 '*Q. Peticius Q. filius Papiria Victor, eq(uestris) mem(oriae) vir - -*'.

Mactaris

C 8, p. 79. tribuum Aemiliae et Quirinae, Horatiae et Papiriae testes prodierunt, illarum debiles, harum graviores. Horatiae tribulis Victor civis dicitur (i. e. *civis suus*?), Papiriae tres tituli praesto sunt, ita ut difficile sit statuere utri tribui oppidum adscriptum fuerit. Papiriae titulis maiorem fidem habeo, quod Mactaris a Traiano civitatem obtinuisse videtur; etenim in Pliniano indice deest, in titulo autem 621 a. 116 *d(ecuriones)* adsunt. postea *col(onia) Ael(ia) Aurelia* dicitur EE 5, 1174 anni 198; cf. C 8, 677 . . . . . *Aelia* . . . . ., EE 5, 1175 *col(onia)*.

Papiria α EE 5, 1175 '*C. Sextio C. f. Papir[ia] Martiali, trib. mil. legionis I[III] Scythicae,* cet., *inlatis hs* L *mil. rei pub. col(oniae) suae Mactaritanae - -*'.

β C 8, 627 (post a. 235) '*Q. Rupilio Q. filio Pap. Honorato in equestres turmas adlecto a Divo Alexandro, flamini pp. - -*'.

ε[221] 8, 619 (a. fere 180—192) '*- - Ti. Plautius Ti. f. Papiria Felix Ferruntianus - -*', qui proc. Aug. fuit.

Aemilia γ C 8, 660. Horatia α 629 '*L. Iulio Q. f. Horatia Victori Optatiano curiae civi optimo*'. Quirina β 630 '*C. Verrius Rogatus Q(uirina?)* aut *Q(uinti) Quintili fil., fl. pp., III vir et omnibus honoribus functus - -*'. γ 638. 643.

Madaura **Quirina**

C 8, p. 472. — Plinius in indicibus suis non habet. Appuleius clarus ille Madaurensis philosophus et orator in apologia, quae dicitur, habita a. 160 c. 24 '*(Syphace) victo,* ait, *ad Masinissam regem munere populi (Romani) concessimus ac deinceps veteranorum militum novo conditu splendidissima colonia sumus, in qua colonia patrem habui loco principis duumviralem cunctis honoribus perfunctum*'.

---

[220]) tituli, quibus rei publicae Furnitanae mentio fit, Caracallae aetate non vetustiores sunt; ceterum cf. C 8, p. 937. EE 5, p. 342.

[221]) an α? cf. vs. 1 *Apollini patrio Aug. sacr.?*

α C 8, 3043 (Lambaesi) '- - *M. Attius M. fi. Quir. Festus M(a)d(auris?), miles leg. III Aug.* - -'.

β C 8, 4682 '- - *C. Iulius L. f. Q. Laetus, sacerdos Liberi patris* - -'. 4683 '- - *C. Iul(ius) Q(uirina) Urban(u)s, aedil(is), sacerd(os) Pluton(is)* - -'.

γ C 8, 4703. 4710. 4723. 4724. 4731. 4741. 4744. 4753. 4756. 4757. — mulier 4721.

Mascula **Papiria**

C 8, p. 248. inter Plinianum auctorem et Marci Verique tempora (cf. C 8, n. 2239) in civitatem Romanam adserta et coloniae iure donata est. at in alio titulo EE 5, 1128 saeculi tertii *r(es) p(ublica) m(unicipi) M(asculitanorum)* exhibetur.

β C 8, 2248 '- - *[. . Iul(ius)] M. f. Papir. Nundinarius, aedil(is), II vir quinquennalis* - -'.

Quirina: γγ C 8, 2259 '*T. Fl. T. fil. Quir. T. Fl. Sosandri fratri Valeriano* - -.

Mastar vide Cirtam.

Mileu vide Cirtam.

Mons

C 8, p. 739. de statu oppidi, cuius tabula Peutingeri sola (I e) mentionem dat, nihil constat.

γ C 8, 8681 '- - *(. .) Sabinius Q. f. Papir(ia) . . . ntus* - -'.

Mustis **Cornelia**

C 8, p. 192. mirum est quod huius oppidi condicionis neque scriptores meminerunt neque e titulis aliud intellegitur, nisi quod saeculo altero p. Chr. n. suam rem publicam habuit.

α C 8, 2526 (10 kil. au sud de Batna) '*Sex. Lartidius Sex. fil. Cornelia Verus Musti* - -'.

β C 8, 1574 (a. 164) '- - *C. Iulius C. f. Corn. Galba, leg. XXII primig. hastatus* - -, *L. Iulius L. fil. Corn. Rogatus Kappianus frater patruelis* - -'; hic Rogatus flamen perpetuus factus erat ≌ 1582. — 1576 (post a. 193) '- - *C. Iulius C. f. Corn. Crescentianus Instanianus, equo pub. et in quinque dec. adlectus, flam. perp.* - -'. EE 5, 585 '- - *L. Fabius L. f. Cornelia Felix, decurio m. M.* - -'. 586 '- - *L. Fabius L. f. Cor. Fortunatus, d[e]c. m. M., [fl]am., aedil., [q.]*. - -'.

γ C 8, 1575. 1590. 1591. 1592. 1594. 1600. 1601. 1607. 1608. EE 5, 589. accedere videntur ex vicinis locis hi tituli: β Bull. trim. 1885 p. 109 n. 836 (Sidi Tetouaï, titulus male lectus est) '- - *M. Valerius M. f. Corn. Felix Callio (?) aedil. q. viro sacerdoti* . . . . . . - -'; γ p. 104 n. 819 (Aïn Ghar Salah), p. 109 n. 835 (Hr. bou Aouitta), n. 839 (Sidi Tetouaï).

Muzua

EE 5, p. 282. *civitas* dicitur EE 5, 1207 (Antonino Pio imperante). *ordo municip(ii) Muz(uensis)* adest in titulis saec. IV EE 5, 291. 1208. 1209. — cf. 1206. 1211.

Quirina εε EE 5, 1210: '*M. Clodio M. fil. Quir. Fa[us]to Secu[ndo, misso ob com]parationem frumenti e[x] provi[ncia ad gentes] Maurorum*, cet., *et [.. Clodio .. fil.] Quir. Secundo Iucundiano, eq. R. et pa[?trono mun. d. d. p. p.?]*'.

Nattabutes **Quirina**

C 8, p. 484. — Plinius nat. hist. 5, 30 *Natabudes* inter provinciae *civitates* vel potius *nationes* dicit. in titulis 8, n. 4826 (a. 209) et 4836 *civitas* audit; *flamines* Nattabutum sunt in n. 4827. 4836.

γ C 8, 4821 '. . *Iulius C. f. Q. Gem[el]lus* - -, *Sex. Iuliu[s] Sex. fil. Q. [S]aturninu[s]* . . . . .'. 4822 '- - *L. Licinius L. f. Q. Marcellus* - -'. 4828 '- - *L. Granius Rogati fil. Qu[ir]ina Honora[tu]s* - -'.

Fabiae testem titulum 4827 = KT p. 117 Iuliorum n. 8 audiendum non esse constat.

Neapolis **Arnensis**

C 8, p. 125. Wilmanns hoc oppidum, quod *Iul(ium)* vocatur in titulo anni 282/3 C 8 n. 968 (cf. Ptol. 4, 3, 8 Νεάπολις κολωνία), Caesaris fuisse coniecit. sed cum Plinius, utpote Agrippam secutus, Neapolim *liberam* dicat (nat. hist. 5, 34), non *coloniam*, malim suspicari Augustum post confectum Agrippae librum, sive cuiuscumque ille civitatium partium orbis Romani recensus erat, eam civitatem, quae usque eo libera fuerat, civitate Romana et tribu donavisse. simili modo Thysdrus, quod oppidum a Caesaris patris adversariorum partibus steterat eiusque rei poenas dederat, a Plinio (nat. hist. 5, 30) *liberum* vocatur, quamquam postea a Caesare, filio puto, colonia *Iulia* factum atque in Galeriam tribum adscitum est.

α C 2, 105 (Pace Iulia, na vinha do Pantaleão) '- - *G. Blossius Saturninus Galeria N(e)apolitanus Afer Areniensis, incola Balsensis* - -'. 8, 971 (N.) '*M. Aurelio M. fil. Arnen(sis) Serano, v. c., aed. plebei designato, q. provinciae Cretae, civi et patrono* - -'.

Phua vide Cirtam.

Rusicade vide Cirtam.

Saddar vide Cirtam.

Sicca **Quirina**

C 8, p. 197. civitas celeberrima — *colonia Iulia Cirta Nova* (C 8, n. 1648) vel *colonia Iulia Veneria Cirta Nova Sicca* (8 n. 1632. EE 5, n. 604. 638. 1259), cf. Plinium nat. hist. 5, 22 — 'utrum et ipsa ex Sittiana adsignatione nata sit, an aliunde nomen traxerit', ignorari monet Mommsen 8, p. 618, not.

α C 7, 373 (Uxelloduni) '- - *L. Antistius L. f. Quirina Lupus Verianus, praef., domu Sicca ex Africa*'. 8, 1641 (S., a. 175/180) in antica: '*P. Licinio M. f. Quir. Papiriano, procur. Augg. imp. Caes. M. Aureli Antonini Aug. Germanic(i) Sarmatici Maximi p. p. et [di]vi Veri a rationibus, cui splendidissimus ordo*

Siccensium ob merita eius et .....'; in latere sinistro: '*municipibus meis Cirthensibus Siccensibus - -*'; *vestrae fidei committo, municipes carissimi, - -*'. Bramb. 1596 (Bonfeld) '- - *P. Quintius L. fil. Quir. Terminus, domo Sicca Veneria, trib. coh. XXIIII vol. c. R.*'.[222])

β C 8, 1648. 1649. EE 5, 1287.

γ C 8, 1655. 1659. 1669. 1686. 1687 (cf. KT p. 30, not. 144). 1692. 1702. 1716. 1723. 1736. 1737. 1740. 1772. Bull. trimestriel 1, 1883, p. 391 n. 260. 3, 1885, p. 51 n. 771. Bull. épigr. (de la Gaule) 4, 1884, p. 114 n. 105. p. 239.

δ EE 5, 625.

fortasse etiam in titulis 8, 1675. 1696. 1771 Quirinae tribus fit mentio.

non sine veritatis specie est castellum illud, quod ubi nunc est Nibber exstructum erat, accedere ad Siccae territorium (8, p. 196. EE 5, p. 361), ubi reperta sunt duo Quirinae testimonia γ 8, 1621. 1622 (vs. 3 fin. *qu*IR?).

Sigus vide Cirtam.

Simitthu **Quirina**

C 8, p. 158. Plinio (nat. hist. 5, 29) est oppidum civium Romanorum; *[c(olonia) I]ul(ia) N(umidica) Simit[t]hus* EE 5, 1116, *co[l(onia)]* I// (i. e. *I[ul(ia)]* aut *[Fla(via)]*) C 8, 1261 dicitur. conicere igitur possis Caesarem patrem municipium condidisse, filium post Agrippae civitatium recensus illos absolutos ante a. 727 = 27 coloniae honore auxisse.

α Revue de l'Afr. franc. 5, 1887, p. 332 (S.) '*C. Otidio P. f. Quir. Iovino, praefecto fabrum, sacerdoti provinc. Afric(ae) anni* (incertae erae) *XXXVIIII, qui primus ex colonia sua hunc honorem gessit, - - curatore Q. Otidio P. f. Quir. Praenestino, fratre, praefecto fabrum*'.

γ C 8, 10598 '- - *M. Hostilius M. f. Quir. Reginus - -*'. Rev. archéol. 44 (1882) p. 245 n. 59 '*L. Manlius L. f. Quir. Rogatus - -*'. Bull. trim. 2, 1884, 5 p. 135 n. 394 '- - *M. Veturius M. fil. Quir. Primus - -*'. n. 399 '- - *T. Sallusti[us] C. f. Quir. ..... ius cor ..... anus (= ?) - -*'.

ε EE 5, 489 '*Sex. Cornelio C. f[il.] Quir. Felici Pacat[o, I]IIII viro viaru[m c]urandar(um),* cet., *patro[no] coloniae d. d. - -*'.

Arnensis δ EE 4, p. 537 = EE 5, n. 490 (a. fere 52—57).

Sua (?)

C 8, p. 118. in titulo 8 n. 929 vs. 2 Sua *[mun]icipi[u]m Aeliu[m]* dici videtur.

in titulo evanidis litteris, qui magistratui, ut videtur, Suensi positus est 8 n. 930, vs. 2, PAPIR*ia* ni fallor scripta legitur.

Subzuar vide Cirtam.

Sufetula **Quirina**

C 8 p. 40. — quando municipium factum sit, non constat, sed fuisse videtur in hoc honore iam saeculo altero, ita ut facile Vespasiani beneficium inde cognoscas.

---

[222]) de tituli C 8, 2565, vs. 1 cf. 'Sic . . .' incertorum.

α Bull. trim. 3, 1885, p. 49 n. 765 '*L. Rasinio L. fil. Quir. Saturnino Maximiano, aedil(i), II viro qq. ob - - adsiduam erga singulos cives suos liberalitatem universus populus curiarum* cet.'. 2, 1884, p. 358 n. 620 '*splendidissimus Sufetulensis ordo M. Valgio M. f. Quir. Aemiliano, eq. R., tribuno n̄. Palmurenorum, ob eximiam in rem publ. suam liberalitatem - -*'.

β Bull. trim. 2, 1884, p. 359 n. 621 '*Q. Iul. Q. f. Quirina Rogatiano, ob honorem aedilitatis* cet.'.

Tepeltensis civitas

EE 5, p. 288. — in titulo EE 5, n. 308 anni 130 *sufetes* Tepeltenses commemorantur, in titulo 311 (ante a. 305) *municipium Tep[eltense]*.

ad Tepeltensem civitatem Arnensem tribum non pertinere manifestum est; haec commemoratur γ Bull. trim. 1 p. 319 n. 202 '*Q. Gem[i]nio Q. f. Arn. [Sa]bino, ...*'.

Thabraca **Arnensis**

C 8, p. 513. — Plinius n. h. 5, 22: '*oppidum Tabraca civium Romanorum*'; Ptolemaeus 4, 35: Θάβρακα κολωνία; EE 5, 1290: *[splendi]dissimus ordo* adest.

γ Bull. trim. 2, 1884/5, p. 133 n. 388 'LANISIN|VS *L. f. Arn.* | *Vindex - -*'.

fragmentum p. 132 n. 368 *papiri?*
.ssimae non intellegitur.

Thagaste **Papiria**

C 8, p. 508. hoc solum constat, Thagaste tertio saeculo ineunte municipium fuisse. Papiria tribus Traianum auctorem beneficii postulare videtur.

α C 8, 5146 '*M. Amullio M. fil. Pap. Optato Crementiano, eq. R., - - ordo splendidissimus Thagastensium - -*', Optatus autem HS C milia nummum '*patriae donavit et curiis*'. 5150 '*C. Flavio C. fil. Papiria Hilaro Felici, eq. Rom., cui cum splendidissimus ord[o munici]pii sui ..... - -*'.

ε C 8, 5145 cuius hominis alter Cirtae titulus exstat a. 209—211 (ε 8, 7053).

Thamugadi **Papiria**

C 8, p. 259. *co[l(oniam) Mar]c[i]anam Tr[ai]anam* (8 n. 2355) vel *Ulpiam* (6 n. 1803 b) *Thamugadi* Traianus imperator a. 100 per legatum legionis III Augustae L. Munatium Gallum condidit (8, n. 2355).[223]) de priore oppidi forma nihil innotuit.

β C 8, 2341 '*- - C. Publicius C. f. Papiria Celer, II vir, q. desig. - -*'. 2344 '*Fortunae reduci Aug.* — sequuntur quattuor versus erasi, ubi "Renier Maximini nomen supplet, qua de causa, nescio" (Wilmannsii nota) — *C. Annius C. fil. Pap. Victor, fl. pp., aed. - -*'. 2403 '*T. F[lav]io T. fil. [P]apir. Mo[ni]mo, fla[m]ini per[pe]tuo - -*'.[224]) 2407 '*Q. Sulpicius Licinius L. f. Papir. Felix, eq. Rom., fl. pp. in splendi[d]issimis civita[t]ib(us) duabus, col. [Th]amug. et mu[n]icipi*

---

[223]) cf. titulum Thamugadensem inter annos 103 et 114 scriptum EE 5, 1269 memoriam servantem Marsyae signi pro imp. Traiani '*conditoris col(oniae)*' salute dedicati.

[224]) de tituli aetate cf. Hirschfeld, Verwaltungsgesch. 1, p. 273 (not. 4) et Wilmanns ad t. s. s. Hirschfeldii litteris ad me datis edoctus sum hunc titulum saec. II, ac quidem Traiano potissimum imperante, scriptum esse iam constare.

Lambaesitani, in col. autem Thamug. etiam omnib(us) honorib(us) functus - -'. EE 5, 683 '- - *L. Iulius C. f. Pap. Bradua, aedil. p. i. d. - -*'.
ε C 8, 2405. 2409.

Horatia β 8, 2362 (Antonino Pio imperante). Quirina δ 8, 2354 (a. 116—117). ε EE 5, 696 (saec. II).

Thelepte **Papiria**

C 8, p. 30. e titulis 8 n. 211 et 216 in Flaviorum mausolei Cilliensis parietibus fixis Thelepte iam Antoniniano aevo vel paullo ante — nam eo tempore titulos exaratos esse Wilmanns contendit — coloniam fuisse perspicitur. quem honorem post Plinium,[225]) qui oppidi nomen in Africanis laterculis non habet, et ante Antoninianum tempus datum esse consentaneum est; et ob hanc rem et ob tribum Traianum crediderim coloniae conditorem.

α C 8, 2565 b (Lambaesi, militum laterculus) vs. 12 '. . . . . *ius Martialis Pa(piria) T(h)el(epte), str(ator)*'. 3106 (ibid.) '- - *T. Fla. T. f. Pa(pi)ria Felix Thelep(te), mil. leg. III Aug. - -*'. 3251 (ibid.) '- - *C. Valerius C. f. Papiria Castus The(lepte?),*[226]) *mil. leg. III Aug. - -*'.

accedunt tituli duo scripti in parietibus mausolei illius Flaviorum ex Thelepte ni fallimur oriundorum, quod in Cillii ruinis situm est (Antoninianae aetatis vel paullo antiquiores) β 8, 216 '*T. Fl. Pap. Receptus, aedilicius, q. aerari, decurio col. Thelept(ae) - -*' et 211 eius, qui mausoleum fecit '*T. Flavius T. filius Pap. Secundus, - - flamen perp(etuus) col. Thelept. - -*'.

Theveste **Papiria**

C 8, p. 215 sq. — apud Plinium non est; *coloniam* dicit itin. Antonini p. 27, 1 W. quo tempore colonia facta sit, aut quo tempore sive Latium sive Quiritium ius consecuta sit, non liquet. Wilmannsio coloniae honorem ad Severum coniectura referre placuit, quoniam eo imperante Thevestinos in civitate Romana versatos esse satis cognitum habemus. equidem a Traiano coloniae origines repetiverim.

α C 8, 2081 (Ksar-el-Birsgam) '- - *M. Annius M. f. Pap. Seranus Thevestinus - -*'. 2878 (Lambaesi) '- - *M. Furius M. f. Papiria Candidus Theveste, 7 leg. III Aug. Antoninian(a)e - -*'. 3881 (ibid.) '- - *[T.] Manilio T. f. Pap. Secundo Theveste - -*'. 3983 (ibid.) '*C. Pomponius C. f. Papiria Victor Thev. - -*'. 10644 (a Theveste ad meridiem à la sortie du col de Tenoucla) '- - *L. Cordius C. f. Pap(iria) Thevestinus*[227]) - -'. EE 2, n. 708 (Aquinci) '- - *P. Sittio P. f. Papiria Teveste ex Africa Mustiolo, vet. leg. II adi. - -*'. de C 8, n. 3251 cf. 'Thelepte'.
β C 8, 1842. 1886.
γ C 8, 1996.

Thibilis **Quirina**

C 8, p. 541. huius oppidi praeterquam in tabula Peutingeriana et in titulis mentio nusquam fit. id certe constat M. Aurelio Antonino imperante

---

[225]) vel potius post auctorem Plinianum Augusto aequalem, qui orbis Romani oppida recensuit.

[226]) an *The(veste)* subest?

[227]) nisi cum Mommseno (indic. p. 996) cognomen *Thevestini* hic intellegimus.

Thibilim suum ordinem habuisse, cf. 8 n. 5525 (a. fere 166—172), et a II viris rectam esse (cf. EE 5, 835 a. 238. 836 a. 275). in titulo 8 n. 10158 Constantio Chloro et Galerio Augg. posito *r(es) p(ublica) m(unicipi) T(hibilitani)* vocatur.[228])

β C 8, 5533 '- - *P. G . . . . . P. f. Quir. Domitius, fla(men) p(erpetuus)* - -'. 5535 '- - *M. Vipsanius M. f. Qu(i)r. Martialis sacerdos* - -, *T. Borocia T. f. Qu(i)r. Valentina* - -'.

γ C 8, 5529. 5536. 5538. 5539. 5541. 5552. 5559. 5560. 5561. 5562. 5563. 5564. 5565. 5573. 5574. 5576. 5580. 5581. 5582. 5584. 5585. 5588. 5591. 5594. 5595. 5596. 5597. 5598. 5600. 5610. 5612. 5616. 5619. 5621. 5622. 5626. 5627. 5629. 5631. 5634. 5636. 5638. 5640. 5641. 5642. 5653. 5654. 10849. 10850. — mulieres (praeter supra scriptas) 5540. 5555. 5556. 5566 (?). 5575. 5587. 5608. 5611. 5613. 5624. 5646.

δ C 8, 5531.

ε C 8, 5528.

Galeria: γ 8, 5650.

accedunt Thibilitanae aquae (C 8, p. 539).

Quirina: γ C 8, 5498. 5499. 5501. 5502. 10846.

Thibursicum Bure vide Karthaginem.

Thignica vide Karthaginem.

Thuburbo maius **Arnensis?**

C 8, p. 106. Plinius (nat. hist. 5, 29) inter colonias recenset; 8, n. 848: *col(onia) Iulia Aurelia Commoda Thuburbo maius.*

de tribu adhuc non constat. Arnensis γ (vel β?) C 8, 842 '*L. Numiseus L. f. Arn. Vitalis* - -'. 854 (saec. III) '*C. Faltonio L. f. Arn. Fusco* - -'. Horatia nescio an indicatur 8, 3843 (Lambaesi) '- - *P. Labienius* Q · (= *Q. f.?*) HOR · *Fortunatus* TVB · - -', quae verba ut aut iis quae alii temptarunt aut iis quae mihi in mentem venerunt satis intellegi possint, multum abest. Papiria β 8, 853 (post a. 138) '*M. Fannio M. f. Papiria Vital[i], 7 coh. IIII Sygambror(um)*, cet., *praef. iuris dic., flam.* - -'.

Thuburbo minus **Quirina**

C 8, p. 148. 106. — 8, n. 1174 a. 161/9: *municipium.*

δ C 8, 1175 '*C. Porcio C. fil. Quir. Saturnino Iuniori, trib. leg. XIII geminae,* cet.'.

ε C 8, 1174 (a. 161/9) '*Sex. Caecilio Q. f. Quir. Crescent[i] Volusiano, praefect. fab., sacerd(oti) curioni sacris faciendis,* cet., *patrono municipii* - -'.

Thuburnica **Arnensis**

EE 5, p. 336. Plinius inter Africae oppida c. R. XV *Thuburnicense* enumerat; Ptolemaeo est Θουβούρνικα κολωνία 4, 3, 29; EE 5, 500 *colonia*

---

[228]) ceterum de colonia (?) Thibilitana cf. C 8, p. 540 et EE 5, n. 843.

Aug(usta); C 8, 10605 = EE 5, 505 in titulo Iuliis vel Claudiis imperantibus scripto *II vir Thuburn(icensis)* dicitur.

β EE 5, 510 '*C. Memmius Q. f. Arn. Valens, aed., II vir quinq., [f]l[am.?]* . . . . . - -'. accedere videtur Ghardimau: β 516 '*P. Sextilio P. f. Arn. Felici, flam. Aug. pp., sacerdoti provinciae Africae* - -'.

γ EE 5, 508 '. . *Pinarius . . f. Arnesis Pe[re]grinus, ve[te]rani f.* - -'.

Cornelia δ EE 5, 506 (post a. 161). Quirina δ (an β??) 507.

Thubursicum Numidarum **Papiria**

C 8, p. 489. de tribu, utrum fuerit Papiria an Quirina, viros doctos dubitare non me fugit; magistratus enim et privatos homines aut in hac aut in illa censitos esse monent. audio; at quonam modo explicari potest, quod, cum in reliqua latissima regione nisi Quirinae nullius tribus reperiamus vestigia, hoc solo loco, Thubursici dico, Papiriae testes multi gravesque prodierunt? atque — ex numeris quoque auxilium afferre liceat — unum titulum magistratus Thuburnicensis qui tribu Quirina erat unumque qui in Palatina census erat, cedere oportet quattuor illis magistratibus, quos Papiriae tribules fuisse scimus. Quirinae tribules exteros puto vel Hipponienses (cf. 8, 4894) vel Madaurenses vel Siccenses vel alios.

iam quaeramus de oppidi forma. Plinius in laterculis Africanarum civitatium non enumerat; a. 99 p. Chr. titulo domestico (4875) teste oppidani nondum ad civitatem Romanam vel ad Latium processisse videntur. saeculi tertii exeuntis tituli coloniam dicunt; inter a. 99 igitur et hoc tempus civitas Romana facta esse videtur. ne ad Traianum referamus non impedit titulus a. 99 exaratus, quoniam Thamugadi quoque anno demum 100 Traianus coloniam condidit.

β C 8, 4879 '*C. Cornelius C. f. Papir. Flaccus, praef. cohor. I Musulam(iorum) in Maur., II vir desig.* - -'. 4886 '*C. [T]u[ll]ius (?) C. fil. Papir. Frontinus, aedil., II vir, quaest., II vir quinq. designatus* - -'. 4887 '*Q. Iulius Q. f. Pap. Saturninus, sacerd(os) Liberi [p]atris* - -'. 4890 '- - *L. Postumius P. fil. Papir. Flaminalis, flam. perp.* - -'.

γ C 8, 4919. 5020. 5070. 5071. 5131 (bis).

Palatina β C 8, 4874. Quirina β 8, 4892.[229]) γ 8, 4920. 4921. 4928. 4986. 5067. 5101. 5111. mulier 5023. γγ Fabia Bull. afr. 1, p. 314 n. 339.

Thugga vide Karthaginem.

Thysdrus **Galeria**

C 8, p. 12. Thysdrum Plinius (nat. hist. 5, 30) *liberum*[229a]) dicit, titulus Urbanus C 6, 3884 (5, 4) *Iulium* vocat, ita ut ad Octavianum civitatis vel Latii beneficium referre placeat. *col(onia) Thysdritana* 8, n. 51. 2343.

α C 8, 3177 (Lambaesi) '- - *T. Licinius T. f. Gal. Secundus Thyz(dro), mil. leg. III Aug.* - -'.

---

[229]) EE 5, 1287 Siccensis hominis (est autem et ipse Quirinae tribulis) esse videtur.

[229a]) cf. C 12, 636: *[m]unicipio Septimia libe[ra T]hysdritanus.*

β C 8, 10500 '*L. Egnatuleio P. f. Gal. Sabino, pontific(i) Palatuali*, cet., *flam. Aug. c[ol. Thysdritanae?]* - -'.

Tiddis vide Cirtam.

---

municipio **Tinfadi** Wilmanns vindicavit titulos in loco Hr. Metkides repertos, inter eos hunc: γ 8, 2205 '- - *Iulius Qu. For[tu]natus* - -'; sed Kiepert 8, p. 946 Tinfadi aliquot milia a loco illo distare ostendit.

Tipasa

C 8, p. 487. neque de oppidi condicione[230]) neque de tribu constat.

Fabia γ C 8, 4869 '- - *Q. Terentius Q. f. Fab. Fortunatus* - -'. Quirina γ C 8, 4855 '*C. Considius C. f. Quir. Gallus* - -'. Scaptia γ C 8, 4856 '*L. Donatus L. f. Scap[tia] Longinus* - -'.

Tubunae **Papiria?**

C 8, p. 453. *municip[ium]* 8 n. 4486, *aediles* et *II viri* 4482. 4485, *ordo* 4484 (saec. IV).

β EE 5, 4485 '*M. Valerius M. f. Pap[iria] Scribonianus, ob honorem II viratus* - -, *L. Valerius M. f. Papi[ria . . .] Rufinus Scribonianus, aedilicius* . . . . . - -'; idem titulus publici iuris factus erat sed longe aliter lectus C 8, 4485, ita ut etiamnunc arbitrum haec res exspectet.

β Palatina C 8, 4482.

Tuccabor

C 8, p. 165. *decuriones* a. 138/161 C 8, 1320.

δ C 8, 1322 '*C. Sulgio L. f. Pap(iria) Caeciliano, praef. leg. III Cyrenaicae*, cet.'.

Turca?

C 8, p. 103. municipalia adsunt 8 n. 822. 826 (a. 230). 827. 828. 829. 823: '*[municipium Au]relium Com[modian]um T[urca]*'.

δ C 8, 825 (post Vespasiani fere tempus) '*Q. Gemnio Q. f. Ar[n(ensis) Sa]bino,*[231]) 7 *leg. VII gem.*, cet.'.

[? Tus]cubis **Quirina**

in media via Bordj Messoudi-Kef rudera satis ampla Romanae aetatis videntur loco Khanguet el Kdim. — Bull. trim. 3, 1885, p. 178 n. 865 titulus ibi repertus legitur, qui ab initio mutilus sic pergit: '*mu]nic[ipii Flavii*

---

230) aedilis, qui in titulo 8, 4848 nominatur, Chabassierii fide et auctoritate parum defenditur; cf. titulum EE 5, 813 anni 128, quem Tipasae consecraverunt '*cives Romani cultores Larum et imaginum Aug.*'; tunc igitur oppidi incolae non omnes in iure Quiritium versabantur.

231) ARM . . . . BINO traditur.

Tus]cubitan[or(um) aer]e conlato posuerunt Mettius Secundus Memmianus, PIARCEIVS *Numidicus II vir(i) qq. dedicaverunt d. d.*'; {CVBITAN} Poinssot Ptolemaeo (4, 3, 33) collato recte fortasse explevit, *Flavii* nomen quod spatium et res requirunt ego addidi.

γ p. 181 n. 873 '- - *L. Gemellius C. fil. Quir. Latro* - -'. n. 877 '- - *L. Iunius Quirina Marcellinus* - -'. n. 879 '*[. .] L. Iulius L. f. Quir. Nepos Proculianus* - -'.

Arnensis: γ n. 875 '- - *L. Cattius L. f. Arniensis Victor* - -'.

Vaga

C 8, p. 154. in Pliniano Africanarum civitatium indice duo leguntur Vagensia oppida, alterum liberum (nat. hist. 5, 30), alterum c. R.; utrum hoc loco intellegendum sit nobis, ignoratur. haec certe Vaga *col(onia) Septimia* audit C 8, 1217 (= EE 5, 460) a. 209[232]) et 1212; cf. 10569 a. 197.

In Fabiae testibus parum subsidii est; nam in altero titulo γ 8, 1229 tribus nominis vestigia non satis certa premimus '- - . . *Aemilius [. . F]ab. Marcellus* - -', in altero autem ββ 1224, qui dicitur M. Iulius M. filius tribu Fabia Maximus, quominus ei vel potius uni ex eius maioribus civitatem et tribum e principis alicuius Iuliae domus favore ortas esse coniciamus quid impediat non video.

Vallis **Papiria**

C 8, p. 160. *municipium Vallitanum* in titulis C 8, 1280. 1282. EE 5, 525. 526, qui saeculi secundi fine antiquiores non videntur; inter hanc et Plinii aetatem,[233]) qui id oppidum non recenset, potissimum Traiano imperante, civitatem consecutos esse Vallitanos putabimus.

γ C 8, 1288 '- - *L. Caecilius L. f. Pap. Rogatus* - -'. 1289 '*L. Caelius L. fil. Pa[p.]*[234]) *Aurelianus*'.

Uchi maius **Arnensis**

C 8, p. 17. EE 5, p. 350. Bull. trim. 1885, p. 35. — Plinius n. h. 5, 29 inter oppida civium Romanorum XV Africae provinciae habet '*Ucitana duo, maius et minus*'. in titulis dicitur *colonia Mariana Augusta Alexandriana Uchitanorum maiorum* (EE 5, 559 Aureliano imperante pos., 561) aut *colonia Alexan[driana] Augusta Uchi maius* (EE 5, 558 anni 230) aut *colonia Uchitanorum maiorum* (EE 5, 560 a. 364—378) dicitur. oppidum ex civium Marianorum[235]) aut Latinorum aut Quiritium vico initium cepisse, deinde ab Augusto municipium Augustum factum esse, ab Alexandro Severo colonia Alexandriana dictum esse videtur.

---

[232]) EE 5, 460 de coloniae origine haec scripta sunt: '*col. Septimia Vaga - - per T. Flavium Decimum procos., c. v., colonia deducta*'.

[233]) vel potius post Pliniani in Africanorum oppidorum formis describendis auctoris aetatem.

[234]) LIILIM Tissot tradit, L · FIL · PAT Guérin.

[235]) cf. paginam 133.

α Bull. trimestriel 1885 p. 38 n. 737 '*Aesculapio Augusto sac* . . . . ., *L. Sollonius P. f. Arn. Lupus Maria[nus!] contulit et in patria sua omn[ibus honoribus functus]* - -'.

γ p. 39 n. 742 '- - *M. Atinius Q. filius Arniensis Felix* - -'.

Verecunda

C 8, p. 423. eodem tempore atque Lambaesitanus vicus Verecunda a Lambaesitanis castris originem duxit *vici*que *Augustor[um] Verecunden-s(ium)* nomen et locum obtinuit, cf. 8, 4199 a. 147/8; 4205 a. 160/4; 4194. *municipium* saeculo demum tertio exeunte appellabatur (8 n. 4220. 4223).

de tribu mihi non constat, neque ex tituli (8, 4156) Lambaesitani nondum bene intellectis verbis '*L. Vitruvi|us Sex. f. Pol.* | *Verecun|d* . . . . . *unu* | . . . . . *pius* | *vix. an. VII*' neque ex inscriptione 4191 *genio pa[triae Aug(ustae)]* dedicata, quam P. Horatius P. [Horati Cres]centis fil. Quir. | . . . . . constituit, quoniam hic *aedilicius, pr[aef. pro III viro], III vir desig. col. [IIII Cirtensium]* erat.

Vina **Quirina**

C 8, p. 123. apud Plinium deest, *vicus* in tabula Peutingeri 5 e, *civitas* in intinerario Antonini p. 58, 2 W. dicitur, in titulis vero (C 8, 959 (a. 257). 960 (a. 253/268). 961 (Constantini aevo) *municipium Aurelium Vina*. in titulo 958 exarato saeculo secundo vergente vel tertio ineunte *signi lupae cum insignib(us) suis* mentionem fieri ita ut *Augusti,* quorum numini titulum hunc sacrum qui posuit dixit, vico civitatem dedisse videantur, Wilmanns monet. nescio num haec omnia satis certa ratione stent; ut enim recte Vina cum Quirina tribu coniungatur in titulo EE 5, 610, iam multo antea, Flavia fortasse domo regnante, oppidum in Latium provectum esse, saeculo vero II ex. vel III in. ad civitatem Romanam pervenisse crediderim.

Quirina α C 8, 1642 = EE 5, 610 '*L. Annius L. f. Qu[ir.] Fidelis, mil. le[g.] III Augus(tae) Vin[a]* - -'.

Papiria β C 8, 958 '- - *C. Aurelius Saturninus Papiria Cilonianus, II vir* - -'.

Uthina **Horatia**

C 8, p. 112. Plinius (nat. hist. 5, 29) Uthinam *coloniam* dicit.

α C 8, 3067 '- - *L. Caecilii L. f. Hor. Secundi Uthina, mil. leg. III Aug.* - -'.

Utica **Quirina**

C 8, p. 149. 'Caesar (b. c. 2, 36) Uticenses sibi *pro quibusdam in eos beneficiis* devinctos fuisse dicit, quod beneficium per legem aliquam Iuliam datum esse auctor belli Africani refert: quid autem ea lege iis tributum fuerit nescimus, probabiliter tamen Mommsenus (C 1, p. 98. hist. Rom. 3, p. 535) de Latinitate cogitavit. Catone mortuo, oppido Caesari tradito, Uticenses in patriam restituti octoque fere annis post a Caesare filio civitate Romana donati sunt, quod refert Dio 49, 16 καὶ τοὺς Οὐτικησίους πολίτας ἐποιήσατο'. Wilmanns l. c.

'Utica civium Romanorum' est apud Plinium nat. hist. 5, 24; *'municipium Iulium'* legitur in numis Tiberi aetate cusis.

α EE 2, 334 (Nicopoli Aegypti, Domitiani fere temporibus) *'[T.] Gavidius [T.] f. Qui. Primus Utica, mil. leg. XXII Deiot. 7 Valeri Fabiani - -'*; cf. C 8, 1328 — Slugiae i. e. Chidibbiae (?) rep. — *'Marti Aug. sacr(um); L. Aemilius L. f. Quir. Honoratus* VTII · 7 *voto s. p. f.'*; Wilmanns adnotavit haec: 'VEII 7 Guérin, sed mihi littera secunda T potius quam E visa est; de reliquis dubitari non potest; legendum erit *Utik(a)*'.

Uzelis vide Cirtam.

Zattara

C 8, p. 511. hoc solum constare videtur, saec. II ineunte et saec. III ineunte hoc loco pagum suam rem p. habentem, saec. IV vero municipium fuisse.

ε C 8, 5179 *'[Q.] Domitio P. f. [Q]uir. Hispano, trib. [mi]l. leg. XVI Flavia[e] firmae, quaestori Urb., d. d. p. p.'*.

Zucchar **Papiria**

C 8, p. 117. municipalia adsunt C 8, 922 et in titulo infra scripto.

γ C 8, 924 *'L. Sisennae L. fil. Papir. Basso - -'*.

Addenda:

titulus β C 8, 4626 *'- - Sex. Aelius C. f. Papiria Labidelus, q(uaestor), aedil(is), II vir - -'*, quem Renier Ain Beïda loco regionis Hodnae repertum esse quod dicit, Mommsen et Kiepert (p. 956, cf. p. 466) ad quos situs referendus sit hic locus non intellegi monuerunt.

El-Lehs (EE 5, p. 372): γ Bull. trim. 1, 1883, p. 261 n. 93 *'- - P. Geminius P. f. Q. Bassulus - -'*. EE 5, 640 (a. 3) *'- - Cn. Cornelius Cn. f. Cor. Rufus - -'*. — Batna γ C 8, 4300 *Arn.* et ε 4292 *Quir.* — Ain-Si-Unis γ 10814 *Q(uir.)*. — Hr. Douameus mta l'oued Rmel (prope Sidi bou Attila) = *res publica municipii* . . . . . (Bull. trim. 3, 1885, p. 101 n. 809 saec. IV): γ p. 101 n. 811 *'. . . . . L. f. Arn. Surus - -'*.

Mauretania Caesariensis.

Auzia **Quirina**

a Plinio inter Mauretaniae oppida non enumeratur. Tacitus (ann. 4, 25) anno 24 p. Chr. Tacfarinatem devictum esse, cum Numidae *'apud castellum semirutum, ab ipsis quondam incensum, cui nomen Auzea, positis mapalibus'* consedissent. C 8, 9046 (saec. 2 med. fere) et 9049 (a. 209—211) *municipium*, 9014 (a. 224). 9047 (a. 260, cf. EE 5, 1300). 9020 (a. 320). 9069 (a. 320) *colonia*, 9062 a. 230 *col(onia) Septimia Aur(elia) Auzi[e]nsium* appellatur. tribus ad Claudiam vel Flaviam imperatorum domum pertinere videtur.

α C 8, 9047 (A., a. 260) *'[Q.] Gargilio Q. f. Q. Martiali, eq. R.*, cet., *dec. duarum col(oniarum) Auziensis et Rusguniensis et pat(rono) prov., ob insignem in cives*

amorem et singularem erga *patriam* *adfectionem - - ordo col. Auziensis - -*' ≌ EE 5, 1300 (Hr. Sûk-el-Khemis).

β C 8, 9024 (a. 195 vel 198—199) '- - *C. Iul(ius) C. f. Q. Emeritus, q., aedilicius - -*'. 9031 (a. 193—211) '- - *L. Orillius L. f. Q. Geminus ob h[onorem . . . .]*'. 9045 (a. 255). 9064. 9070.

γ Bull. de corresp. Afric. 3, 1885, p. 114 n. 4.

Caesarea Mauritaniae **Quirina**

C 8, p. 800. Plinius nat. hist. 5, 20: '*oppidum -- celeberrimum Caesarea, antea vocitatum Iol, Iubae regia, a divo Claudio coloniae iure donata*'. C 6, 3262: *Cl(audia) Caesaria Mauritanie.* 8, 9400 *c(olonia) C(laudia) C(aesarea)?*

α Bulletin de corresp. hell. 7 (1883) p. 15 (Ancyrae) '- - *C. Iul(io) Quir. Pudenti, Q. fil., domo Caesa(rea) Maur(etaniae), trib(uno) coh. XXX volum(tariae) in Ger(mania) sup(eriore)*, cet.' = EE 5, 61.

β C 8, 9374 '*L. Annio C. f. Quir. Fabiano, aed., II vir., flamin(i)*, cet.'. 9400 '*C. Egnatio Quir. Claudiano, dec. c. C. C. (?) - -*'. 9402 '*C. Iulio C. f. Quir. Victori, aedil(i), II vir(o), II vir(o) qq. - -*'. 9404. 9405 ≌ 9406. 9411. — 9409?

γ C 8, 9408.

ε EE 5, 1011.

Fabia εε EE 5, 989. Falerna ε C 8, 9365. Palatina ε C 8, 9358. Papiria ε C 8, 9359.

Cartenna **Quirina**

C 8, p. 824. Plinius nat. hist. 5, 20 '*Cartenna colonia Augusti, legio secunda*'.

β C 8, 9663 '*C. Fulcinio M. f. Quir. Optato, flam. Aug., II vir. qq., pontif.*, cet. - -'. 9664 '*C. Fulcinio C. f. Quir. Optato, equo publico, aedilicio - -*'. 9665 '- - *C. Leuconius Quir. Velox, dec., II vir - -*'.

γ C 8, 9680 '*L. Nemonio L. f. Quir. Pastori - -*'.

Choba

C 8, p. 716. *municipium Aelium Choba* 8, n. 8375.

de tribu non edocemur ex titulo domestico 8, 8375 (a. 196) '- - *L. Aiedio M. fil. Quir. Victore, M. Aemili[o . .] fil. Arn. Honorato, II viris* (sc. municipii Chobae) - -'.

Equizetum

C 8, p. 751. '*municipium Equizetum,* Mommsen ait l. c., appellat lapis miliarius (n. 10430) Diocletiani et collegarum; *colonia* videtur appellari in titulo Augiensi a. 255 (n. 9045) dedicato decurioni alicui *III coll. Auz. et Rusg. et Equiz.*'.

cf. titulum C 8, 9045 sub 'Auzia' citatam: Quirina.

Gunugu **Quirina**

EE 5, p. 478. — Plinius nat. hist. 5, 20: '*Cartenna colonia Augusti, legio secunda. item colonia eiusdem deducta cohorte praetoria Gunugu*'.

β Gazette archéol., chronique, 1887, p. 53 '*[Q.] Iul(io) Q. f. Quir. [C]lementi, aed., [II] viro iterum II [v]iro qq., flam. Aug., [t]rib. ab ordine lecto pagi Sa[lu]taris Silonen[si]s* - -'.

Icosium **Quirina**

C 8, p. 794. Plinius nat. hist. 5, 20 '*a Vespasiano imperatore eodem munere* (sc. Latio) *donatum Icosium*'; itin. Anton. p. 15, 5 W. '*Icosium colonia*'.

γ C 8, 9259 '*P. Sittio M. f. Quir. Plocamian(o) ordo Icositanor(um): M. Sittius P. f. Quir. Caecilianus pro filio pientissimo h. r. i. r.*'.

Manliana **Quirina**

C 8, p. 820. homo, qui fuit Manlianensis *aed(ilis)* et *II vir*, dicitur 8, n. 9617.

β C 8, 9617 '*Q. Pompeio Cn. f. Quir. Clementi,* - - *aed., II vir(o)* - -, *Q. Pompei Q. f. Quir. Rogati* (Clementis filii) - -'.

Oppidum Novum **Quirina**

C 8, p. 823. Plinius nat. hist. 5, 20 '*eiusdem* (sc. Divi Claudi) *iussu deductis veteranis Oppidum novum.*'

β C 8, 9643 '*C. Ulpio C. f. Q(u)ir. Matern(o), aedil(i), II vir(o), II vir(o) qq., omnibus honoribus functo, principi loci* - - *Oppidon(ovani)*'.

Portus Magnus **Quirina**

C 8, p. 835. Plinio (nat. hist. 5, 19) oppidum c. R. est.

α C 8, 9760 (III saec. in.) '*Sex. Cornelio Sex. fil. Quir. Honorato Port(uensi), milit(iis) equestrib(us) exornato* - -'.

β C 8, 9767 in fragmento tabulae aeneae '. . . . . *egerunt legati* . . . . . *[Co]rnelius M. fil. Quir. Cat* . . . . ., . . . *uilius M. fil. Quir. Pat* . . . . ., . . . *arisi Quir. Iolitan* . . . . .'. 9773 '*Q. Val. Sex. fil. Q. Rogato, aed., II (viro?), flam(ini), II (viro?) qq.* - -' eiusque nepotis (?) filiique nomina γ 9769 et 9774.

Rusguniae **Quirina**

C 8, p. 792. Plinius nat. hist. 5, 20 '*colonia Augusti Rusguniae*'.

α C 8, 9249 '. . *Licinio Q. f[il. Q]uir.* (trad. FLICH · VIR) *Donato, dec. patriae (?) Rusguniens(i)um,* cet. - -'.

β C 8, 9250 '*L. Tadio L. fil. Quir. Rogato, dec., aed., II vir., II vir. qq. Rusg(unienses) et Rusg(uniis) consistentes* - -'. — cf. praeterea β 9045. 9047 Auzienses Quirinam enuntiantes.

Rusuccuru **Quirina**

C 8, p. 766. Plinius nat. hist. 5, 20: '*Rusucurium civitate honoratum a Divo Claudio*'. municipii loco mansit, si minimum, usque ad a. 209—211

(8, 8955); *colonia* (itin. Anton. 16, 4. 39, 1 W., Peuting. 1 d) quando factum sit, compertum non habemus.[236])

α C 8, 8995 (R., a. 209—211) '- - *C. Iulius Rustici fil. Quir. Felix Rusuccuritanus, decurio ab ordine allectus,* cet. - -'. Revue de l'Afr. 4, 1886, p. 146 n. 1067 '*L. An[n]io Maximo Modesti fil. Quirina Ru[s]uccuritan(o), equiti Ro[m]ano, aediliq. flaminicio [du]umviraliq(ue)*'. p. 150 n. 1070 '*C. Iulio C. fil. Q. Felici Rusuccuritano, praef. pro d(uo)vir., II viro,* cet.'.

Saldae **Arnensis**

C 8, p. 760. coloniam Augusti Plinius nat. hist. 5, 20, *coloni(am) Iul(iam) Aug(ustam Septimanorum) immunem* tituli 8, n. 8931. 8933[237]) dicunt.

α C 8, 8935 '*Sex. Cornelius L. f. Arn. Dexter Maximus, eq. R., omnib(us) patriae honoribus functus et Sex. Cornelius Sex. f. Arn. Dexter Petronianus statuas equestres propatrui sui - - transtulerunt* - -' ∾ 8925 '- - *Sex. Cornelius Sex. [f.] Arn. Dexter, iuridicus Alexandreae* - -' ≅ 8934 (post a. 138).

β C 8, 8936 '. . *Iulio C. f. Arn. Martiali, scri[bae dec]uriali decuriae aediliciae* . . . . . - -'. 8937 (a. 197) '*M. Aufidio M. fil. Arn. Honorato, eq. pub. ornato, dec. col., C. Aufidius L. f. Arn. Honoratus patruus, idemque vitricus* - -'.

γ C 8, 8946 (?). 8971. 8972.

huc ea quoque Arnensis exempla forsitan pertineant, quae in oppidis Tupusuctu et Sitifi reperta sunt, q. v.

Collina β 8, 8940. 8941. γ 8949. Palatina γ 8938. Aemilia γ 8965. Falerna γ 8954. Quirina γ 8969. Stellatina β 8939.

Sitifis **Papiria**

C 8, p. 722. a Nerva imperatore ortam esse huius oppidi formam Romanam nomen *coloniae,* quod tituli edunt complures, *Nervianae Augustae Martialis Veteranorum Sitifensium* edocet. num iam ante id tempus oppidum aliquod hoc loco situm fuerit, ignoramus. perincommode accidit, quod in Sitifensium tribum indagando testiumque varietatem considerando et distinguendo non multum inde adiuvamur, quod Nervae patriam fuisse Narniam Umbrorum scimus. neque enim Narniae neque Nervae eiusve domus tribus disertis veterum testimoniis enuntiatur. quamquam eum, qui Mommseni commentationum epigraphicarum luculentum caput XX de tribubus imperatoriis (EE 3, p. 230 sqq.) perlegerit Papiriamque eam tribum fuisse censuerit, quis credulitatis vel temeritatis coarguet? numerus vero Papiriae tribulium, quorum nomina e Sitifensibus parietinis prodierunt, neque Quirinae neque Arnensis tribules ita superat, ut e numero auxilium quantumcumque nascatur;[238])

[236]) C. Bouhier et Pallu de Lessert (Revue de l'Afrique française 4, 1886, p. 146 sqq.) Plinianis male intellectis (ut Rus. colonia a Plinio sit dicta) parum prospere de duabus Rusuccuritanis civitatibus cogitaverunt, altera colonia, altera municipio.

[237]) in titulo 8 n. 8929 Divae Sabinae consecrato *col(onia) Iul(ia) Sald(itana)* legitur.

[238])

	Papiria	Arnensis	Quirina
magistratus	4 + 2 Ulpii	5	2
privati	3/9	2/7	4/6

attamen in Papiria acquiescendum videtur; Arnensem enim et Quirinam ad alias Mauretaniae Caesariensis vel contiguae Africae provinciae partes facilius revocabis quam Papiriam in his regionibus insolitam.

Papiria: β C 8, 8422 (sur la route d'Ain-Arnat à Messaoud, prope Sitifim) '- - *C. Munius C. filius Papiria Victorinus, unus ex ordine Sitifensium* - -'. 8455 (S., a. 209—211) '- - *Q. Captius Q. fil. Pap. Martial(is) ob honor(em) aedilitat(is)*'. 8461 '*C.* TAL//ILIAPR (*p*AP*i*R Renier coniecit) *Crescens, sacerdos domini Saturni et flam* . . . . .'. 8492 (a. 234) '*P. Aelius P. fil. Papiria Saturninus, omnibus honoribus functus* - -'.

ββ C 8, 8439. 8456.

γ C 8, 8454. 8560.

Arnensis: β 8, 8449. 8452. 8462. 8466 (a. 156). 8439. — 8437?

γ 8, 8521. — 8504?

Quirina: β 8, 8458 (a. 149). 8469 (a. 207).

γ 8, 8541. 8545. 8592. 8599.

Tipasa **Quirina**

C 8, p. 797. '*a Divo Claudio - - Latio data Tipasa*' Plinius nat. hist. 5, 20. *colonia* in titulo 8, 9290 (secundi fortasse saeculi) et in itin. Anton. p. 15, 3 W.

γ C 8, 9296 '*C. Critio C. f. Quiri[n.]*[239]) *Felici* - -'.

Tupusuctu **Arnensis**

C 8, p. 754. Plinius (nat. hist. 5, 21) *coloniam Augustam quae item Succhabar, item Tubusuptu* dicit; *coloniam Iuliam Aug(ustam) legionis VII Tupusuctu* lapis 8, 8837 anni 55 p. Chr. appellat. rectius igitur de Arnensi Tupusuctitanorum tribu quam de Quirina cogitare videtur Mommsen.

β C 8, 8841 '- - *L. Tadius M. f. Arne. Nivalis, omn(ibus) hon(oribus) consumm(atis)* - -'.

γ C 8, 8852 '- - *C. Annius M. fil. Arn. Felix* - -'. 8857 '- - *[M.] Caecilius M. fil. Arnesis Felix* - -'. 8865 '- - *P. Cornelius Crescens Arne. Donatus* - -'. 8880 '- - *C. Maenius P. fil. Arn. Felix* - -'. 8881 '- - *M. Maucius M. f. Arnens. Victor* - -'. 8886 '*M. Nonius M. f. Arn. Crescens* - -'. 8920, vs. 2 *Arn(ensis)* latere videtur.

Cornelia γ 8, 8888. 8889. Fabia γ 8, 8884. Horatia γ 8, 8847. 8848 (?). 8849. Palatina β 8, 8837. γ 8, 8866 (?). Quirina β 8, 8835 (a 195). 8837 (a. 55) '- - *Q. Iulius Q. f. Qui. Secundus, legatus pro praetore, hospitium fecit* (fuit igitur extraneus) *cum decurionibus et colonis colonia Iulia Aug. legionis VII Tupusuctu - - agentibus legatis* (sc. Tupusuctitanis) *Q. Caecilio Q. f. Palatina Firmano, M. Pomponio M. f. Quir. Vindice*.' γ 8, 8838. 8839. 8856. 8863. 8877. Romulia β 8, 8840. Stellatina γ 8, 8834 (de cuius aetate cf. Mommsen EE 5, p. 651).

---

praeterea Beruagiae, cuius nomen antiquum ignoratur, titulus β 8, 9234 (post a. 161) prodiit '- - *M. Praecilius M. f. Arne. Rogatianus, ob honorem principatus* - -'.

---

239) Shaw QVIRIT tradidit; Mommsen QVI*r*. coniecit.

Mauretania Tingitana.

Tingis

C 8, p. 854. Plinius quod (nat. hist. 5, 2) *Tingi a Claudio Caesare, cum coloniam faceret, appellatum Traductam Iuliam* narrat, manifesto errore captus est; Traducta Iulia enim e regione Tingitani oppidi in Baetica condita erat. sed Tingi a Claudio coloniam factam esse, cur non credamus, non video, praesertim cum et in itinerariis Antonini (p. 8. 24) et Ravennatis anonymi 3, 11 P 162. 12. 5, 4 P 345, 11 *colonia* dicatur.

tribus Quirina, quae in Claudii opere requiritur, quamquam est in titulo domestico 8, 9990 P. Besii P. f. Quir. Betuiniani C. Marii Memmii Sabini (a. 102—114), qui erat *proc. pro leg. provinc. Mauretaniae Tingitanae,* gravioris testis auctoritatem postulat.

Volubilis **Claudia**

C 8, p. 855. *oppidum* est Plinio (5, 5), qui non accuratius de eius forma loquitur, *municipium* in lapidibus 8, n. 9993 (a. 214—216) et 9994. *colonia* in itin. Anton. p. 23, 2 Wess.

α C 8, 9994 '*Q. Caeci[l]io Q. filio Domitiano Claudia Volubili[t]ano, decurioni municipii Volubi[l]i[t]ani* - -'.
γ C 8, 9995 '*M. Fabio L. [f]il. C[l.]*[240]) *Rogato* - -'.

Hispaniae.

(KT p. 131—133. 153—156. 161—162. 185—188.)

In **Galeria** haec Hispaniarum oppida censebantur, quae (id quod e Plinianis cognoscitur) in Augustis provinciarum formis dicta erant:

a) coloniae: in Baetica 1. Corduba, c. Patricia 2. Iptuci, c. Virtus Iulia
  in Lusitania 3. c. Pax Iulia
  in Tarraconensi 4. Barcino, c. Faventia Iulia Augusta Pia 5. Libisosa, c. Foroaugustana 6. Tarraco, c. Iulia Victrix Triumphalis 7. Valentia;

b) oppida civium Rom.: in Baetica 1. Asido Caesarinorum 2. Gades Iulia Augustanorum 3. Iliberri Florentinorum
  in Lusitania 4. Olisipo, Felicitas Iulia
  in Tarraconensi 5. Bilbilis, m. Augustum 6. Calagurris Nassica, m. Iulium 7. Dertosa 8. Ilerda 9. Iluro 10. Saguntum;

c) municipia *Lati veteris*: in Baetica —
  in Lusitania 1. Ebora, Liberalitas Iulia 2. Salacia, urbs imperatoria
  in Tarraconensi 3. Ausa 4. Castulo Caesaris [Iu]venalium 5. Edeta 6. Gerunda 7. Iesso 8. Osicerda 9. Saetabi Augustanorum 10. Valeria;

---

240) traditur LIILCI.

d) quae aut Latina aut c. R. (aut libera aut foederata?) oppida a Plinio putari videntur:
in Baetica 1. Ilipa, Ilpa (?) 2. Isturgi, Triumphale 3. Nertobriga, Concordia Iulia 4. Obulco, opp. Pontificense 5. Ossigi, opp. Latonium 6. Sacili Martialium 7. Urgao, Alba 8. Ulia, Fidentia 9. . . . . ., Contributa Iulia
in Lusitania et Tarraconensi: —;

e) foederatum: in Baetica Epora;

f) oppida a Plinio omissa, quae Augusta aetate melioris iuris fuisse videntur:
in Baetica 1. Carmo 2. Iliturgicola 3. munic. I(ulium) U(. . . . .)
in Tarraconensi 4. Egara 5. Labitolosa 6. Lucus Augusti 7. Otobesa 8. Sigarra;

g) a Plinio *oppida* dicta (in Tarraconensi):
1. Clunia 2. Uxama; haec oppida Augusto vivo in meliore condicione fuisse putari possunt; denique 3. Abobriga, quam in Galeria tribu fuisse unus titulus praedicat, male opinor;

h) quae a Plinio stipendiaria oppida dicuntur
α) per errorem ut videtur: in Tarraconensi 1. Damania 2. Dianium 3. Segobriga
β) recte, ut equidem putarim: in Tarraconensi Cisimbria; sed Galeriae unum testem cave ne pluris iusto facias.

In **Quirina** haec Hispaniarum oppida erant,

a) quae Augusto vivo inter foederata erant, si Plinio fidem habemus:
in Baetica 1. Malaca, m. Fl.[241])
in Balearibus 2. Ebusus, m. Fl.;

b) quae Augusto vivo libera erant aut fuisse videntur:
in Baetica 1. Cartima, m. Fl. 2. Ostippo 3. Singilia Barba, m. Fl.;

c) quae Augusto vivo stipendiaria fuisse e Plinianis intellegitur:
in Baetica 1. Acinipo 2. Arva, m. Fl. 3. Arunda 4. Axati, m. Fl. 5. Barbesula 6. Canama 7. Ilipula minor 8. Ilurco 9. Mellaria 10. Osqua 11. Sabora, m. Fl. 12. Salpensa, m. Fl.
in Lusitania 13. Caesarobriga 14. Caurium 15. Tapori
in Tarraconensi 16. Aeso 17. Vergilia;

d) quae oppida Augusto vivo stipendiaria fuisse videntur, ceterum in Plinianis
α) aut omittuntur: in Baetica 1. Al . . . . i 2. Anticaria, postea mun. Sulpicium? 3. Iluro, m. Fl.? 4. Iporca 5. Lacilbula 6. Munigua, m. Fl. 7. Nescania m. Fl.
in Lusitania 8. Igaeditanorum 9. Merobriga, m. Fl.
in Tarraconensi 10. Aquae Flaviae 11. Aurgi, m. Fl. 12. Flaviaugusta 13. Grallia 14. Iamo, m. Fl.
β) aut *oppida* vel *populi* vel *civitates* dicuntur:
in Baetica 1. oppidum Naeva
in Lusitania 2. oppidum Balsa 3. oppidum Collippo
in Tarraconensi 4. oppidum Bracaraugusta 5. oppidum Segontia 6. Iuliobriga 7. Limici 8. Tritium Magallum 9. Mago, m. Fl. 10. Lancia

e) male denique cum Contributa Iulia Ipsca Quirina coniungi videtur.

---

[241]) litteras 'm. Fl.' addidi, ut significarem oppida quae post Augustum a Flaviis aucta sunt.

In **Velina** Augusto regnante erant e Balearibus:
oppida civium Romanorum 1. Palma 2. Pollentia.

In **Aniensi** censebatur
e Tarraconensi colonia Caesaraugusta.

In **Papiria** erant
e Baetica 1. colonia Augusta Firma Astigi
e Lusitania 2. colonia Augusta Emerita.

In **Sergia** erant
e Baetica 1. colonia Augusta Gemella Tucci 2. municipium Italica.
e Lusitania 3. colonia Scallabis?
e Tarraconensi 4. colonia Carthago Nova.

recte igitur olim posuisse mihi videor et hoc: Sergiam in Hispanis oppidis ad liberae rei publicae tempora recedere, Galeriam ad Augustum, Quirinam ad Vespasianum, et illud: Augustum primum oppida Latina tributim discripsisse, ita ut municipes eorum oppidorum, si cives Romani fierent, in certam quandam eandemque venirent tribum.

sumpsi praeterea Papiriam et Velinam ad rem publicam liberam, Aniensem et Papiriam ad Caesarem dictatorem revocandas esse, id quod ut novis magnisque testimoniis confirmetur, vel maxime opto.[242])

restat ut addam Galeriae testes Augusto antiquiores adhuc non innotuisse, neque Quirinae testimonia Flaviis imperatoribus superiora inventa esse, nisi unum exceperis C 2, 159 hominis a Divo Claudio viritim civitate donati.

Post Vespasianum res tribuarias Hispaniarum non immutatas esse censeo.

Hispania Baetica.

Acinipo **Quirina**

C 2 p. 181 sq. — inter oppida illa *in Celtica* sita, quae Plinius (nat. hist. 3, 14) litterarum ordine digesta profert, stipendiaria scilicet, *Acinippo* quoque enumeratur;[243]) sed in numo quodam autonomo (HME tab. 54, 1) est '*L. Folce. aedile — Acinipo*'.

β C 2, 1348 '*M. Mario M. f. M. n. Quir. Frontoni, pontificali, II vir(o), pleps patrono - -*'.

Maecia: β C 2, 1349 '*Q. Servilio Q. f. [Mae]c(ia) Lupo, pontificali, patro[no] .....*'.

Al..... iensium res p. **Quirina**

α C 2, 954 (Niebla = Illipulae?; titulus male habitus) '- - *M. Cur[iatius Q]uir. Longinus Al ..... iiensis,*[244]) *decurio Illipu[lensis ..... o]b (h)ono[rem ..... - -*'.

---

[242]) Claudius in Quirinam, Serv. Sulpicius Galba in Pomptinam, quam suae ipsius gentis sive domus fuisse tribum conicere licet, non quidem oppida, at singulos homines rettulit.

[243]) sed conferas quaeso Detlefseni dubitationes Philol. 30, 1870, 279 sq.; 302.

[244]) prae ceteris in mentem venit Alontigicaelorum et Alastigorum, qui '*Maenubam amnem et ipsum navigabilem haut procul adcolunt*' (Plin. 3, 12), proximi Ilipulam minorem.

Anticaria **Quirina**

C 2 p. 276. — prima quae certo anno tribui potest II viratus mentio fit C 2, 2041 a. 76/77. Mommsen C 2 p. 276 titulo Apulensi (3, 1196) usus Anticariam *Sulpiciae* cognomen et ius a Ser. Sulpicio Galba, cum imperator esset, traxisse coniecit, quamquam ob tituli interpretationem admodum incertam dubitans.

α?? C 2, 2042 '*L. Calpurnio Quir. [Macri?]no ordo Nesc(aniensis) statuam puplice decrevit*' et Anticariae poni iussit, utpote forsitan in patria eius viri.

γ C 2, 2035 '- - *C. Fabius C. f. Quir. Fabianus* - -'.

Arva **Quirina**

C 2 p. 138. — inter *oppida Hispalensis conventuus,* quae stipendiaria putantur, Plinius nat. hist. 3, 11 Arvam habet. *municipium Flavium* dicitur in titulis C 2, 1060. 1064—1066.

α C 2, 1065 (A.) '*Q. Traio Q. Trai Areiani fil. Quir. Areiano Arvensi, huic ordo municipi Flavi Arvensis - - statuam decrevit* - -'.

Galeria: β C 2, 1064 '*Q. Fulvio Q. Fulvi Attiani f. Q. Fulvi Rustici n. Gal. Carisiano, patrono et pontifici - - centuriae Ores(is) Manens(is) Halos(...) Erques(is) Beres(is) Arvabores(is) Isines(is) Isurgut(ana)* - -'. γ 1068 (litt. aevi Hadriani) '*L. Fabio Gal. Severo* - -' (alterius cuiusdam L. Fabi L. f. Gal. Severi titulus in Bornos oppido repertus est C 2, 1367).

Arunda **Quirina**

C 2 p. 184. — Plinius nat. hist. 3, 14 A. inter stipendiarias civitates recensere videtur.[245])

β C 2, 1359 '*L. Iunio L. f. Quir. Iuniano, II vir(o) II* - -'.

Asido **Galeria**

C 2 p. 176 sq. — Asidonem non coloniam sed municipium Augusti aetate fuisse Hübner Plinii verba (nat. hist. 3, 11) recte interpretatus statuit; *municipes Caesarini* C 2, 1315 cf. 1305.

α?? C 2, 1313 (A.) '*M. Antonio M. f. Gal. Syriaco, II vir(o) mun(icipes?) Aug(ustani?) Gad(itani)*[246]) *d. d.*'.

β C 2, 1314 '*M. Acilius M'. f. Gal. Silo, II vir, praef. cohor.* - -'. 1315 (litteris aevi fere Augusti) '*Q. Fabio Cn. f. Ga[l]. Senicae, IIII vir(o) municipes Caesarini*'. — 1305 (A.?, cf. Hübner p. 176, cap. XXVII) '*L. Fabio L. f. Gal. Cordo, IIII viro populus m(unicipii) C(aesarini)* - -'.

γ C 2, 1318 ∾ 1324 (litteris aevi Antoniniani). 1321. accedere videtur 5122 (p. XLIII) in medio Asidonis et Baesipponis repertus; Baesipponem stipendiariam fuisse rem p. Plinius nat. hist. 3, 15 docet.

Astigi **Papiria**

C 2 p. 201. — ex *coloniae Augustae Firmae* cognomine (C 2, 1471. 1480. 1630. Plinius nat. hist. 3, 12) non tam de civitatis quam de coloniae honoris origine constare puto.

---

[245]) sed cf. Detlefsen Philol. 30, 1872, 279 sq.; 302.

[246]) sic mihi potius placet legere quam *II vir(o) mun(icipii) Aug(ustani) Gad(itani)*.

α EE 5, 999 (Caesareae Maurit.) '*M. Furius Herennus Papiri(a) Astigitan(us), veterani f(ilius); hic situs est; Baetica me genuit tel(l)us* - -'.

β C 2, 1476 '*C. Cosconius L. f. Pap. Taurus, II vir* - -'. 1477 '*Cn. Manlius Cn. fil. Pa[p.], trib. cohortis praet., praefect. cohortium, II vir, praefectus iure dic.*'. 1478 '. . . . . *ius M. f. Pap. Longinus, II vir bis, praef. ter* - -'.

γ C 2, 1510. — accedunt Marchenae[247]) reperti 1396 et 1398.

ε C 2, 2213 (A.?, cf. KT p. 135 not. 490).

Axati **Quirina**

C 2 p. 137. — Plinius nat. hist. 3, 11 Axati stipendiarium dicere putatur; A. *municipium Flavium* dicitur C 2, 1055.

α C 2, 1054 (A.) '*C. Iuventio C. f. Quir. Albino, aed., II vir(o) munificentissimo civi municipes et incolae - - patrono patriae* - -'.

Barbesula **Quirina**

C 2 p. 245. — stipendiarium est Plinio nat. hist. 3, 15; *municipium* dicitur C 2, 1941.

β C 2, 1940 (litteris aevi fere Traiani) '*C. Cervio Quintiano Quir., II vir(o)* - -'.

Galeria: β C 2, 1941 '*L. Fabio Gal. Caesiano, II vir(o), flamini perpetuo m. m. Barbesulani* - -'.

Batorensis civitas

aliunde non nota est.

β C 2, 1677 (ad Torre Iimeno prope Tucci) '*P. Fabio P. f. Gal. Iuliano, II vir(o) bis, pont., ordo Batores(is)* - -'. sed potest cogitari hic titulus Tuccitano civi vel incolae potius a Batorensibus positus.

Canama **Quirina**

C 2 p. 140. — Plinio nat. hist. 3, 11 stipendiarium esse videtur; *municipium Flavium* est in titulo C 2, 1074.

β C 2, 1074 '*L. Attius Quir. Vetto, flamen, II vir m. m. Flavi Canam.* - -'.

Carmo **Galeria**

C 2 p. 188. — oppidum nobile, cuius cives Caesarem sibi devinxerunt (b. c. 2, 19), a Plinio male omissum est. crediderim Carmonenses Augusto vivo aut Latinos aut cives Romanos fuisse.

β C 2, 1380 '*L. Iunio L. f. M. n. L. pron. Gal. Rufo, II[II] vir(o), pont., aug., quattuorviral[i] potest(ate)* - -'.

Carteia

C 2 p. 242. — Carteiam '*Latinam coloniam esse libertinorumque appellari*' senatui a. 583 = 171 placuit, ut Livius narrat 43, 3, 4; Plinius

---

[247]) Marchenam esse, ubi fuit Ilipula minor, Hübner suspicatus est (C 2 p. 190).

(3, 7) Carteiam, dum loca maritima perlustrat, recenset condicione oppidi non definita; in numis (HME p. 330 sqq.) *aediles, IIII viri, quinquennales* aliaque municipalia adsunt.

ε C 2, 1929 '*Q. Cornelio [. . f.] Gal. Senecioni Anniano, cos.* (ante a. 136), *procos. Ponti et Bit[h]yniae,* cet. - -'.

Cartima **Quirina**

C 2 p. 247 sq. — C 2, 1955: *civitas Cartimitana*; in titulo 1956 (litteris aevi fere Vespasiani) inest memoria Iuniae D. f. Rusticae, sacerdotis '*perpetuae et primae in municipio Cartimitan[o]*'. Detlefsen (Philol. 30, 1870, p. 272) ob decemviratus quae in inscriptione 1953 anni 53/4 deprehenduntur vestigia Cartimam olim liberam fuisse coniecit.

α C 2, 1949 (C.) '- - *L. Porcius Quir. Victor Cartimitan(us)* - -' ≌ 1951 '- - *L. Porcius Quir. Victor Cartimit.* - -'.

β C 2, 1954 '*M. Decimio Quir. Proculo, pontifici perpetuo ordo Cartimitanus* - -'. 1957 '*L. Porcio Quir. Saturnino, pontif.,* cet.; *L. Porcius Quir. Saturnin(us)* - -'.

γ C 2, 1961. 1962.

Galeria: α C 2, 1955 (C.) '*D. Iunio Gal. Melino, equiti Romano ex civitate Cartimitana primo facto* - -'. hic titulus et propter civitatis mentionem et quoniam Vespasiano demum imperante e Cartima, opulento oppido, primum quendam equitem Romanum factum esse non crediderim, ante Flaviorum imperia scriptus mihi videtur; itaque Galeriam ad hominem, non ad oppidum refero.

Cisimbr(i)um

C 2 p. 292. — Cisimbrii nomen legitur in Cordubensis conventus oppidorum laterculo Pliniano (nat. hist. 3, 10) inter illas civitates, quarum nomina in literas digesta sunt, ut Augusti tempore stipendiarium populum ibi habitavisse suspiceris. quadrat, quod in titulo C 2, 2906 Cisimbrenses Vespasiano eiusque filio gratias agunt, quod sibi dedissent, ut *per hon(orem) II v[i]r(atus)* civitatem Romanam consequerentur. hi enim principes Cisimbrensibus Latium minus concessisse putandi sunt.

Quirina: γ in titulo iam citato C 2, 2906 '- - . . *Valerius [L.] f. Quir. Rufus* - -'.

Galeria: α C 2, 2008 (C.) '*C. Valerius C. f. Gal. Valerianus Cisimbrensis, II vir, pontif. perp.* - -'. alios malo testes rei tribuariae, quae fuit Cisimbrii, exspectare quam huic nimiam fidem habere.

Conoba

Hübner (C 2 p. 174) Conobam idem oppidum atque *Colobanam* esse conicit, quod Plinius nat. hist. 3, 11[248]) simul cum Nabrissa cognomine Veneria *inter aestuaria Baetis oppida* esse dicit.

[248]) Detlefsen l. c. p. 296.

titulum C 2, 1294 (Nabrissae?) '*L. Acilio Quirina Albano, f., huic ex consensu populi. Conoba s[t]a[tu]am poni plaquit*' Grotefend attulit quo Conobacensium tribum evinceret; quod cur probem aut refellam non habeo.

Corduba **Galeria**

C 2 p. 306 sq. — Strabo 3, 2, 1 (p. 141) Κόρδυβα ait Μαρκέλλου κτίσμα. - - ᾤκησάν τε ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἄνδρες ἐπίλεκτοι· καὶ δὴ καὶ πρώτην ἀποικίαν ταύτην εἰς τούσδε τοὺς τόπους ἔστειλαν Ῥωμαῖοι. Plinius nat. hist. 3, 10: *Corduba colonia Patricia cognomine.* consentiunt tituli et numi; in his (HME p. 296 sq.) caput Augusti videtur legunturque haec verba: '*permissu Caesaris Augusti — colonia Patricia*'. antiquiores numi quidam Veneris et Cupidinis signis ornati et hisce inscripti: *Cn. Iuli L. f., q(uaestoris) — Corduba*; Venus et Cupido ad Caesarem recte referri videntur a viris doctis. ut alias opiniones omittam, coloniam Augustum condidisse puto.

β C 2, 2224 '*L. Iulio M. f. Q. nep. Gal. Gallo Mummiano, trib. militum coh. maritimae, II vir(o) c. C. P.,* cet. - -'. 2225 '*L. Manlio A. f. A. n. Gal. Boccho, trib. mil. leg. XV, II vir(o), praefect(o) iur(e) dic. d. d. c. P.*'.

β (?) C 2, 2220 '*[C. Cosanus . . f.] Gal. . . . . . it || C. Cosanus C. f. Gal. Rusticus, flamen designatus provin[c.] Baet.* || - -'.

Quirina: α C 2, 1200 (Hispali) '*Q. Fabius Q. f. Quirina Fabianus Ilurconensis, idem Patriciensis* - -', sed hic Ilurconensis quidem civis, incola vero Patriciensis putandus est. 2245 (C.) '- - *L. Iulius M. fil. [. . . . . ?] Qui.* (?, aut *qui*) *Saxio d . . . . . Patriciensis* - -', qui titulus ut recte intellegatur multum abest. δ 2215. (Papiria: ε 2213, cf. Astigi.) Sergia: γ 2286 (antiquior); cf. 2280 '- - | . . . . . *s L. f. Men(enia??)* | . . . . . *tus* | . . . . . *P. f. Se[r(gia??) C]eler*'. Voltinia: γ (?) 2318.

Curiga

C 2 p. 134. — quae Plinius de Curigae rebus (nat. hist. 3, 14) dixerit, non liquet. — C 2, 1041: Curigenses *[Contributenses] Iul[ienses]* forsitan dicantur. numi prorsus desunt.

γ C 2, 1042 '- - *C. A[n]tistius C. [f.] Quir. Cra[ssus]*'.

Epora **Galeria**

C 2 p. 301 sq. — Plinius nat. hist. 3, 10: '*Epora foederatorum*'. ad civitatis ius nescio quando donatum titulus pertinere mihi videtur C 2, 2156: '*lupae Romanae; M. Valerius Phoebus, VI vir Aug., cui ordo munic. Epor.* cet.', quem quod Hübnero ut inspiceret non contigit dolendum est.

β C 2, 2159 (saec. I) '*P. Attennio C. f. Gal. Afro, flamini August., d. d., patron[o]*'.

γ C 2, 2158 (a. 43/44) '- - *L. Aemilius Gal(eria??) et L. Aemilius, f.* - -', qui titulus pessime traditus esse videtur.

Gades **Galeria**

C 2 p. 229. — de foedere inter Gaditanos et Romanos icto cf. Livius 32, 2, 5 (ad a. 199) et Cicero pro Balbo 14, 33 sqq.; Dio Cassius 41, 24, 1

ad a. 705 = 49: (Καῖσαρ) τοῖς γε Γαδειρεῦσι πολιτείαν ἅπασιν ἔδωκεν, ἣν καὶ ὁ δῆμός σφισιν ὕστερον ἐπεκύρωσε. Livius epit. 110 (ad a. 705 = 49): '*(Caesar) Gaditanis civitatem dedit*'. sed numi (HME p. 350 sq.) Augusti aetatem non superant et praeter alios M. Agrippam ut *municipi parentem* et *municipii patronum* celebrant. — Plinius nat. hist. 4, 119: *oppidum civium Romanorum qui appellantur Augustani urbe Iulia Gaditana*; C 2, 1313: *mun. Aug. Gad.*; cf. C 2, 1729 et Columella 8, 16, 9.

α C 9, 235 (Tarenti) '*L. Iunio L. f. Gal. Moderato Columellae, trib. mil. leg. VI ferratae*'; Columella rei rusticae scriptor celeberrimus Gadibus natus est, cf. quae ille in libris de re rustica scripsit 7, 2, 4 et 8, 16, 9 et 10, 185.

β C 2, 1313 (Asidone, aevi Antoniniani) '*M. Antonio M. f. Gal. Syriaco, II viro mun. Aug. Gad.*, - -', nisi potius hic titulus Asidonensi civi a *mun(icipibus) Aug(ustanis) Gad(itanis)* positus est. 1727 '*L. Antonius Q. f. Gal. Antullus, IIII vir aed. pot.* - -'. 1728 '*L. Antonius C. f. Gal. Antullus, sacerdos* - -'. 1729 '- - *Q. Antoni C. f. Gal. Rogati, decurionis Aug. Gadiu(m)*'. 1731 '*L. Fabius L. f. Gal. Rufinus, II vir*, cet.'.

γ C 2, 1754. 1761. 1861.

δ C 2, 1726.

in C 2, 1736 '*A. Baebius A. f.* | *Gal. Rufus* | E.....EN' Hübnero *E[por]en(sis)* latere videtur, id quod vix probari potest.

ceterum monendum est L. Cornelium illum Balbum Gaditanum, cuius causam Cicero dixit a. 698 = 56, quo anno reliqui Gaditani nondum ad ius Quiritium pervenerant, legis de ambitu praemio in tribum Crustuminam receptum esse (Cicero pro Corn. Balbo 25, 57).

Hispalis

C 2 p. 152 sqq. — Isidorus origg. 15, 1, 71 '*Hispalim,* inquit, *Caesar Iulius condidit, quam ex suo et Romae urbis vocabulo Iuliam Romulam vocavit*'. Strabo 3, 2, 1 p. 141 C: ἡ μὲν Ἴσπαλις ἐπιφανὴς καὶ αὐτὴ ἄποικος Ῥωμαίων, νυνὶ δὲ τὸ μὲν ἐμπόριον συμμένει, τῇ τιμῇ δὲ καὶ τῷ ἐποικῆσαι νεωστὶ τοὺς Καίσαρος στρατιώτας ἡ Βαῖτις (= ?) ὑπερέχει. Plinius nat. hist. 3, 11 '*Hispal colonia cognomine Romulensis*'. — de tribu Hispalensium, utrum Galeria an Sergia fuerit, dubitatur.

Galeria: α C 2, 1185 '*L. Horatio L. f. Gal. Victori, II viro bis, ob plenissimam munificentiam erga patriam et populum, merentissimo civi populus*'.

β (?) C 2, 1181 '*L. Vibio L. f. Gal. Tusco Aurelio Rufino, praef. cohort. primae Ause[tanorum]* ..... *aed(ili?)* ..... *[fra]tri piissimo* ..... *ab splendidissimo [ordine] Hispa[lensium]*'.

γ (ε?) C 2, 1175 '*M. Messio M. f. Gal. Rustico Aemilio Vero Aelio Romulo Prisciano Tito Proculo*', quocum parentela coniuncti videntur M. Cutius M. f. Gal. Priscus Messius Rusticus Aemilius Papus Arrius Proculus Iulius Celsus, cos. a. 147, cuius hominis duo tituli Salpensani (C 2, 1282. 1283) mentionem faciunt et M. Messius M. f. Gal. Rusticus Aemilius Africus Cutius Romulus Priscianus, X vir stl. iud. tituli C 14, 3516 (Monte Papese).

γ C 2, 1187 '. . *Lucio M. f. Gal. Tusco, publice ex d. d.*'.

ε C 2, 1178 (ca. a. 134) '*M. Calpurnio M. f. Gal. Senecae Fabio Turpioni Sentiano, praef. classis Misenensis - - ordo c. c. R.* - -' ≅ 1267 (en Villalva de

Alcor, ante a. 134; genuinus?).[249]) 1262 '*M. Accenna M. f. Gal. Helvius Agrippa, praetorius,* cet.'.

Sergia: α C 2, 2545 (Caldas de Rey) '*C. Iu[lius . . f.] Ser. His[pa]li Vic[t]or, mil. leg. X gem. 7 Fabi Celtiberi - -*'.

β C 2, 1176 '*L. Blatio L. f. Ser(gia?) Ventino (?), trib. mil. leg. V et X gem., aed(ili), II vir(o), coloni et incolae*'. 1188 '*Q. Pomponio Clementi Serg. Sabiniano, aed., II vir(o) c. c. R., pont., aug. ex d. d. c. c. R. - -*'.

γ C 2, 1184 '*M. Helvio M. f. M. n. Serg. Agrippae; huic ordo splendidissimus Romulensium - - decrevit - -*'.

Quirina: β C 2, 1186. ε 1180 (a. 161—169). 1182.

Iliberri **Galeria**

C 2 p. 285. — '*municipium Florentinum Iliberritanum*' C 2, 1572. 2070. 2072. 2081 (?); '*municipium Florentinorum*' C 2, 2069, coll. 2074. 2077. 2079. 2085. — Plinius nat. hist. 3, 10 (inter oppida ut videtur melioris iuris): '*Iliberri quod Liberini*' (*I. q. Florentini* legendumne? cf. Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 288).

α C 2, 2063 (Faucenae) '*P. Manlio P. f. Gal. Manliano Iliber. - -*'. 2073 (Il., post a. 199) '*P. Cornel. P. f. Gal. Anullino Iliber., praef. ur[b.], cos.,* cet. - -'.

β C 2, 2081 '*L. Gal[e]rio L. f. [G]a[l.] Valeriano, II vir(o),* cet.'.

γ C 2, 2082. 2088.

ε C 2, 2075 (cf. 1446 a. 132/3).

Ilipa Magna **Galeria**

C 2 p. 141. — Plinius nat. hist. 3, 11 inter oppida melioris sortis ut videtur: '*Ilipa cognomine Ilpa (?)*' cf. Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 295. — in numis (HME p. 376 sq.) *Ilipense* (sc. *municipium*) legitur; postea a Flaviis auctum esse putatur, ut esset *mun(icipium) F(lavium) [Il]ipens(e)* (C 2, 1192), non recte fortasse.

α? C 2, *490 ('Demetrios de los Rios misit Aprili a. 1869, sed non vidit; deinde ut ab amicis accepit addiditque de fide sibi minime constare'. Hübner) '*- - C. Livius Gal. Ilipens. - -*'.

γ C 2, 1090 '*Q. Fabio Q. f. Q. n. Gal. Ruf. . . . . .*'.

(ε C 2, 1083 cf. sub 'Hispali'.)

Ilipula Minor **Quirina**

C 2 p. 200. — Plinius nat. hist. 3, 12 Ilipulam minorem stipendiariam civitatem esse tradit.

β C 2, 1470 (male traditus) '*Flav. Iul. Seg. | Quir. Gallo | IV vir., duu. v. II, dict. design. | III, praet. III, ann. III - -*'.

γ C 2, 1469 (aevi Antoniniani) '*C. Cordio C. f. Quir. Optato, d. d. Ilip. minor. - -*'.

---

[249]) cf. eiusdem hominis inscriptiones Ilipenses (C 2, 1083 et (?) 1084; praeterea Hirschfeld, Verw. 1, 124 sq.

Iliturgicola **Galeria**

C 2 p. 218. — a scriptoribus veteribus non commemoratur.

α C 2, 1648 (Alcala la Real) '*L. Porcio L. f. Gal. Ma[t]erno Iliturgico[l]ensi, II vir(o) - -*'.

β C 2, 1649 (Priego = Iliturgicola??) '*L. Porcius Quir. Quietus II vir, pontifex - - suo et T. Porci Quir. Quieti f(ilii) sui nomine - -*'.

Ilurco **Quirina**

C 2 p. 284. HME p. 326 sq. — a Plinio nat. hist. 3, 10 *Illurco* inter ea oppida conventus Cordubensis, quorum nomina in literas digesta sunt (i. e. stipendiaria) dicitur.

α C 2, 1200 (Hispali) '*Q. Fabius Q. f. Quirina Fabianus Ilurconensis, idem Patriciensis - -*'; cf. p. 173.

Iluro **Quirina**

C 2 p. 246. — Domitiani aetate Baeticae haec Iluronensis civitas Latio utebatur (cf. C 2, 1945), quod donum ei a Vespasiano aut eius filiis concessum putarim.

β C 2, 1945 (a. 84—95) cum add. p. 704: '*- - L. Munnius Quir. Novatus et L. Munnius Quir. Aurelianus, c(ivitatem) R(omanam) per h[ono]rem II vir(atus) consecuti - -*'.

Iporca **Quirina**

C 2 p. 135. — scriptores antiqui huius oppidi non meminerunt; ordo Iporcensium adest C 2, 1046.

γ C 2, 1047 '*Q. Cornelio Quir. Gallo - -*'.

Ipsca **Quirina**

C 2 p. 211. — Plinii verba nat. hist. 3, 14 corrupta putantur: *Segidae (adicitur) Restituta Iulia, ... Contributa Iulia, Ugultuniacum quae et Curiga nunc est.* Ipscae nomen in lacuna quam indicavi intercidisse Detlefsen (Philol. 30, 1870, p. 300) coniectura posuit, scilicet quod in titulis C 2, 1572 et 1597 *munic(ipium) C(....) Ipsc(ense)* et *plebs C(....) Ipsc(ensis)* et *resp. Contrib. Ipsc.* dicuntur.

α C 2, 1597 (Baenae) '*C. Sempronio C. f. Quir. Lucretio Salviano, II vir(o), patrono et praestantissimo civi plebs C(ontributensis) Ipsc(ensis) - -*'.

Iptuci **Galeria**

C 2 p. 704. — Plinius nat. hist. 3, 12: *coloniae immunes - - Iptuci quae Virtus Iulia,* cet.

β C 2, 1584 (Baenae, cf. KT p. 145 not. 529) '*Q. Mummio L. f. Gal. Gallo, II vir(o), d. d.*'.

Isturgi **Galeria**

C 2 p. 297. — in Plinianis nat. hist. 3, 10 *Isturgi quod Triumphale*[249]) legitur, ut iam Augusto imperante inter oppida melioris condicionis fuisse videatur; *m(unicipium) Triumphale* est in titulis C 2, 2121. 2122.

β C 2, 2121 (litteris aevi Antoniniani) '- - *A. Terentius A. f. Gal. Rusticus, aed., II vir, pont. m. m. Triumph(alis)* - -'.

Italica **Sergia**

C 2 p. 145 sq. — hoc oppidum Scipio Africanus condidit (Appian. Iber. c. 38: συνῴκισε τοὺς τραυματίας εἰς τὴν πόλιν, ἣν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Ἰταλικὴν ἐκάλεσε). iam eo tempore, quo Mummius vixit, vicus Italicensium fuisse videtur.[250]) qua condicione Italica ea aetate fuerit, qua Plinianus auctor oppidorum Hispanicorum iura et formas collegit, Plinius non indicat (nat. hist. 3, 11). sed iam Caesaris aetate Italicensium municipium fuisse inde conicere licet, quod A. Hirtius (de bello Alex. 52, 4) T. Vasium et L. Mergilionem Munatio Flacco, cum Cassium legatum vulneraret, auxilium tulisse narrat, ut '*municipi suo*', '*erant enim omnes Italicenses*'; quamquam *municipis* vocabulum ne nimis premas cave. sed quoniam in numis quoque qui Augusti et Tiberii aetate cusi sunt (HME p. 379 sq.) *municip(ium) Italic(a)* scriptum legitur, nullo addito cognomine honoris causa, Italica ante Caesares civium Romanorum fuisse videtur. addenda videntur, quae A. Gellius (noct. Att. 16, 13, 4) servavit e Divi Hadriani '*oratione, quam ‚de Italicensibus', unde ipse fuit, in senatu habuit: peritissime disseruit: mirarique se ostendit, quod et ipsi Italicenses et quaedam item alia municipia antiqua, in quibus Uticenses nominat, cum suis moribus legibusque uti possent, in ius coloniarum mutari gestiverint*'. ac re vera tunc facta est *col. Aelia Aug. Italica* (C 12, 1856).[251])

α C 3, 550 = CIA 3, 464 (Athenis, a. 112) '*P. Aelio P. f. Serg. Hadriano. cos.*, cet., τὸν ἄρχοντα ἑαυτῶν Ἀδριανόν', quem Italica ortum esse scimus (Spartian. vitae Hadr. c. 1; Gellius 16, 13, 4). C 5, 932 (Aquileiae) '*L. Rutius L. f. Serg. Italica Sabinus ex Hispania, mil. leg. X gem. 7 Serani* - -'. Bull. dalm. 1884, p. 180 (Naronae) '. . . *Q. Ma . . . . . Serg. Itali[ca . . . . .], signifer l[eg. . . .]* - -'.

Velina (?) C 2, 1136 (litteris aevi fere Traiani), vs. 1.

Lacilbula[252]) **Quirina**

C 2 p. 704. — apud Plinium non est.

γ C 2, 1342 saec. II ex.) '*L. S[emp]ronio Quir. I . . . ano, [hui]c ordo Lacilbulensium (?) dec(revit) laud(ationem)* - -'.

---

[249]) an *Triumphales?* cf. Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 292.
[250]) C 1, 546 = 2, 1119.
[251]) C 2, 1135: *colonia V(. . . .)*; cf. p. 146.
[252]) Lacidula?, cf. EE 3, 9.

Malaca **Quirina**

C 2 p. 251. 261 sq. — M. Augusti aetate *foederatorum* (Plinius nat. hist. 3, 8) erat, postea *municipii Flavii* (C 2, 1964 a. 81—84) iure et honore ornatum est.

γ C 2, 1973 '*L. Caecilio Q. f. Quirin. Basso, ex dec. dec. mun. Mal.* - -'. 1975 '*M. Cornelio L. f. Quirin. Severo*'.

ε C 2, 1970 (saec. II ex.) '*L. Valerio L. [f.] Quir. Proculo, praef. cohort. [I]III Trachum Syriacae,* cet., *r(es) p. Malacit. patrono, d. d.*'.

de Galeria C 7, 184 cf. finem capitis de Hispaniis.

Mellaria **Quirina**

C 2 p. 324. — inter *oppida non ignobilia* atque ut videtur stipendiaria conventus Cordubensis Plinius nat. hist. 3, 14 *Mellariam*[253]) enumerat; postea municipium factum est (C 2, 2346).

α C 2, 2346 (M.) '*Q. Va[l]erius [Q. f.] Quir. Severin[us] M[e]llarien[sis], h[uic o]r[do m.] M. [sta]tu[am decrevit]* - -'. 2343 '*aquam Aug. G. Annius C. f. Quir. Annianus, II vir bis,* cet., *municipio suo ex IIS IX numorum testamento [perduci] iussit* - -'.

Munigua **Quirina**

C 2 p. 136. — fuit *m(unicipium) Flavium* (C 2, 1378; cf. 1049 [post a. 79]. 1050 [post a. 81]. 1052 (!). 1053).

β C 2, 1378 (Carmone, saec. I ex. vel II in., cf. ad C 2, 1378 et 1469) '*T. Aemilio T. f. Quir. Pudenti, II vir(o) bis m. m. Flavi Muniguensis* - -'.

Naeva **Quirina**

Plinius nat. hist. 3, 11 (Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 294 sq.).

α C 2, 1048 (Cazalla de la Sierra) '- - *L. Sergius Aelius Rusticus Quir. Naevensis* - -'.

β C 2, 1191 (Hispali) '. . . . . *us Quir* | . . . . . *nus, II vir* | *[municipii N]aevensis* - -'.

Nertobriga **Galeria**

C 2 p. 125. — Plinius nat. hist. 3, 14 '*Nertobrigae (adicitur) Concordia Iulia*'; cf. C 14, 2613 '*ex Hispania ulteriore provincia Baetica municipium Concordia Iulia Nertobrigenses*'.

α C 2, 972 (N.) '- - *C. Trebonio C. f. Gal. Modesto Nertobrigens(i)* - -'. Bramb. 1150 (Moguntiaci, inter annos fere 43 et 71) '- - *Q. Atius Q. f. Gal. Quietus domo Nertobriga, mil. leg. IIII Mac.* - -'. 1151 (id.) '*L. Attius L. f. Gal. Nepos Nertobrig(a), mil. leg. IIII M[ac.]* - -'. 1160 (id.) '*T. Iulius L. f. Gal. Macer dom. Nertobriga, mil. leg. IIII Ma[c.]* - -'.

---

[253]) altera Mellaria ad mare sita fuit, Plinius nat. hist. 3, 3 et 7.

Nescania **Quirina**

C 2 p. 269. — N. apud Plinium non commemoratur; municipium *Fl(avium)* Nescaniense dicitur C 2, 2009 (cf. 2006. 2007).

α C 2, 2011 (N.) sic fere conceptus fuisse videtur: '*C. Mario Quir(ina) Clementi Nescaniensi, ordo Nescaniensium statuam . . . . . decrevit - -*'. EE 2, 317 (N.) '*L. Aelio Quirinae Melae Nescaniensi - -*'.

Obulco **Galeria**

C 2 p. 298. — a Plinio nat. hist. 3, 10 *Obulco quod Pontificense appellatur* inter oppida melioris ut videtur condicionis conventus Cordubensis enumeratur; tituli consentiunt, cf. C 2, 2126. 2131. 5055; in numis Obulconensibus (HME p. 303 sqq.) *IIII viri* et *d(ecuriones)* commemorantur.

α C 2, 2131 (O.) '*L. Porcius L. f. Galeria Stilo Obulconensis, - -, aedilis, II vir designatus - -*'.

β C 2, 2126 '*C. Cornelius C. f. C. n. Gal. Caeso, aed., flamen, II vir municipi Pontifici; C. Cornel(ius) Caeso f., sacerdos geni municipi, qui scrofam cum porcis triginta impensa ipsorum d. d. Pontif[ic(iensium?)] . . . . .*'. 2129 '. . *Quintius Q. f. Q. n. Q. pron. Q. abn. Gal. Hispan[us], aedil., flamen, II vir, pontif. municipi P[ontif. Obulc.]*, cet. - -'. 2130 '. . *Cornelius [L. f., . . n., . .] pron. Gal(eria?) . . . . . aedil(is) . . . . .*'. 2132 '*M. Valerio M. f. M. n. Q. pron. Gal. Pullino, II vir(o), leg. perpetuo munic. Pontif.*, cet.'. accedit fortasse 2149[a] (Loperae in Hispania repertum esse hunc titulum in schedis Cattanei legitur) '. . . . . *nicio L. f. L. n. L. pron. Gal. Mentoni Man . . . . ., aed., II vir(o) i. d., praefecto, II vir(o) Polesi* (= ?, cf. KT p. 104), *praef. fab., pontuf. Aug. - -*'.

γ C 2, 2134. 2144.

Quirina: α EE 3, 145 (Cortijo del Rio, aetatis fere Gordianorum) '- - *L. Fabius L. f. Quir. Chrysippus Obulconens[i]s - -*'.

Osca **Quirina**

duo huius nominis erant oppida in Hispaniis, alterum Baeticae (quod Plinius nat. hist. 3, 10 stipendiarium putare videtur), alterum Tarraconensis (quod civium Romanorum esse Plinius nat. hist. 3, 24 contendit numique quodammodo confirmant HME p. 157 sqq.);[254]) Quirinam tituli C 6, 2629 cum illo oppido coniungere praestat quam cum Tarraconensi.

α C 6, 2629 '- - *C. Antonius C. f. Qui. Priscus Osca, mil. coh. VII pr.* 7 *Critoni Veri - -*'.

Osqua **Quirina**

C 2 p. 275. — in Plinianis (3, 10) *Oscua* stipendiarium oppidum dici videtur; postea fuit *m(unicipium) Osq(uense)* (C 2, 2030).

Quirinae tribus testis non magnus est ε C 2, 2029 (Accursius et Rambertus eum Anticariae repertum dicunt, reliqui 'en el sitio llamado cerro Leon', ita ut Hübneri haec verba non intellegam: 'Osquae eum inventum esse testimonia omnia

[254]) non consentit Detlefsen Philol. 30, 1870, 290; 32, 1873, 637. sed cf. Hübner C 2, p. 275.

confirmant'. sed tamen, ut harum regionum non peritus, titulum ut par est hic relinquo): '*P. Magnio Q. f. Quir. Rufo Magoniano, tr(ib.) mil. IIII, proc. Aug. XX her. per Hisp. Baet. et Lusitan.*, cet.'.

Ossigi **Galeria (?)**

C 2 p. 293. — Plinius nat. hist. 3, 10: *Ossigi quod cognominatur Latonium* (ut videtur, sortis melioris).

β C 2, 3350 (en la ciudad de Alcalà prope Ossigi, antiquior titulus) '*[C.] Cornelio C. [f. Ga]l. Vetulo, II v[iro, po]ntif. Caesari[s] primo* - -'. Vetuli huius, ut videtur, uxori Ossigitani titulum C 2, 3351 (Mancha Real) posuerunt: '*Corneliae L. f. Sillibori Vetuli, pleps Latoniensis* - -'. quare Vetulum Ossigitanum fuisse coniectura satis probabili consequaris.

Ostippo **Quirina**

C 2 p. 196. Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 271. — Plinius nat. hist. 3, 12 O. oppidum liberum dicit. eademque forma hoc oppidum utebatur etiam inter annos fere 15 et 20, cum Druso Ti. Caesaris filio, consuli, Q. Larius L. f. Niger X vir maximus titulum (C 2, 5048) dedicavit.

γ C 2, 1459 (litteris aevi Vespasiani) '*Q. Memmius Optati f. Quirina Niger* - -' ∾ 1460 '*C. Memmius Optati f. Quirina Severus* - -'.

Galeria γ C 2, 1437 '*Saluti Augustae L. Sempronius L. f. Gal. Atticus d. s. d.*'. Papiria: δ C 2, 1442 (paulo vetustior) '*T. Turpilius T. f. Pap., m(iles) leg. VI* - -'.

Sabora **Quirina**

C 2 p. 194. — Sabora Plinio nat. hist. 3, 10 (Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 299) stipendiaria est. exstat Divi Vespasiani epistula ad IIII viros et decuriones Saborensium scripta a. 78 (C 2, 1423 = Bruns, fontes iuris[5] p. 225 sq.), qua inter alia beneficia iis datum est, ut oppidum sub nomine Flaviae gentis in planum exstrueretur.

α EE 3, 142 (S., saec. III) '. . . *Aemilius Sisen[na Qui]rina [? Sa]borensis* - -'.

accedere putat Hübner Fabios hos tres (vel duos): γ C 2, 1425 coll. app. p. 701 (Teba) '- - *Q. Fabius L. f. [G]al. Fabullus* - - *L. Fabius Q. f. Gal. Fabianus*' ≌ (?) 1428 (S.?, cf. C 2 p. 194) '- - *[L.] Fabius L. f. Fabianus Gal.* - -' ≌ 1431 '- - *L. Fabius Gal. Fabianus* - -'.

Sacili **Galeria**

C 2 p. 305. — a Plinio nat. hist. 3, 10 *Sacili Martialium* inter oppida melioris sortis numeratum videtur; *m(unicipium) M(artialium)* et *S(aciliense)* dici videtur C 2, 2186. 2188.

β C 2, 2188 '- - *L. Acilius L. f. Gal. Barba, II vir* - - *L. Acilius L. f. Gal. Terentianus, II vir* - -'.

Salpensa **Quirina**

C 2 p. 171. 261 sq. — Plinius nat. hist. 3, 14 *Salpesam* stipendiariam dicere putatur; postea municipium Latini iuris factum *Flavium*que dictum est, cf. C 2, 1286. 1963 (a. 81—84).

β C 2, 1286 '*L. Marcius L. f. L. n. L. pron. C. abn. Quirin(a) Saturninus - - huic ordo municipi Flavi Salpensani laudationem*, cet., *et ornamenta decurionatus decrevit - - [L. Marcius L. f. . . . . . Qui]rina, pater - -*'.

Galeria: ε C 2, 1282 ≌ 1283 M. Cutii M. f. Gal. Prisci Messii Rustici Aemilii Papi Arrii Proculi Iulii Celsi, cos. a. 147, de quo conferenda sunt et quae supra p. 174 et quae KT p. 149 sq. dixi.

Segovia **Quirina**

C 2 p. 155 ad n. 1166. — Baeticae Segovia, quae ad flumen Silicense posita erat, ab Hirtio solo commemorari videtur (de bello Alex. 57, 6); altera Segovia, in Tarraconensi sita longeque clarior, a Plinio nat. hist. 3, 27 inter Arevacorum *VI oppida* esse traditur eiusdemque sunt numi capite Augusti ornati et litteris C-L (= ?) – SEGOVIA inscripti (HME p. 234). ad Baeticae Segoviam titulus C 2, 1166 pertinere nescio an recte putatur.

α C 2, 1166 (nunc est Hispali) '*- - M. Iunius Quir. [Hi]spanus Segoviensis - -*'. addidi olim quamquam dubitans titulum Burni repertum C 3, 6419 (a. 42—69) '*M. Vallius M. f. Quir. Maurinus Seg., mil. leg. XI C. p. f. 7 Val. Pos[tu]mi - -*'; sed a *Seg(. . . . .)* litteris sat multa oppidorum nomina proficiscuntur.

Siccaena num oppidum Hispaniae quoddam fuerit ignoratur. Hübner (ad C 2, 1598) Siccaenae oppidi nomen cum Succaelone[255]) confert, male opinor. sed utcumque res se habet, titulum C 2, 1598 repetere licebit, in quo Siccaenae oppidi mentio fieri putatur: (rep. en el Monte Horquera) '*- - P. Iu[l]ius P. [f.] Gal. Rufus, agrimensor, Siccaenas*'.

Singili(a?) Barba **Quirina**

C 2 p. 272. — S., quoniam a Plinio nat. hist. 3, 10 inter oppida ut videtur melioris iuris enumeratur et in titulo quodam (C 2, 2025; cf. 2016. 2018. 2021. 2026) *m(unicipium) Flavium lib(erum) Sing(iliensium)* vocatur, ante Flaviorum aetatem liberum fuisse putatur.

α C 2, 2014 (S., a. 122/3) '*- - M. Acilius C. f. Quir. Ruga Sing. - -*'. 2016 (S.) '*M'. Acil. Quir. Frontoni Sing. Barb., praef. fabrum d. d. m. m. Sing. Barb. - -*'.

β C 2, 2025 (Anticariae) '*C. Mummio C. f. Quir. Hispano, pont., cives et incolae m. m. Flavii lib. Sing. - -*'.

Tucci **Sergia**

C 2 p. 221. — in Plinianis (nat. hist. 3, 12) inter Astigitani conventus colonias immunes recensetur *Tucci quae cognominatur Augusta Gemella*. consentiunt tituli (*colonia Augusta Gemella Tuccitana* C 2, 3278; 1674. 1676. 1680. 1686). ipse (KT p. 151) coloniae, non civitatis ius ab Augusto profectum esse propter Sergiam tribum posui. huius tribus testis antiquissimus inter Tuccitanos esse videtur C 2, 1666.

---

[255]) de Succaelone cf. Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 290 sq.

α Bramb. 1152 (Moguntiaci, inter annos fere 43 et 71) '*C. Bruttius C. f. Sergia Crescens domo Tucci, mil. leg. IIII Mac. - -*'.

β C 2, 1666 '*Augusto Q. Iulius Q. f. Serg. Celsus aed., II vir*' ≌ 1679. 1680 '*L. Iulio L. f. Ser. Culleoni, II vir(o) col. Aug. Gem. - -*'. 1681 (antiquior titulus) '*C. Iulio L. f. Ser. Scaenae, decurio[ni] eq(uitum), centurioni hastato primo leg. IIII, II vir(o)*'. 1684 '*L. Mummio . . f. Ser. Rufo, II vir(o), pontifici - -*'.

γ C 2, 1682. 1687. 1690. 1710.

δ C 2, 1690.

Galeria: γ C 2, 1700. (de 1677 cf. Batorensem civitatem p. 171.) — Voltinia: γ 1713.

Ucubi

C 2 p. 210. — apud Plinium nat. hist. 3, 12 inter conventus Astigitani colonias immunes legitur *Ucubi quae Claritas Iulia*; consentiunt tituli C 2, 656. 1404. 1553, alii.

β C 2, 1404 (Ursone, antiquior titulus) '*L. Vettius C. f. Ser., centur. leg. XXX, II vir iterum c(olonorum) c(oloniae) C(laritatis) Iul(iae) - -*'. Mommsen EE 3, p. 159 M. Annium M. f. Gal. Libonem, qui Antonino Pio regnante senatusconsulto cuidam de postulatione Cyzicenorum scribendo adfuit, cum Annio Vero illo parentela coniunctum putat, qui *ex Succubitano municipio ex Spania factus senator* esse dicitur in Marci vitae c. 1; sed, quoniam *Succub(. . .)* oppidum aliquod in Hispaniis situm adhuc nobis non innotuit, *Uccubitanum* subesse l. c. putaverim. ceterum Galeria tribus in Ucubitanis magis quam Sergia placet.

Ulia **Galeria**

C 2 p. 206; Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 287 sq.; HME p. 327. — a Plinio (3, 10) inter oppida praestantiora, quae inter Baetim et Oceani oram sita erant, *⟨I⟩ulia quae Fidentia* recensetur. — C 2, 1534 est *II vir praef. C. Caesaris.*

β C 2, 1536 '*L. Calpurnio L. f. Gal. Panno[n]io, II vir(o) municipes et incolae*'. 1537 '*L. Fabio L. f. Gal. Tusco, II vir(o) municipes et incolae - -*'.

Galeriae nomen fortasse latet in versu 2 tituli 1538.

Urgavo **Galeria**

C 2 p. 294. — Plinius nat. hist. 3, 10 cum Ulia una profert *Urgaonem quae Alba*; in titulis dicitur: *municipium Albense Urgavonense* (C 2, 2105. 2111, cf. 2112).

β C 2, 2105 '*- - L. Calpurnius L. f. Gal. Silvinus, II vir bis, flamen sacr. pub. municip. Alb. Ur(gavonensis) - -*'. 2115 '*M. . . . . . vio M. f. Gal. [N]ovato, II v[iro, ...] pont. divi Aug.*'.

γ C 2, 2118 '*[. . . . .] L. f. Gal(eria) [. . . . .?] | patri, - -*'.

Urso

C 2 p. 191. EE 2 p. 119 sq. — haec colonia *iussu C. Caesaris dict(atoris) ded(ucta) est,* ut in aeris Ursonensis tab. 5, vs. 31 legitur, vel potius in eo agro deducta est *qui iussu C. Caesaris dict(atoris) imp(era-*

toris) et lege Antonia senat(us)que c(onsulto) pl(ebi)que sc(ito) ager datus atsignatus est (ibid. tab. 5, vs. 12). — Plinius inter colonias immunes Astigitani conventus Ursonem tradit fuisse (nat. hist. 3, 12: *Urso quae Gen[eti]va Urbanorum*). ceterum numi quoque eius coloniae servati sunt, cf. HME p. 319.

β (?) EE 2, 308 '*[L. Postum?]io L. f. Gal. Gallo, [II viro?, pr]aefecto fabro[rum]* - -'.

ε C 2, 1406 '*L. Sergio Regis f. Arn. Plauto, q., salio Palatino, patrono*'.

β C 2, 1404 '*L. Vettius C. f. Ser., centur. leg. XXX, II vir iterum c. c. [G.] Iul.* - -'.

U . . . . . **Galeria**

erat municipium *I(ulium) U(. . . . .)*, prope Azuagam situm, cf. C 2, 2339.

β C 2, 2342 '*M. Herennio M. f. Gal. Laetino, aed., II vir(o) III, pontif. Augg.* - -'.

. . . . . Contributa Iulia **Galeria**

quod nomen ei oppido fuerit, cuius agnomina *Contributa* et *Iulia* erant, ignoratur; male enim Pliniana oratio hiat nat. hist. 3, 14: '*Seriae adicitur Fama Iulia, Nertobrigae Concordia Iulia, Segidae Restituta Iulia, ... Contributa Iulia,* cet.', cf. Detlefsen Philol. 30, 1870, p. 300—302; minus bene de hac re Hübner C 2 p. 131 s. v. Ugultuniaci egisse videtur.

α C 2, 1029 (Medina de las Torres) '- - *Q. Manlius Avitus Gal. Contributensis, II vir bis* - -'. 1030 (Fuente de Cantos) '. . . . . *patria Contributense [T.] Iunius T. f. Gal. Grassidianus* - -, *[T.] Iunius T. f. Gal. Fundinus* - -'.

Accedunt ex Baetica:

Trigueros (Hübner C 2 p. 121: = Onoba?) γ C 2, 951 (Galeria). Bourguillos β EE 3, 8 (Galeria). δ C 2, 985 (Papiria; hic titulus non satis est intellectus). Bornos γ C 2, 1367 (Galeria). Despoblado de Tejada (= Osset?, C 2 p. 166) β C 2, 1258 (Quirina). Fuentes prope Carmonem γ C 2, 1389 (Sergia). Jerez de la Frontera β C 2, 1306 (Sergia). δ 1309 (Sergia??). Cortijo de las Virgenes β C 2, 1584. 1585 ∾ 1596 (aevi Augusti). γ 1608 (omnes Galeriae). Lucena γ C 2, 1633 (Galeria). Cortijo del Almendrillo β C 2, 2059 (Quirina). Bujalance β 2150 (Quirina). Campanario γ 2362 (Galeria).

Hispania Lusitania.

Ammaia

C 2, p. 20 sq. KT p. 156 sq. — '*municip(ium) Ammai.*' C 2, 158 anni 161.

ad hominem non ad civitatem pertinet Quirina tituli C 2, 159 '*P. Cornelio Q(uirina) Macro, viritim a divo Claudio civitate donato, quaestori, II vir(o)* - -' (= KT p. 118 Claudiorum n. 1).

Ammaiensis hominis memoriam, qui Papiriae tribulis esset, in titulo C 2, 1016[256]) servatam esse Hübner coniecit (in indicibus C 2, p. 747), Sarmizegetusensi vero homini Mommsen tribuit, sed neuter sua probavit.

Balsa **Quirina**

C 2, p. 4. 691. — Plinius nat. hist. 4, 116 inter *oppida* in descriptione orae Balsam profert, ita ut stipendiariam civitatem ab eo significari putes.[257])

α C 2, 4990 (B.) '*T. Manlio T. f. Quir. Faustino Bals(a) - -, II vir(o) II - -*'.

Galeria: γ C 2, 4989 '*T. Rutilio Gal. Tuscilliano Q. Rutili Rusticini fil. T. Manlii Martialis nepoti - -*', praeterea in extraneo homine, qui Neapoli Africae ortus et in oppidum nescio quod aliud receptus Arnensem tribum cum Galeria commutavit et postea Balsae incola fuit: γ C 2, 105 (reperta 'na vinha de Pantaleão, no sitio de Torrejão, freguezia de Baleizão' i. e. in agro Pacis Iuliae, quae in Galeria fuit) '*- - G. Blossius Saturninus Galeria, Napolitanus Afer Areniensis, incola Balsensis - -*'.

Caesarobriga **Quirina**

C 2, p. 111 sq. — Plinius nat. hist. 4, 118 inter stipendiarios '*Caesarobricenses*' habet; postea C. municipium erat C 2, 895, cf. 896.

α C 2, 896 (rep. in Talavera de la Reina, cuius territorium antiquitus Caesarobrigensium fuisse Hübner verisimili coniectura ponit) '*- - L. Annio Placido Quir. Caesarobrig(a), - - aedil(i), quaestori, II viro ter - -*'.

γ ibidem vel in viciniis reperti sunt tituli C 2, 913 '*C. Licinio Quir. Fuscino - -*'. 928 '*C. Anton. Q. Apo[l]a[ust]o - -*'. 938 '*L. Vibio Quiri. (Quir.?) Reburro - -*'.

Caurium **Quirina**

C 2, p. 96. — Plinius nat. hist. 4, 118 Caurienses stipendiarios dicit.

γ C 2, 789 '*L. Valerio Quir. Severino - -*'.

Collippo **Quirina**

C 2, p. 36. — C. Plinius in descriptione orae maritimae 4, 113 *oppidum* dicit, itaque oppidum stipendiarium fuisse putamus. decurionum Collipponensium fit mentio in titulis C 2, 339. EE 1, 139 anni 167.

α C 2, 340 (C.) '*- - Q. Naevi D. [f. Q]uir. Rufin[i] Collip. - -*'. EE 1, 139 (C., a. 167) '*- - Q. Talotius Q. f. Quir. Allius Silonianus Colliponensis, evoc. - - [c]hor. VI praetoriae - -*', qui Collippone decurio erat.

γ C 2, 347 '*Q. Laelio Quirinae Sci[p]ioni - -*'.

Galeria: γ C 2, 354 '*- - Q. Iulio Maximo Ga[l.] Nepotian[o], oratori - -*'.

Ebora **Galeria**

C 2, p. 13. — Plinio nat. hist. 4, 117 est oppidum '*veteris Lati Ebora, quod item Liberalitas Iulia*'; in titulis E. *municipium* dicitur.

---

256) hunc titulum inter Sarmizegetusenses perscribam.

257) Balsenses redire videntur §. 118 inter nomina litteris digesta *stipendiariorum, quos nominari non pigeat, praeter iam dictos in Baetica cognomines* (codd. *Baeticae cognominibus*, Pintianus correxit, cf. Detlefsen Philol. 36, 1877, p. 121).

γ C 2, 118 '*[C.] Iun[i]o L. f. Gal. Rullo* - -'. 123 '- - *G. Iulius L. f. Gal. Severus* - -'.

Quirina: α C 2, 18* (E., Hübner titulum qui legitur in cippo ingenti descripsit et sincerum iudicavit, postea Resendii falsarii illius doctissimi iussu summa arte in lapide perscriptum existimavit) '*L. Voconio L. f. Quir. Paullo, aed., q., II vir(o) VI (!)*, cet., *ob causas utilitatesq(ue) publicas aput ordin. ampliss. fideliter et constanter defensas, legatione qua gratuita Romae pro r. p. sua funct[us] est, Lib. Iul. Ebora* - -'.

Emerita **Papiria**

C 2, p. 52. — Cassius Dio 53, 26, 1 (ad a 729 = 25): ὁ Αὔγουστος τοὺς μὲν ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν ἀφῆκε καὶ πόλιν αὐτοῖς ἐν Λουσιτανίᾳ, τὴν Αὐγούσταν Ἡμερίταν καλουμένην, κτίσαι ἔδωκε, cuius narrationis fidem augent numi Emeritenses Caesaris Augusti permissu cusi (HME p. 399 sqq.); cf. Plinius nat. hist. 4, 117; Hyginus de limit. const. p. 171, 1 Lachm; Isidor. orig. 15, 1, 69; Frontin. de controv. agr. 2 p. 51, 21 (= Agenn. Urb. p. 83, 28). 52, 1; C 2, 492. auctas ab Othone Emeritam et Hispalim narrat Tacitus hist. 1, 78. — quoniam Papiriam Emeritensibus non ab Augusto concessam putavi, Emeritam in Metellinensi[258]) agro conditam nescio an recte sumpsi (KT p. 158).

α C 2, 823 (Caperae) '*L. Publicius L. f. Pap. Thiamus Emerit(a)* - -'.

β C 2, 512 '*[. . Terenti]us L. f. Pap. [Rufinus?, II vir] ter, an(nis) LVIII, [. . Terentius L. f.] Pap. Italic(us), an(nis) LX, [. . Ter. L. f. Pa]p. Rufus, an. lic.* (= ?), *an. LV* - -', qui titulus dubiae interpretationis est, cf. KT p. 144.

γ C 2, 528 '*P. Alfius T. f. Pap.* - - *T. Alfio T. f. Pap., fratri* - -'. 559 '*M. Helvio M. f. Pap., fratri et Q. Helvio M. f. Pap. Moderato, fratri*'. 560 '*M. Helvius M. f. Pap. Silo* - -, *G. Hel[vius . . f.] Pap. Pr . . . . .*'. 566 '- - *C. Iul. C. f. Pap. Modera[tus]* - -'. 571 '*M. Iunius M. f. P[a]p.* - -'. 572 '*M. Iunius M. f. Pap. Sempronianus* - -'.

accedere videntur ex viciniis γ C 2, 139 (Villaviçosa). 167 (Veiros). δ 662 (Villamejía; ante annum fere 6 p. Chr.).

Igaeditanorum res publica **Quirina**

C 2, p. 49. — Igaeditani erant inter *municipia provinciae Lusitaniae, quae opus pontis* (Alcantarensis) *perfecerunt* a. 105/6 (C 2, 760).

γ C 2, 442 '*C. Curio Pulli f. Quir. Firmano* - -'.

Merobriga **Quirina**

C 2, p. 5. — Plinius nat. hist. 4, 116 in descriptione orae inter oppida memorabilia Merobricam recenset, condicione non significata; inter stipendiarios 4, 118 '*Mirobrigenses qui Celtici cognominantur*' habet et '*Medubrigenses qui Plumbarii*', quibus respondere putat Hübner[259]) oppida duo

[258]) Metellinum (C 2, p. 73) a Q. Metello Pio, cos. a. 674 = 80, conditum esse Hübner coniecit. colonia (Plin. 4, 117) quo tempore ibi collocata sit ignoratur. neque de tribu Metellinensis agri quicquam adhuc innotuit.

[259]) cf. Detlefsen Philol. 36, 1877, p. 116. 125 sq.

Celticorum a Ptolemaeo 2, 5, 6 sic scripta: Μιρόβριγα et Μερίβριγα. ceterum in finibus Merobrigae eius, cuius ager nunc ad oppidum Santiago de Caçém pertinet, duo tituli eruti sunt, alter (C 2, 21) '*splendidissimi ordinis*' memoriam continens, alter (C 2, 25) '*II viri m(unicipii) F(lavii?) M[erobrig.?]*'.

γ C 2, 29 '*Q. Scribonio L. f. Quiri. Paterno* - -'.[260])

Norba

C 2, p. 81 sq. — Plinio nat. hist. 4, 117 est colonia '*Norbensis Caesarina cognomine; contributa sunt in eam castra Servilia, castra Caecilia*'. consentit titulus C 2, 694 '*col. Norb. Caesarin.*'.

de tribu non constat, quoniam in titulis qui Norbae meminerunt nos adhuc fugit, utra Norba dicatur, Hispaniae an Volscorum: α C 6, 208ᵃ = 208ᵇ (a. 130) '*C. Marcius C. f. Serg. Salvianus Norba, genio centuriae coh. X pr. 7 Mari Bassi,* cet.'. Bramb. 1892 (Koenigshofen prope Argentoratum, inter annos fere 9—43) '*L. Autronius L. f. Sergia Norba Silo, veteranus ex leg. II* - -'. — in titulo domestico militis cuiusdam (C 2, 719) in versu primo '*[Pa]piria*' esse putatur.

Olisipo **Galeria**

C 2, p. 23. — Plinius nat. hist. 4, 117: '*municipium civium Romanorum Olisipo Felicitas Iulia cognominatum*', cf. titulos C 2, 175. 176. 185—188. 190. 4992. 4993.

α C 2, 327 (Scallabi) '- - *M. Antoni M. f. Gal. Lupi Olisiponesis* - -'. 328 (ibid.) '- - *Q. Antoni M. f. Gal. Celeri(s) Olisiponesi[s]*'.

β C 2, 192. 193. 194 (post a. 19). 225. 261. 262.

γ C 2, 196. 198. 199. 200. 203. 208. 217. 223. 227. 229. 244. 252. 254—257. 275. 276. 277. 280. 281. 286. 288. 290. 300—306. 309. 312. 315. 320. 321. 323. 324. 4995. 4996. 4997. 5000. 5003 (?). 5005. 5010. 5013. 5021. 5022. 5023. 5025. 5100 (p. XXXIX).

δ C 2, 266.

Qui(rina?) γ C 2, 310.

Pax Iulia **Galeria**

C 2, p. 8. — Plinius nat. hist. 4, 117 Pacensem coloniam habet; '*col. Pax Iulia*' est in titulo C 2, 47 (cf. 48. 54. 55).

α C 2, 516 (Emeritae) '- - *Q. Baebius Florus Gal. Pacensi[s]* - -'. 2425 (Bracarae Augustae) '*M. Antonius M. f. Gal. Augustinus Pace, miles leg. VII gem. fel.* ɔ *Mamili Lucani* - -'.

β C 2, 49 '*M. Aurelio C. f. Gal., II vir(o), flamin[i] Ti. Caesaris Aug.,* cet.'. 50 (?). 51. 53.

γ C 2, 61. 63. — 99 (*. al.*).

Salacia **Galeria**

C 2, p. 7. — Plinius nat. hist. 4, 117 inter oppida veteris Lati Salaciam enumerat; 4, 116 haec leguntur '*Salacia cognominata urbs imperatoria*'; C 2, 32 '*municipi Salacien(sis)*' fit mentio.

---

[260]) Mirobrigae alterius (C 2, p. 107) titulum mutilum C 2, 864 in quo Hübner Galeriae vestigia legi coniecit omittere praestat.

α C 6, 2685 '- - *C. Melamus C. f. Gal. Rufinus Salacia, mil. coh. VIII pr. 7 Voconis* - -'.

β C 2, 34 '*L. Porcio L. f. Gal. Himero, II vir(o) praef(ecto) pro II vir(o), flamini divorum bis* - -'.

Scallabis **Sergia**

C 2, p. 35. — Plinius nat. hist. 4, 117: '*quinta (colonia) est Scallabis quae Praesidium Iulium vocatur*'; C 2, 35 '*colonia Scalabitana*'; Ptolemaeus 2, 5, 7: Σκαλαβὶς κολωνία.

α C 8, 3182 (Lambaesi) '*L. Lucretius Serg. Robustus Scallabi, miles leg.* (sc. *III Aug.*) - -'.

Galeria: γ C 2, 326 = EE 1, 292 '- - *M. Aemilius M. f. Gal. Tuscus* - -'.

Tapori

Plinio nat. hist. 4, 118 inter stipendiarios sunt '*Turduli qui Barduli, et Tapori*'[261]). Tapori homines adsunt C 2, 408. 519. 520. 521; cf. 453 '*T(aporus??) d(e) v(ico) Talabara*' et 950 '*Taporus Lisanglensis*'; num sua umquam usi sint re publica ignoro.

α C 2, 519 (Emeritae) '- - *L. Iulio Longino Quir. Taporo* - -'.

Tentugal: γ C 2, 395 '*M. Antistio Agrippae f. Quir. Agrippino - - G. Flavius Baeticus* - -'.

Villaviçosa: γ C 2, 140 '- - *Q. Si[t]ni [T. f.] Qui[r.] Siri[. .]* - -', ubi omnia fere incerta sunt.

'alicubi in Portugalia': γ EE 3, 1 '*Q. Iulio Q. f. Gal. Salviano*'.

Hispania Tarraconensis.

Abobriga

oppidum Abobrica Minio amni vicinum a Plinio nat. hist. 4, 112 inter loca maritima recensetur. item in columna Aquiflaviensi (C 2, 2477) anno 79 exstructa inter *civitates* illas X, quae operis nescio cuius perfecti memoriam posuerunt, vs. 13 *Aobrigens(es)* sunt. tunc igitur nondum civitatis formam et ius Latinum habuisse videntur.

Galeria: α C 2, 4247 (Tarracone) '*L. Sulpicio Q. f. Gal. Nigro Gibbiano Avobrigensi, omnibus in rep. sua honorib(us) functo, flam. Romae divor(um) et Aug(usti) p. H(isp.) c(iter.)* - -'. tribum hic homo aut in alia civitate aut viritim accepisse videtur.

---

[261]) sic interpungendum puto, ut *Tapori* non cum *Turdulis* (cf. C 2, 583 et Straboniana 3, 2, 15 C 151: ἡ ἐν τοῖς Τουρδούλοις Αὐγούστα Ἠμέριτα) coniungantur. equidem non video cur Detlefseno assentiar, qui Taporos cum Turdulis coniunxit Philol. 36 (1877) p. 126 sq.

Acci

C 2, p. 458. — Plinio teste nat. hist. 3, 25: *ex colonia Accitana Gemellenses et Libisosa cognomine Foroaugustana, quibus duabus ius Italiae datum.* consentiunt tituli et numi in *coloniae Iuliae Gemellae* nominibus, quae ante a. 727 = 27 Accitano oppido donata esse consentaneum est.

γ C 2, 3396 '*C. Valerio C. f. Pup. Restituto* - -'.

Aeso **Quirina**

C 2, p. 594. — Plinius nat. hist. 3, 23 inter oppida stipendiariorum Aesonem dicit.

β C 2, 4464 '*M. Licinio L. f. Quir. Celtibero, aed., II vir(o)* - -'. 4466 '*L. Porcio L. f. Quir. Sereno, IIII vir(o), II vir(o)*' ∾ 4467 '*L. Porcio L. f. Quir. Prisco* - -'.

γ C 2, 4472 '*memoriae L. Fulvi L. f. Quir. Saturnini L. Fulvius L. f. Quir. Celtiber patri*'.

in reliquis titulis Galeria est:

α C 2, 4468 '*L. Val. L. fil. Gal. Faventino, II virali,* - - *civi gratissimo* - -'.

δ C 2, 4460 '*M. Aemilio L. fil. Gal. Fraterno, praef. fabrum, trib. militum* - -' ∾ 4461 (post a. fere 115) '*L. Aemilio L. fil. Gal. Paterno, p(rimi)p(ilari),* cet.'. cum his Aemiliis parentela coniunctus putatur homo ille, cuius titulus Tarraconensis C 2, 4188 aetatem tulit: '*C. Aemilio C. f. Gal. Fraterno, praef. fabr. II,* cet., *flamin(i) p. H. c.* - -'.

Aquae Flaviae **Quirina**

C 2, p. 344. — oppidi origo et nomen a Vespasiano repetitur; sed nescio num ante a. 79, quo *civitas* fuisse dicitur (C 2, 2477), Latino more constituta fuerit.

α C 2, 4204 (Tarracone) '*C. Ceraecio C. fil. Quir. Fusco Aquifl. ex convent. Bracar. Aug., omnib. h. in r. p. sua func[to],* cet. (cf. 2473).

Asturica

C 2, p. 365. KT p. 163 sqq. — Plinius (nat. hist. 3, 28) in Asturum XXII populis *Asturicam urbem magnificam* esse prodit, sed de eius condicione tacet. ignoratur num saeculo altero p. Ch. (cf. C 2, 2636) sua iam re p. usa sit.

Quirina: α C 2, 5124 (p. XLV, A.) '*[C. Iu]lio C. f. [Qu]ir. Fido As[t(urica)*, si quidem iure ASI, quae litterae in lapide fuisse traduntur ab anon. Taur., sic expletae sunt ab Hübnero], *[s]acerdoti Rom(ae) et Aug., flamini des. pro(vinciae) H. c.* - -'. ε 2637 (post a. 79) '*[L.] Pomp[eio L.] f. Quir. Faventino, praef. coh. VI Astur.,* cet., *[fl.] provincia[e H. c., sacerdoti] urbis Romae [et Aug.]*'.

Pomptina: α C 6, 2536 '- - *L. Flavius L. f. Pom. Caesianus Asturica, mil. coh. IV pr. 7 Prisci* - -'.

Aniensis: ε C 2, 2638 (saec. I ex.).

Aurgi **Quirina**

C 2, p. 452. — in Plinianis non est. *municipium Flavium* in titulis dicitur.

β C 2, 1685 (Tucci, saec. II inc.) '*M. Val. M. f. Quir. Marc[ellus, aed., II] vir munic. Aurgi[tani] - -*'.

Galeria: C 2, 3361 (saec. II inc.) '*C. Sempronius C. f. Gal. Sempronianus, II vir bis, pontufex perpet(uus) - -*'.

Ausa **Galeria**

C 2, p. 614. — Plinius nat. hist. 3, 23: *Latinorum* (Tarraconensis conventus) *Ausetani*.

γ C 2, 4619 '*[. . A]ntonius Gal. Verus - -*'.

Baetulo

C 2, p. 612. — Plinius nat. hist. 3, 22 Baetulonem oppidum c. R. dicit.

extranei hominis titulum puto esse β C 2, 4611 '*- - C. Picarii C. f. Pub. Novatii - -*', si quidem recte Baetuloni municipio utpote ante Vespasianum condito Galeriam respondere pono.

Barcino **Galeria**

C 2, p. 599. — Plinius nat. hist. 3, 22: *colonia Barcino cognomine Faventia*. in titulis C 2, 4536—4548 *colonia Faventia Iulia Augusta Pia* appellatur. — de immunitate eius coloniae cf. Paulum dig. 50, 15, 8.

α C 2, 4510 (B., post a. 138) '*L. Minici[o L. fil.] Gal. Nata[li] Quadronio Vero Iu[niori], cos.* (a. 106) - -' ≌ Wilm. 1179 (Tibure);[262]) cf. C 2, 4511 vs. 19 sqq., ubi ex huius v. c. testamento haec verba citantur: '*colon(is) Barcinonens(ibus) ex Hispania [cit]er(iore), [apud q]uos natus sum, hs. c̄. (do lego)*'. 4526 (B.) '*C. Iul. C. f. Gal. Paullino Barc., omnib. honorib. in re p. sua perfuncto - -*'.

β C 2, 4520. 4521. 4523. 4524. 4525. 4528. 4530. 4531.

Aniensis: β C 2, 4617 (prope Iluronem) '*. . Marius L. f. Aniens. [A]emilianus, [B]arcin(one) immunis, [o]mnib. honorib. [in re p. sua?]*[263]) *functus*, cet.'. 4532. Palatina β 4527. Papiria β 4514 (a. fere 161—169). Quirina γ 4555. Teretina β 4516. Tromentina ε 4515 (≌ 4219, Tarracone).

Bilbilis **Galeria**

C 2, p. 410. — Plinius nat. hist. 3, 24: *civium. Romanorum Belblitanos*[264]); Martialis 10, 103, 1 *municipium Augustam Bilbilim* appellat, in numis Augusti Tiberi Gai et scriptum est *mu(nicipium) Augusta Bilbilis* (HME p. 182 sqq.) et *II viri* passim adduntur.

α C 6, 2728 '*T. Acilius T. f. Capito Galeria Birbili, mil. chor. X pr. 7 Mari - -*'. Bull. épigr. de la Gaule 5, 1885, p. 207 (Burdigalae) '*L. Antonio L. f. Gal. Statuto, domo Bilbil(i) - -*'.

Bracara Augusta **Quirina**

C 2, p. 338. — Plinius nat. hist. 4, 112: *Bracarum oppidum Augusta*, sc. stipendiarium; cf. C 2, 2423: *cives Romani qui negotiantur Bracar(ae) August(ae)*. quando ad suam rem p. B. pervenerit non constat.

---

[262]) cf. Dessau ad hunc titulum (C 14, 3599).

[263]) sed ignoratur quaenam haec res publica fuerit.

[264]) sic A, *Bilbilitanos* R².

α C 2, 4237 (Tarracone) '*Q. Pontio Q. f. Quir. Severo Brac. Aug., omnib. honorib. in r(e) p. sua functo, flam. p. H. c.* - -'. 4257 (ibid.) '*M. Ulpio* ⟨*Reburro*⟩ *C. fil. Quir. Reburro ex (conventu) Bracar. Aug., omnibus h(onoribus) in r(e) p. sua func(to), flam. p. H. c.* - -'.

γ C 2, 2437. 2438. 2444. 2450.

δ C 2, 2424 (a. fere 103—107).

Se[r(gia?)] γ 2436. *Pap(iria?)* γ 2454.

Bric . . . . .

Asturicae titulus repertus est, in quo Iovellanos haec legit: '*Q. Cumelius Q. Fab. Celer Bric., vet. leg. II ad.* - -', Saavedra autem (C 2, p. 707) inter alia Q · ///AB · CELER · BRAC; recte opinor Hübner Fabiam neque ad Brigantium neque ad Brigaecum neque ad Bracaraugustam pertinere putat. quomodo titulus aut emendetur aut intellegatur ignoro. Hübner *Fab(ia) Bri[x(ia)]* et *A[rn(ensis)] Bri[x(ello)]* temptavit.

Caesaraugusta **Aniensis**

C 2, p. 406. — Plinius nat. hist. 3, 24: *C. colonia immunis - - ubi oppidum antea vocabatur Salduba*; Strabo 3, 2, 15, p. 151 C inter civitates, quas νῦν συνῳκισμένας πόλεις dicit, C. enumerat; Isidorus orig. 15, 1 haec tradit: *C. Tarraconensis Hispaniae oppidum a Caesare Augusto et situm et nominatum.* consentiunt numi Caesaraugustani qui Augusto Tiberio Gaio vivis cusi sunt. ex Augusti numis duobus (HME tab. 24, 18. 25, 33) legiones IV, VI, X Caesaraugustam deductas esse videmus. ceterum initia honorum Augusto antiquiora ut credam eo moveor, quod Aniensem tribum ab Augusto in civitatibus provincialibus praeter Alexandriam Troadis propagatam nondum animadverti, cf. KT p. 168.

α C 2, 4249 (Tarracone) '*M. Valerio M. fil. Gal. Aniensi Capelliano Damanitano, adlecto in coloniam Caesaraugustanam ex benefic(io) divi Hadriani, omnib. honorib. in utraq. re p. funct(o)*, cet. - -'. 3, 6417 (Burni, inter a. 42—69) '*L. Icconius L. f. Ani. Surio Caesaraug., miles leg. XI C. p. f.* [ↄ] *Titi Silvani* - -'. 6, 9 '- - *T. Popilius T. fil. Ani. Brocchus Caesaraug.* (missus honesta missione ex coh. III praet. 7 Gradivi)'. 9, 793 (Luceriae) '*L. Iunio L. f. Albano A[n]. Caesaraugust(a) [ex] Hisp[a]n(ia) ci[te]rior(e).*[265])

Calagurris Nassica **Galeria**

C 2, p. 404. — Livius (fragm. 19, ex libro 91): *(Sertorius) ad Calagurim Nasicam, sociorum urbem;* cf. Caesar b. c. 1, 60, 1. Plinius nat. hist. 3, 24 inter cives Romanos enumerat *Calagurritanos qui Nasici cognominantur*, inter stipendiarios vero *Callagurritanos qui Fibularienses cognominantur.* civitati antiquitus donatae Galeria tribus respondet et *municipii Iulii* nomen (Ravennas 4, 43, p. 309, 8 Parth.; numi Augusto et Tiberio vivis cusi HME p. 164 sqq.[266]).

---

[265]) traditur AI CAESARI AVGVST FV · HISPIN · CIIIRIOR.

[266]) in uno legitur '*Nassica — Calagurri Iulia*', in aliis '*mun(icipium) Cal. Iulia*'. Heiss p. 167 haec addit: 'les bronzes n. 4 à 8 et 12 et 15 (in quibus *aediles* et *II viri* et

α C 2, 4245 (Tarracone) '*C. Sempronio M. f. Gal. Fido Calagorrit., trib. mil. leg. III[I] Scythic.*, cet., *flamini p. H. c.*'. Bramb. 117 (prope Noviomagum, inter Vespasiani et Hadriani fere aetatem) '*[. . . . . Au]relius [T.] f. Gal. [Fl]avos Cal(agurri), mil. leg. X gem. - - M. Aurelius T. f. Gal. Festus Calag(urri), - - stip. XVII, - -*'. AEM 10, 1886, 28 (Carnunti) '*C. Valerius C. f. Gal. Proculus Calagurri, eq(ues) leg. XI C. (p.) f. 7 Vindicis - -*'.

Calubriga Gigurrorum

oppidum aliunde non notum. de Gigurris C 2, p. 363; Plinius nat. hist. 3, 28 in Asturum XXII populis *Gigurros* esse dicit; Ptolemaeus in Asturiae descriptione (2, 6, 37): Γιγουρρῶν· Φόρος Γιγουρρῶν; geogr. Ravennas 4, 45, p. 320, 8 P. *Foro Gigurnion.*

negavi iam olim (KT p. 164 sq.) Calubrigenses in Pomptina fuisse, quae commendatur titulo C 2, 2610 (Compostellae) '*L. Pompeio L. f. Pom. Reburro Fabro Gigurro Calubrigen(si), probato in coh. VII pr.*, cet.'.

Karthago Nova **Sergia**

C 2, p. 462 sq. Zumpt comm. epigr. 1, 312. — iam ante Caesarem dictatorem Carthagine civium Romanorum oppidum fuisse ex titulo satis vetusto C 2, 3408 = 1, 1555 intellegitur: '*L. Baebius M. f., L. Cati(us) M. f., L. Taurius L. f., Ser. Aefolan[ius . . f.]* — sc. ut quattuorviri? — *genio opidi columnam pompam ludosq(ue) coiraverunt*'. — colonia dicitur a Plinio nat. hist. 3, 21 et in numis aetatis Augusti Tiberi Gai, inscriptis '*u(rbs?) I(ulia) N(ova) K(arthago)*' vel '*c(olonia) v(ictrix) I(ulia) N(ova) K(arth.)*' (HME p. 269 sqq.).

α C 2, 4230 (Tarracone, post a. 138) '*Cn. Numisio Cn. fil. Serg. Modesto Carthag., omnib. honorib. in rep. sua functo*, cet.'. 6, 2607 '*C. Fabius C. f. Ser. Crispus Carthag., specul(ator) coh. VI pr. 7 Flegeri - -*'.

in γ C 2, 3442 vs. 2 et 3479 vs. 1 vix probabile est tribum Sergiam latere.

Galeria: β C 2, 3425 (litteris aevi Augusti) '*Cn. Cornelius L. f. Gal. Cinna, IIvir - -*'. 3426 (item) '*M. Cornelius M. f. Gal. Marcellus, aug(ur), quinq(uennalis) - -*'. γ 3467 '*Cn. Furio M. f. Gal. - -*'. 3520 '*. . . .]o Cn. f. Gal[eria??]*'. Quirina: ε C 2, 3418 (litteris saec. II inc.) '*M. Valerio M. f. Quir. Vindiciano, flamini conventus Carthaginiensis - -*'.

Aniensis: γ C 2, 3438. 3441 (?); Collina: γ C 1, 1480 = 2, 3504. 2, 3444 (?, litteris aevi Augusti); Cornelia: γ C 2, 3462 (antiquior); Maecia: γ C 1, 1481 = 2, 3439.[267]) EE 3, 37; Menenia: β? C 2, 3430; Scaptia: γ C 2, 3455 (litteris antiquis).

Castulo **Galeria**

C 2, p. 440. — Plinius nat. hist. 3, 25: *Lati veteris Castulonenses qui Caesaris [Iu]venales appellantur.* in numo quodam (HME p. 285, 22) est '*m(un.) C(astulo) F(. . . . .)*'.

---

municipium Iulium apparent), frappés à l'effigie d'Auguste, mais ne portant ni son nom ni ses titres, peuvent être antérieurs à l'an 27 avant Jésus-Christ'; alii Augusti numi ante a. 752 = 2, alii postea cusi sunt.

[267]) cf. Dessau C 14, p. 191 not. 4.

α C 2, 2641 (Asturicae) '*M. Valerius [M. fil.] Gal. Licini[anus] ex m(unicipio) Cas[tulonensi, mi?]le[s] leg. V[II g]e[m.]* - -'. 4209 (Tarracone) '*P. Cornelio M. f. Gal. Verecundo Castulonens(i), omnib. honor. in re p. sua functo,* cet.'.

β C 2, 3276 '*C. Cornelio C. f. Gal. Valentino, II vir(o), flam. Romae et Aug.* - -'; cf. 340*.

γ C 2, 3269 (a. 41—54). 3293.

δ C 2, 3272 (a. fere 43—63).

Clunia **Galeria**

C 2, p. 382 sq. — Plinius nat. hist. 3, 27 in sex oppidis Arevacorum Cluniam recenset, oppidi condicione non definita. in numis Tiberio regnante Cluniae cusis (HME p. 229 sq.) modo *IIII viri* modo *aediles* adsunt, ut tunc oppidum aut civium Romanorum aut Latinum fuisse intellegatur. Ser. Sulpicius Galba, cui '*carmina sacerdos Iovis Cluniae ex penetrali somnio monitus eruerat*' (Sueton. Galb. c. 9) quique inde Romam profectus est, Cluniae honorem coloniae dedisse videtur: C 2, 2780 a. 117—138. Ptol. 2, 6, 55. numus unus Galbae inscriptus '*Hispania Clunia Sul(picia)*' (Eckhel 1, 47).

α C 2, 214 (Olisipone) '*[. . F]abius Iusti f. Gal. Rufus Cluniens(is)* - -'. 818 (Caperae) '*C. Aelius Segonti f. Gal. Paternus Clun.* - -' ∾ (?) 821 (ibid.) '*C. Caelius Paternu(s) Gal. Cluniensis* - -'. 3, 1158 (Apuli) '- - *L. Iul(ius) T. [f.] Galer. Leuganus Clunia, vet. leg. XIIII g. M. v., aedis custos c(ivium) R(omanorum) leg. XIII* - -'.

nescio an huc pertineat titulus ille Devensis C 7, 168 (anni 154), in quo Guniae oppidi mentio fieri dicitur:[268] '- - *T. Elupius Galer. Praesens Gunia, pri(nceps) leg. XX V(al.) v(ictr.)* - -'. de Raetiae enim *Guntia* non cogitari posse iam vidit Mommsenus (C 3, p. 271 et 7, ad n. 168); *Lunam* autem et *Genuam* a tradita lectione longius distare Hübner recte monuit; equidem de *[Cl]unia* cogitaverim.

β C 2, 2782 '*C. Calvisio Aiionis f. Gal. Sabino, mag., flamini Romae et divi Augusti* - -'.

γ C 2, 2785 '*L. Valerio C. f. Gal. Crescen[ti] Bundalico*[269]) - -'. 2800 '. . . . . *Pompeio Gal. Urca[l]ioco (?)*[270]) - -' 2807 '*L. Valerio Gal. Marciano* - -', cuius pater aut duo cognomina habet *(Paternus Vatricus*[271]*)* aut cognomen unum et vocem patriae indicem.

Quirina: γ C 2, 2798 '*L. Pompeio Paterni f. Quir. Paterno* - -'. 2802 '*G. Publio Q(uirina?) Mercuriali Lionisi*' (= ?, cf. 2791).

Complutum **Quirina**

C 2, p. 410. — Plinius nat. hist. 3, 24 Conplutenses stipendiarios esse dicit. C 2, 3030 *seviri Augustalis*, 3033 *magistri* nescio cuius generis mentio fit.

β C 2, 3033 '*Cn. Nonio C. Noni fil. Quir. Crescent[i], mag., flamin[i] Romae et Aug.* - -'.

---

268) titulum hunc Hübner ipse vidit, sed evanida litterarum vestigia dignoscere non potuit.

269) Hübner C 2, p. 748 de *Bundalica* gente cogitavit.

270) Hübner C 2, p. 755 de *Urcalioca* gente cogitavit.

271) si quidem recte lectum est hoc nomen.

Consabura

C 2, p. 431. 303 (ad n. 2166). — C. Plinio (nat. hist. 3, 25) inter stipendiaria oppida est. in titulo C 2, 4211 Traiani aetate exarato *municipium) Consaburon(ense)* dicitur. quod si recte Plinius Consaburae condicionem definivit, Quirinam non Sergiam ei respondere contenderim.

β C 2, 4211 (Tarracone, a. fere 98—117) '- - *L. Domitio M. fil. Serg. Dentoniano, iudic(i) dec. V, equo publico per Traian(um), II vir(o) munic. Consaburon.,* cet.'.

Damania

C 2, p. 402 ad n. 2960. — Plinius nat. hist. 3, 24 Damanitanos inter stipendiarios conventus Caesaraugustani enumerat. qui eum haec recte edidisse putabit, in Damanitanis civibus Quirinam potius quam Galeriam tribum exspectabit. itaque cum Plinio pugnare mihi videtur titulus infra scriptus.

α C 2, 4249 (Tarracone) '*M. Valerio M. fil. Gal(eria) Aniensi Capelliano Damanitano, adlecto in coloniam Caesaraugustanam ex benefic(io) divi Hadriani, omnib. honorib. in utraq(ue) re p. func(to),* cet.'.

Dertosa **Galeria**

C 2, p. 535. HME p. 129 sqq. — Plinius nat. hist. 3, 23: *civium Romanorum Dertosani.* exstant numi Tiberi Caesaris Augusti inscripti altera parte hisce verbis: M·H·I·ILERCAVONI / DERT (HME tab. 9), praeterea qui altera parte M·H·IVLIA / DERT, altera vero ILERCAVONIA inscripti sunt (ibid.), ita ut municipia Dertosam et Hiberam Iuliam Ilercavoniam nescio quo modo coniuncta putes.[272]

β C 2, 4059 '*C. Cassio C. f. Gal. Nigro - -, omnibus honorib(us) functo - -*'. C 2, 4053 vide inter Saguntina.

Dianium **Galeria**

C 2, p. 484. — Plinius nat. hist. 3, 20: *Dianium stipendiarium*; 3, 25 inter stipendiarios celeberrimos conventus Carthaginiensis: Dianenses.

α C 2, 3582 (D.) '*[. . . Cor]nelio Q. filio Gal. Placido, omnibus honoribus in re p. sua functo - -*'. 3583 (D.) '*T. Iunio T. f. Gal. Severo Dianensi, omnibus honoribus in re p. sua functo,* cet. - -'. 3584 (D.) '*L. Valerio L. f. Ga[l]. Pro[p]in[q]uo, omnibus honoribus in r(e) [p.] sua functo,* cet. - -' ≌ 3585 (D.) ≌ 4250 (Tarracone) '- - *[L.] Valerio L. [f.] Ga[l.] Propinquo Dian[ensi . . . . .], flam. Romae divor. et Aug. [p]rovinc. Hisp. citerior.*'.

γ C 2, 3592 '*Q. Sempron(io) [Q. f.] Gal. [M]auro - -*'.

praeterea hi inter Saetabitana et Dianensia moenia reperti tituli ad Dianium referri possunt: Ondarae rep. β C 2, 3596. γ 3598; prope Olivam rep. γ 3603.

---

[272]) quae Hübner de municipii Dertosani incrementis scripsit, iis refutantur, quae Heiss l. c. p. 131 de numis Dertosanis scripsit: 'il n'existe pas de monnaies d'Ibera ou de Dertosa avec l'effigie d'empereurs antérieures ou postérieures à Tibère: les pièces attribuées par Florez à Dertosa avec la tête de César ou avec celle d'Auguste et de Tibère n'ont pas été frappées en Espagne; leur fabrique, beaucoup plus élégante, rappelle celle des bronzes de Corinthe'.

3604. — accedit fortasse etiam α C 2, 3606 (Fuente de Carroz) '- - *[. .] Mini[c]ius Marci filius Galer. Marc[e]l[l]us* . . . . . *decurio, omnibus honoribus in re publica sua functus* - -'.

Edeta Liria **Galeria**

C 2, p. 509. — Plinius nat. hist. 3, 23 Edetanos Latio usos esse testatur.

α C 2, 3793 (L.) '. . . . . *M. f. Gal.* . . . . . *Edetano, [omn. honoribus ci]vitatis su[ae func]to* . . . . .'. 3989 (Iericae) '*C. Fabius C. f. Celsus Gal. Edeta* - -'. 4251 (Tarracone, a. fere 79—81) '*M. Valer. M. f. Gal. Propinquo Grattio Cereali Edetano, flam. p. H. c., cui honores civitatis suae resp. ac genio Lusit.,*[273]) cet.'.

β C 2, 3789. 3790. — β? 3791.

γ C 2, 3799. 3807. 3808. 3810. 3811. — accedit 4022 (Villar de Benaduf).

Egara **Galeria**

C 2, p. 598. — si recte Egarenses in Galeriam convenisse puto, hoc oppidum, cuius formam Plinius in Tarraconensis conventus oppidis recensendis non definivit, quoniam postea municipium Flavium factum est (C 2, 4494), inter illa oppida, quae Latio vetere utebantur, enumerare non dubito.

β C 2, 4495 (E.) '*Q. Granio Q. fil. Gal. Optato, II vir(o) Egara(e), tribuno militum* - -'.

Emporiae

C 2, p. 615. — Livius 34, 9, 1—3 (ad a. 195) haec enarrat: '*iam tunc Emporiae duo oppida erant muro divisa. unum Graeci habebant, a Phocaea (unde et Massilienses) oriundi, alterum Hispani. - - tertium genus Romani coloni ab Divo Caesare post devictos Pompei liberos adiecti. nunc in corpus unum confusi omnes Hispanis prius, postremo et Graecis in civitatem Romanam adscitis*'. — Plinius nat. hist. 3, 22 oram legens a Barcinone ad flumen Ticer usque Emporias attingit *('E., geminum hoc veterum incolarum et Graecorum qui Phocaeensium fuere suboles')*, sed de oppidi forma nihil memoriae tradit. — in numo uno (HME tab. 3, n. 54) '*Emporia — munici(pium)*' legitur. itaque me recte de Emporiarum rebus iudicasse puto, cum (KT p. 173) Caesarem dictatorem cives aliquot eo aut deduxisse aut ibi reliquisse sumpsi, iisque ut re publica sua uterentur, non concessum esse, sed postea demum, a Caesare potissimum filio, omnes incolas ad civitatem Romanam adductos esse. huic municipii Hispani conditori Galeria tribus apte respondet.

γ EE 1, 146 '*[. . Cor]nelio [. . f. G]al(eria?) Volte[ian]o* - -'.

Flaviaugusta **Quirina**

origo huius oppidi (ex titulo C 2, 4196 noti) a Vespasiano vel eius filiis repetenda videtur.

[273]) haec proxima verba corrupta sunt. ceterum cf. Saguntinum civem Cornelium Gal. Restitutum Grattium Cerialem C 2, 3851.

α C 2, 4196 (Tarracone) '*L. Aufidio Masculi f. Celeri Masculino Quir. Flaviaugustano, flamini designato r(es) p(ublica) s(ua) d(ecreto) d(ecurionum)*'.

Gerunda **Galeria**

C 2, p. 614. — Plinius nat. hist. 3, 23 Gerundenses nomini Latino addit.

β C 2, 4622 '*L. Plotio L. f. Gal. Asprenati, aed., II viro, flamini*, cet. - -'.

Palatina: α C 2, 4229 (Tarracone) '*C. Mario C. fil. Pal.*[274]) *Vero Gerundens(i), omnib. honor. in re p. sua funct(o), flam(ini) provinc. Hisp. citer.* - -'.

Grallia **Quirina**

oppidum nisi ex titulo C 2, 4244 non notum.

α C 2, 4244 (male inter titulos Romae urbis hunc titulum habet Bouhier qui solus tradidit; immo Tarracone lapis exstitisse nunc putatur) '*M. Sempr. M. fi[l.] Quir. Capitoni Gralliensi, adlecto in ordine(m) Caesaraug., omnib. honorib. in utraq(ue) r. p. s(ua) f(uncto)*, cet. - -'.

Iesso **Galeria**

C 2, p. 593. — Plinius nat. hist. 3, 23 inter Latinos conventus Tarraconensis Iesonienses[275]) esse tradit.

α C 2, 4463 (Aesone) '*C. Iulio Gal. Lepido Iesson., p. p.*, cet., *adlecto in numerum decurion(um) ab ordine Barcinonensium* - -'. 4610 (Baetulone) '*M. Fab(io) Gal. Nepot[i] Iessoniensi, aed., II vir(o) II*, cet. - -'.

Ilerda **Galeria**

C 2, p. 408. — Plinius nat. hist. 3, 24: *civium Romanorum—Ilerdenses Surdaonum gentis*. Ilerdae numi (HME p. 137 sq.) qui adservantur partim ante a. 727 cusi videntur, reliqui Augusti posterioribus annis facti sunt; in illis *Ilerda,* in his vero *municipium Ilerda* perscriptum est.

α C 2, 4269 (Tarracone) '*M. Fabio M. f. Gal. Paulino, equo publico donato ab imp. Caes. Hadriano Aug., Ilerdenses civi optimo ob plurimas liberalitat(es) in rem public. suam* - -'.

β C 2, 3010 '*C. Licinio C. f. Gal. Saturnino, aed., II vir(o), flam(ini)* - -'.

Ilugo

C 2, p. 435 sq. — in titulo C 2, 3239 *municipium Ilugonense* est.

γ C 2, 3241 '*M. Fulvio M. f. Gal. Victori* . . . . . - -'.

Iluro **Galeria**

C 2, p. 613. — Plinius nat. hist. 3, 22 Iluronem oppidum civium Romanorum esse contendit.

---

[274]) PAL omnes fere testes in lapide legi tradunt; itaque quae Strada (FAL) et Morales (GAL) *Palatinae* loco scribunt contemnenda esse et Hübnerum Grotefendiumque male ea probavisse existimo.

[275]) in Vossiano *iesomenses* est, in aliis libris manu scriptis *gessorienses*.

α C 2, 2114 (Urgavone) '*M. Horatius M. f. Ga[l.] Bodon Ilur., II vir* - -'. 4616 (I., litteris saec. II) '*L. Marcius Q. f. Gal. Optatus, aedil(is) Tarracone, II vir Ilurone et II vir quinquennalis*, cet. - -, *in Phrygia decessit*', cui homini lapis Ilurone ut in patria positus esse videtur.

Iuliobriga **Quirina**

C 2, p. 397 ad n. 2916. — Plinius nat. hist. 3, 27: '*in Cantabricis VII populis Iuliobriga sola memoratur*', cf. 4, 111: '*civitatium VIII regio Cantabrorum, flumen Sauga, portus Victoriae Iuliobricensium*'.

α C 2, 4192 (Tarracone videtur esse repertus[276]) '*C. Annio L. f. Quir. Flavo Iuliobrigens(i) ex gente Cantabrorum provincia Hispania citerior(e) ob causas utilitatesque publicas fideliter et constanter defensas*'. 4240[277]) (Tarracone) '*Q. Porcio Q. fil. Quir. Vetustino Cantabr(o) Iuliobrig(ensi), praef. chor. pilato[rum . . . . ., flam. p. H. c.]*'.

Pomptina (de qua cf. KT p. 164 sq.): α C 8, 3245[278]) '*C. Stabilius Pom. Maternus Iuliobriga, mil. leg. VII g. f. 7 Aprini* - -'.

Labitolosa **Galeria**

C 2, p. 408. — Labitolosae nomen ex titulo C 2, 3008 innotuit.

α C 2, 3008 (L.) '*M. Clodio M. f. Gal. Flacco, [I]I viro bis*, cet., *civi optimo ob plurima erga rem p. suam merita cives Labitolosani et incolae*'.

Laminium

C 2, p. 433. — Plinius nat. hist. 3, 25 Laminitanos inter celeberrimos Carthaginiensis conventus stipendiarios habet; C 2, 3251. 3252 *municipium Flavium* appellatur.

δ C 2, 3230 '*P. Licinio P. f. Gal. Maximo, praefecto cohortis II Gallorum equitatae in Dacia, tribuno militum leg. VII Claudiae piae fidelis* - -'.

Lancia **Quirina**

Plinius nat. hist. 3, 28 inter Asturum populos XXII Lancienses quoque (Florus 2, 33 [4, 12]; Dio 53, 25) numerat. hos non possum non intellegere in titulo iam perscribendo. mihi quidem diversi videntur Lancienses Oppidani et Transcudani Lusitaniae (C 2, 460. 760. EE 3, 3. Ptolem. 2, 5, 7. Plinius nat. hist. 4, 118).

α C 2, 4223 (Tarracone) '*L. Iunio Bl[aesi] fil. Quiri[na] Maroni Aem[ilio] Paterno Lancien[si], omnib. in re publica sua honorib. functo, II vir(o) bis, sacerd. Rom(ae) et Aug. convent(us) Asturum*, cet. - -'.

Libisosa **Galeria**

C 2, p. 434. — Plinio (nat. hist. 3, 25) teste coloniae Libisosonae cognomine Foroaugustanae ius Italiae datum erat; cf. C 2, 3234 anni 166.

---

276) auctores eum aut ad Romam aut inter Cordubenses aut inter Malacitanos aut ad Tarraconem referunt.

277) = Bulletin trimestr. des antiq. Afric. 3, 1885, p. 87.

278) rep. Lambaesi, posita inter Vespasianum imp. fere et saeculi tertii initium.

α C 2, 4254 (Tarracone, post a. 138) '- - *C. Vibio C. f. Gal. Porciano Quintio Italiciano Libisosano, equo p. donato a divo Hadriano, omnib. honorib. in re publica sua functo, flam. p. H. c.*'.

Limicorum civitas **Quirina**

C 2, p. 350. — ex Bracarum XXIIII civitatibus a Plinio (nat. hist. 3, 28) praeter alios Limici citra fastidium enumerati sunt; a. 79 (C 2, 2477) Limici erant inter *X civitates* quae nescio quod opus communiter perfecerunt; cf. praeterea C 2, 2517 a. 141 '*[ci]vitas Limicorum*', 2516 a. 132/133. Ptolem. 2, 6, 43.

αα C 2, 4215 (Tarracone) '- - *M. Flavio M. f. Quir. Sabino Limico, II vir(o), sacerdoti convent(us) Bracari, flamini p. H. c.*'.

Lucus Augusti **Galeria**

C 2, p. 359. — de huius oppidi rebus nihil adhuc cognitum est, sed ab Augusto et nomen et originem repetere videtur. L. erat caput conventus Lucensis.

α C 8, 3226 (Lambaesi) '*T. Riburrinius Gal. Fuscus Luco* (LVGO in lapide scriptum est), *mil. leg. VII g. [f.] 7 Passiniana* - -'. 3268 (ibid.) '- - *L. Valerius Gal. Rufinus*[279]) *[L]u[co Aug.?*, traditur IV//////], *mil. leg. VII g. f. 7 L. Egnati* - -'. Henzen 5225 (Excisi Nitiobrigum) '*(. .) Valerius Gal. Voltutus Luco, miles cohortis I classicae* - -'.

Osca

C 2, p. 407. — civium Romanorum erat Pliniani auctoris aetate, cf. Plinius nat. hist. 3, 24. in numis inde ab Augusto ad Gaium usque cusis (HME p. 157 sqq.) *Osca urb(s) vict(rix)* aut *urbs vict. Osca* et *II virorum* Oscensium nomina scripta sunt.

Quirina: γ C 2, 3004 '- - . . *Manlio Q. f. Quir. Paeto* - -'. Sergia γ 3003 '- - *P. Attelius Ser. Paulinus* - -'[280]).

Osicerda **Galeria**

HME p. 213 sqq. — Plinius nat. hist. 3, 34 *Latinorum veterum Ossigerdenses* commemorat. in numis Tiberii '*mun. Osicerda*' inscriptum est (HME p. 216 sq.).

β C 2, 4267 (Tarracone) '*L. Cornelio C. f. Gal. Romano, flamini, II viro Osicerd(ae) et II vir(o) coloniae Tarraconens(is)* - -'.

Otobesa **Galeria**

idemne oppidum a Ptolemaeo 2, 6, 62 'Ητόβησα (in agro Edetanorum) dicitur? cf. Mülleri notam ad hunc Ptolemaei locum.

α C 2, 829 (Caperae) '*L. Domitius T. f. Gal. Vetto Otobesani (= ?)* - -'.

---

279) pro '*Gal. Rufinus*' Mare haec legit: '*Carutinnus*'.

280) ceterum videsis Oscam Baeticae, p. 179.

Pompaelo

C 2, p. 401. — ex Plinii (nat. hist. 3, 24) fide Pompaelonenses stipendiarii olim fuerunt. — C 2 n. 2959 anni 119 II virorum mentio fit.

Pompeius igitur ille, qui est in titulo C 2, 4234 (Tarracone; '*Cn. Pompeio Cn. fil. Gal. Pompaelonensi, II vir(o), flam. p. H. c.*'), aut *Pompaelonensi* cognomine utebatur aut, ut cognomine caruerit, Pompaelone quidem natus est, sed in alio oppido, Tarracone putaverim, ad civitatem pervenisse videtur; *Pompaelonensis* nomen cum II viratu coniungere non audeo. — titulus extranei hominis, L. Pompei [L.] f. Ani. Primiani, quocum anno 57 *civitas Pompe[l]onensis* hospitium renovavit: C 2, 2958.

Saetabis **Galeria**

C 2, p. 488. — Plinius nat. hist. 3, 25: '*oppidani Lati veteris - - Saetabitani qui Augustani*'; cf. C 2, 3625. 4277. 14, 3795.

α C 2, 3624 (S.) '*M. Grani[o . . f.] Gal. Syne[roti?], cui omnes [hono]res ob merita vi[t]a[e?] a municipibus suis oblati sunt - -*'[281]. 4213 (Tarracone; a. fere 117—138) '*- - Q. Fab[io . . fil.] Gal. M[. . . . .] Saet[abitano], omni[b. honorib.] in re p. s[ua functo]*, cet., *flam. [p. H. c.]*'.

β C 2, 3620 '*Q. Iunio Q. f. Gal. Iusto, II viro, flamini Divi Aug.*'. 3623 '*L. Fulvio L. f. Gal. Marciano, II vir(o), flamini Romae et Aug. - -*'.

γ C 2, 3621. 3629. 3632. 3643. 3653. 3655.

Saguntum **Galeria**

C 2, p. 511 sq. — Romani Saguntum, cum a. 540 = 214 reciperent et cultoribus antiquis, quos ex iis vis reliquerat belli, restituerent (Liv. 24, 42, 10), sociorum in iure reliquerunt (Liv. 28, 39). Augusti certe aetate municipium erat, cf. Plinius nat. hist. 3, 20; C 2, 3827 a. 745/6 = 9/8; numi HME p. 219 sq.

α C 2, 4201 (Tarracone, a. fere 117—138) '*Q. Caecilio Gal. Rufino Q. Caecili Valeriani f. Saguntino, ob legationem qua gratuita aput maximum princ. Hadrianum Aug. Romae funct. est, p. H. c.*'. 4214 (ibid.) '*M. Fabio M. f. Gal. Maximo Saguntino, flam. p. H. c. - -*'.

β C 2, 3853. 3854 ≌ 3855 (≌ ? γ 4053, en lo Forcall). 3856. 3857. 3858. 3859. 3860. 3864. 3865 (saec. fere I ex.) ≌ 3866. accedere videtur 4028 (Mascarell).

γ C 2, 3839. 3877. 3883 = (?) 3884. 3904. — accedit 4035 (Ondae rep).

δ C 2, 3845 ≌ 3850 (saec. I ex. vel II inc.). 3851.

ε C 2, 3840.

Palatina: ε C 2, 3837 '*Paullo Aemilio Paulli f. Pal. Regillo, XV vir(o) sacris faciendis, praefecto Urb. iuri dicundo, quaestori Ti. Caesaris Aug., patrono*'.

Salaria

C 2, p. 710, cf. p. 448. — Plinius nat. hist. 3, 25 '*ex colonia Salaria oppidani*'; cf. C 2, 5093 '*[C. Ca]esari [divi Au]gusti f. [pat]rono [c]oloni*',

[281]) cum P. Cornelio Iuniano, Synerotis fratre, qui hunc titulum incidi iussit, ille parentela coniunctus fuisse videtur, cuius lapis sepulcralis Romae olim sic est lectus: '*C. Cornelius C. f. Iunianus ex Hispania citeriore Saetabitanus - -*' C 6, 16247.

cf. 3329. — si Augustus hoc oppidum condidit, Sergiam tribum, quamquam a principis illius consiliis haudquaquam abhorret, tamen utpote in oppido Hispano ei convenire negaverim.

β C 2, 3329 (Tugiae) '*L. Post[u]mius Q. f. Serg. Fabull[us, fl]am[en] August[o]rum provinc. His[paniae cit., tri]b. m[il.] leg. VII, II vir coloniae Sa[l]ariae - -*'.

Segobriga **Galeria**

C 2, p. 528. HME p. 265. — Plinius nat. hist. 3, 25 inter stipendiariorum celeberrimos Carthaginiensis conventus habet '*caput Celtiberiae Segobrigenses*'. sed equidem eum erravisse puto, aut Segobrigam Augusto etiamtum vivo, postquam tabulae illae conscriptae sunt, quibus Plinius in formis Hispanicarum civitatium describendis usus est, auctam esse. stipendiariae enim civitati non convenit Galeria tribus et ius numorum feriundorum[282]).

α C 2, 4220 (Tarracone) '*L. Grattio C. f. Gal. Glauco Segobrigensi, flam. p. H. c. - -*'. 4222 (ibid.) '*C. Iulio C. f. Gal. Pilae Segobri[g]ensi, flamini Romae divorum et August(i) prov. Hisp. citer. - -*'. 6, 2454 '*- - C. Aeli C. f. Gal. Aeliani Sego[briga], libratoris et tesserar[i] coh. II pr., evocato Augus[ti] - -*'.

β C 2, 4191 (Tarracone) '*L. Annio L. f. Gal. Cantabro, flam. Romae et divorum August. p. H. c., omnibus honoribus gestis Segobrigae - -*'.

accedunt potissimum γ C 2, 3992 et 3999 ex Ierica, 4006 et 4011 ex Vivel oppido, omnes Galeriae tribus testes.

Segontia **Quirina**

C 2, p. 389. — Plinius nat. hist. 3, 27 inter Arevacorum *sex oppida* Secontiam et Uxamam habet, sed haec nomina crebro aliis in locis usurpari addit, ut in titulo infra scripto non satis subsidii habeas.

α C 2, 4195 (Tarracone) '*C. Atilio C. f. Quir. Crasso Segontino, omnib. honor. in re pub. sua functo, flam. prov. Hisp. citer. - -*'. ceterum cf. quae ad oppidum 'Seg.' infra editurus sum (C 3, 6419).

Sigarra **Galeria**

C 2, p. 597. — C 2, 4479 S. *municipium* dicitur.

γ C 2, 4481 '*C. Annius C. f. Gal. Proculus - -*'. 4483 '*C. Licinio C. f. Gal. Siloni - -*'.

C. Vibium C. f. Gal. Latronem C 2, 4253 (Tarracone) Sigarrensem civem fuisse Hübner credit, sed eum sequi non audeo.

Tarraco **Galeria**

C 2, p. 538 sq. 'Hermes' 1, 77–127. HME p. 115 sqq. KT p. 180. — T. *colonia Iulia Victrix Triumphalis* (?) in titulis et in numis inde ab Augusto vocatur; cf. Plinius nat. hist. 3, 21; Tacitus ann. 1, 78 (ad annum 15).

α C 2, 4193 (T.) '*Cn. Anto[nio] Cn. f. G[al.] Avito Tar[rac.], flami[ni] pro[v. Hisp. citer. - -]*'. 4212 (T., post a. 81) '*C. Egnatuleio C. fil. Gal. Senecae Tarr.,*

[282]) in numis est '*Segobriga*' et caput vel Augusti vel Tiberi vel Gai.

aed., q., II vir(o), cet. - -'. 4488 (Aquis Calidis) '- - *L. Minicius Apronianus Gal. Tarrac.* - -' ≌ 4274 (prope Tarraconem, post a. 117, cf. 4071). 6, 3349 '- - *L. Ponti Gal. Nigrini [Tarr]ac., mil. frum. leg. VII gem.* - -'.

β C 2, 4139. 4194. 4216. 4224. 4253. 4264. 4266. 4279 (saec. I med.). — de titulo C 2, 4234 cf. Pompaelonem, de 4267 Osicerdam, de 4616 Iluronem.

γ C 2, 4336 (?). 4355.

δ C 2, 4138.

ε C 2, 4110 (Hadriani aetate vel postea). 4123. — praeterea ex flaminibus provinciae Hispaniae citerioris, quorum patriae diserte non significatae sunt: 4188 (cf. Aesonem). 4225. 4228. 4239. 4243.

Aniensis: β C 2, 4238. praeterea ε C 2, 4206. 4235 in flaminibus prov. Hispaniae citerioris, quos Caesaraugustanos fuisse facilis neque temeraria est coniectura. Arnensis: δ 4141. ε 4120. Pollia: ε 4121 (cf. 4122), saec. III in.; 4259. Palatina: α C 2, 4231 (T., Hadriani fere aetate) '*L. Numisio L. fil. Pal. Montano Tarrac., omnib. honoribus in re p. sua functo, flamini p. H. c.* - -' ≌ 4275 ∾ 4232 '*L. Numisio L. fil. Pal. Oviniano Tarrac., omnib. honorib. in re p. sua funct(o),* cet., - -'. Quirina: β 4199. δ 4140. ε 4202. 4126. fragmentum 4439ᵃ. Scaptia: C 1, 1483 = 2, 4371. Sergia: β C 2, 4268. ε 4282. Tromentina: ε 4219 (≌ 4515, Barcinone). Velina (e Balearibus?): β 4262. fragmentum 4343.

Tritium Magallum — Quirina

C 2, p. 394. — Plinio (nat. hist. 3, 27) in Autrigonum[283]) *decem civitatibus* erant Tritium et Virovesca.

α C 2, 4227 (Tarracone) '*Tito Mamilio Silonis fil. Quir. Praesenti Tritiens(i) Magall., omnib. honorib. in r(e)p. sua functo, decuriali allecto Italicam excusato a Divo Pio, flamini p. H. c.* - -'.

Valentia — Galeria

C 2, p. 500 sq. — in numis Valentinis bini *q(uinquennales)* adsunt, sed principis imago non reperitur. Plinius nat. hist. 3, 20: '*Valentia colonia*'.

γ C 2, 3729 '- - *L. Antonius L. f. Gal. Sabinus* - -'. accedere videtur ε 3783 (Benaguazil) '*M. Cornelio M. f. Gal. Nigrino Curiatio Materno, cos.* (a. 185?) cet.'.

de Fabia C 3, 4486 cf. oppidum Val(. . . . .?).

Valeria — Galeria

C 2, p. 427 sq. — Plinius nat. hist. 3, 25 Valerienses *Latio vetere* usos esse testatur.

α C 2, 3124 (Sahelices) '*Titus Valerius Kapti filius Gal. Valeriensis*[284]) - -'.

Vergilia — Quirina

C 2, p. 566 ad n. 4207. — Plinius nat. hist. 3, 25 Virgilienses stipendiarios dicit.

α C 2, 4207 (Tarracone) '- - *M. Cornelio Marcio M. f. Quir. Severo Vergiliens(i), omnib. honor. in r(e) p. s(ua) funct(o), flam(ini) p. H. c.*'.

---

[283]) ceterum conferas quaeso, quae infra ad Autricum Galliae Lugdunensis dicam.

[284]) *Valeriensis* patriae index etiam in titulo C 2, 3123 proxime reperto 'en Cabeza del Griego' in memoriam Attii Saturnini Valeriensis posito.

Uxama **Galeria**

Plinius (nat. hist. 3, 27): '*(Arevacorum) sex oppida, Secontia et Uxama, quae nomina crebro aliis in locis usurpantur,* cet.'; adhuc nobis innotuerunt Uxama Argellae (C 2, p. 387. Plinius l. c.) et Uxama Barca (C 2, 2854). ad quod oppidum pertineat titulus C 2, 2403 non satis liquet.

α C 2, 2403 (Caldas de Vizella) '*C. Pompeius Gal. Ca[t]uronis f. [R]e[ct]ugenus Uxsamensis* - -'.

Quirina? C 2, 2828 '*L. Terentio Paterno Eburanco Titi f. Quirinali* - -', cf. Hübneri notam.

Sequuntur lapides in Balearibus et Pithyusis reperti, quos, quia mari interposito vix cum reliquis Tarraconensibus confundi potuerunt, consulto ab illis seposui:

in Pithyusis: **Ebusus** **Quirina**

C 2, p. 492. Plinius nat. hist. 3, 76: '*nunc Ebusus vocatur utraque (Pityussa), civitate foederata*'; C 2, 3663: '*municipium Flavium Ebusus*'[285]).

β C 2, 3662 '*L. Oculatio L. f. Quir. Recto, aedili, II vir(o), flamini, L. Oculatius L. f. Quir. Rectus f(ilius) patri* - -' ≌ 3659.

γ C 2, 3661 '- - *L. Sempronius L. f. Quir. [S]enecio*'.

Galeria: ε C 2, 3661 '*C. Iulio C. f. Gal. Tironi Gaetulico, qu[a]est. urb., tr. pl., praetori* - -'.

---

in Baleari maiore: **Bocchorus**

Plinio nat. hist. 3, 77 '*foederatum Bocchorum fuit*', quae verba non satis intelleguntur.

Galeria: ε C 2, 3695 M. Atilii M. f. Gal. Verni, quocum anno 6 senatus populusque Bocchoritanus hospitium fecit.

---

in Baleari maiore?: **Guiuntum** **Quirina**

nisi ex C 2, 4218 non notum.

α C 2, 4218 (Tarracone) '*Cn. Gavio Cn. Gavi Severi filio Quir. Amethysto Balearico Palmensi*[286]) *et Guiuntano, omnibus honoribus in rebus publicis suis functo, [flamini p. H. c.* - -*]*'.

---

in Baleari maiore: **Palma** **Velina**

C 2, p. 494. — Plinius nat. hist. 3, 76 Palmam oppidum c. R. esse tradit.

α C 2, 4197 (Tarracone) '*L. Aufidio Q. f. Velina Secundo Palmensi, omnib. honor. in re public(a) sua functo, flam. p. H. c.* - -'. 4205 (ibid.) '*L. Clodio M. f. Vel. Ingenuo Pa[l]mensi, omnibus honoribus in re publica sua perfunct(o),* cet. - -'.

---

[285]) numi qui altera parte litteris Punicis, quibus *Ebusitani* dicti putantur *(aibsm* sive *ibesim)*, et Latinis his: *ins(ula) Aug(usta)* inscripti sunt, altera Tiberi aut Gai aut etiam Claudii imaginibus ornati sunt (HME, tab. 64), nescio an recte ad Minorem insulam revocati sint ab Heissio l. c., p. 424 sq.

[286]) Palma cum in Velina fuerit, Quirinam cum Guiuntano oppido coniungere non dubito.

β C 2, 3669 '*C. Aburio [. . f.] Vel. Monta[no] Iulio Gra[to], pontif(ici) - -*'.

---

in Baleari maiore: **Pollentia** **Velina**

C 2, p. 496. — a Plinio nat. hist. 3, 76 Pollentia oppidum civium Romanorum esse dicitur.

β C 2, 3696 '*Q. Caecilio Q. f. Velina Catullo, aedili, II vir(o) II (?), [fl.] Romae et Aug. - -*'. 3697 '*L. Dentilio L. fil. Vel. Modesto, aedili, II vir(o), flamini - -*'. 3698 '*L. Vibio L. fil. Vel. Nigellioni, aedil., II viro bis - -*'.

Pollentini aut Palmenses cives esse videntur tribules illi Velinae, quorum nomina in titulis Tarraconensibus C 2, 4262 et 4343 leguntur.

---

in Baleari minore: **Iamo** **Quirina**

C 2, 4538: '*municipium [Fla]vium Iamontanum [i]nsula minor[e]*'.

α C 2, 3711 (Magone) '*. . Maecius Maecianus Quirina Iamontanus, aedilicius, ter II viratu in insula (!) functus, etiam flaminatu provinciae Hispaniae citerioris - -*'; sed IAMONTANVS Metelli solius vel potius Ant. Augustini aut Hermangolii quamquam non prorsus spernenda fide stat; reliqui qui hunc titulum descripserunt, MONTANVS ediderunt[287]).

---

in insula minore: **Mago** **Quirina**

C 2, p. 498. — apud Plinium nat. hist. 3, 77 Mago *civitas* vocatur, in titulo C 2, 3708 est *mu[ni]cipium Flavium Magontanum.*

β C 2, 3709 '*Q. Cornelio Q. f. Quirina Secundo, aedili, II viro municipi Mag., flam. divor. et Aug. - -*'. 3710 '*L. Fabio L. f. Quir. Fabullo, aed., II vir. III, flamini divor. Aug. r. p. Mag. - -*'.

de C 2, 3711 cf. Iamonem.

Accedunt tituli incertae originis, qui per Tarraconensem provinciam reperti sunt:

in conventu Asturum: Zamora γ C 2, 2628 (Quirina); Fuente en Cañada δ 2630 (Aniensis); S. Maria de Ribera γ 2566 (Quirina); Lara de los Infantes δ 2852 (Pomptina, cf. KT p. 165); praeterea ubi castra legionis VII geminae erant[288]) (C 2, p. 369) γ 2675 et 2681 (Quirina). ε 2664 (Sabatina).

in conventu Caesaraugustano: Sadava γ 2973 (Quirina); Sofuentes γ 2975 (Sergia??).

in conventu Carthaginiensi: Albarracin β 3174 et (~) Calomarde γ 3172 (Galeria); Viletii prope Cabeza del Griego γ 3126 (Galeria?); Guarroman γ 3263 (Galeria); prope Sacedon γ 3165ª (Galeria); prope Villajoyosam β 3571 (Quirina); Villamanta γ 3084 (Quirina); Avila γ 3050 (Quirina) in titulo pessime lecto.

in conventu Cluniensi: in vicis oppido illi, quod nunc Vitoria vocatur, vicinis Margarita γ 2928 et S. Esteban γ 2930, praeterea in aedicula S. Eulaliae de Donela γ 2929 et Medinaceli γ EE 2, 321 (omnes Quirinae).

---

287) certum de hac re iudicium ferre poterit, qui hunc titulum denuo inspiciet; sed cum et in Pighianis et a Ramisio atque Villanueva MONTANVS editum sit, Metelliana potius interpolatione ad exemplum tituli 4538 corrupta puto.

288) res publica enim illo loco non fuit.

in conventu Tarraconensi: Caldas de Malavella (= Aquis Voconiis) γ EE 1, 295 (Quirina).

α C 12, 4366 (Narbone) '..... *C. Plotidiu[s] C. f. Vo[lt.?] Celer ex* ISPAN· *m[il. leg. I]III Maced[onicae]*'; pro VO*lt.* sive VO*t.*, quae Allmer tradidit, Thiers V... exscripsit, ita ut de Velina cogitare possis. id unum addo Voltiniam, si recte posita sit, cum Hispana origine, cuius mentio fieri videtur, ita coniungi posse, ut Plotidius Celer in Gallia cum nova domo novam tribum nactus putetur. — α C 11, 844 (Mutinae, a. 746 = 8) '- - *M. Aemilius M. f. Gal. ..... Hispania citerio[re]* .....'. — α C 7, 184 (Lindi) '*L. Semproni mil(i)t(i)s leg. VIIII (centuria) Clacludi Severi - - Ispani Caleria* (= Gal.?) *civ(i) Ma* .....'. — α C 2, 2981 (Sadavae) '*L. Pos[t.] Flacco* QVVISAECIENSI - -', ubi Hübner cogitavit modo de Saeciensi modo de Visaeciensi homine. — α C 2, 1736 (Gadibus) '*A. Baebius A. f. Gal. Rufus E* ..... *en(sis?)*'. — si scirem quo fere tempore titulus C 6, 2498 '*C. Manili C. f. Gal. Hispani, militis coh. III pr.*' scriptus sit, coniectura iudicaverim de *Hispani* nomine, utrum patriam indicet necne.

Gallia Narbonensis.

Galliae limes mari nostro contiguus, quo Italia et Hispaniae inter se iunguntur, e maiore parte in Massiliae dicione erat, quae urbs Graeca senatui populoque Romano inde ab antiquissimis temporibus (si fides habenda est rerum scriptoribus) amicissima erat. atque Romani Massiliensium opes salvas esse atque etiam defendere et augere quam Gallicas oras ipsi adire firmisque legionum praesidiis Hispanici itineris stationes contra feros et bellicosos accolas tutari diu maluerunt. sed bellorum diuturnitate et agri spe, qui civibus Romanis colonis adsignari posset, adducti sunt, ut agrum inter Alpes situm et Pyrenaeos atque Garumna Rhodano lacu Lemanno marique nostro inclusum praeter Graecorum civitates et praedia in provinciam redigerent et incolis stipendia imponerent (inde ab a. 630 = 124). ibi colonia civium Romanorum Martius Narbo, quae lege Licinia iussa erat, a L. Licinio Crasso a. 636 = 118 deducta est. provinciam, aliquamdiu a Germanis infestatam, mox contra indigenas ipsos rebellantes Romani fortiter defenderunt neque quicquam gravius in ea commutavisse videntur usque ad C. Caesarem, qui Massiliensibus Pompeianarum rerum studiosis devictis provinciae novam formam ita constituit, ut cum alia mutaret tum Narbonem novam *decumanorum* coloniam deduceret et in agro, quo Massilienses multaverat, tres colonias (Arelate *sextanorum*, Baeterras *septimanorum*, Forum Iuli *octavanorum*), in Cavarum vero finibus Arausionem *secundanorum* et Valentiam conderet. formam provinciae Narbonensis a Caesare filio, qui saepius ipse Gallica oppida adiit, finitam esse consentaneum est. tunc iam temporis totius fere provinciae civitates Italico more constitutae et laudibus illis dignae erant, quibus Plinius Secundus plus nonaginta annis post (nat. hist. 3, 31) eas effert: *agrorum cultu, virorumque dignatione, amplitudine opum nulli*

provinciarum postferenda breviterque Italia verius quam provincia.[289]) civitatium Narbonensium index, qui ad nostram usque memoriam servatus est in Plinii nat. hist. 3, 31—37,[290]) si paucas res vel potius unam rem exceperis, ad eum provinciae statum redit, qui erat cum Agrippa provinciam describebat i. e. inter a. 727 = 27[291]) et 741 = 13. mutavit enim Plinius, quod video, solito more hoc unum ut coloniarum c. R. numerum accommodaret ad suae aetatis condiciones; nam Viennae, quae Agrippa vivo Latinum oppidum fuerat, ut coloniae meminit. Agrippae igitur laterculus hic erat:

coloniae c. R.:			
Narbo Martius	condita a. 636 = 118	erat in tribu	Papiria
Arelate	Caesaris opus		Teretina
Baeterrae	id.		Pupinia
Forum Iuli	id.		Aniensi
Arausio	id.		?
Valentia	id.		?
Latina oppida:			
Aeria		erat in tribu	?
Alba Helvorum			Voltinia
Alebece Reiorum Apollinarium			Voltinia
Anatilia			?
Antipolis			Voltinia
Apta Iulia Vulgientium			Voltinia
Aquae Sextiae Salluviorum			Voltinia
Avenio Cavarum			Voltinia
Augusta Tricastinorum			?
Bormanni			?
Cabellio			Voltinia
Cambolecti Atlantici			?
Carcasum Volcarum Tectosagum			Voltinia
Carpentoracte Meminorum			Voltinia
Cenicenses			?
Cessero			?
Comacina			?
Forum Voconii			?
Glanum Livii			?
Loteva (Forum Neronis)			?
Nemausus Arecomicorum			Voltinia
Piscenae			?
Ruscino			?
Rutenae			?
Samnagenses			?
Tarusco			Voltinia
Tasconi			?

[289]) cf. Herzog hist. Galliae Narb. p. 109 sq.

[290]) cf. Herzog l. c. p. 152 sq. Kubitschek de orig. trib. p. 189 sq.

[291]) vel paullo ante hunc annum. — ceterum saeculis p. Chr. n. I et II pauca immutata esse videntur, inter ea quod (Plin. n. h. 3, 37) '*adiecit formulae Galba imperator ex Inalpinis Acanticos atque Bodionticos, quorum oppidum Dinia*'.

Tolosa Tectosagum	Voltinia
Umbranici	?
Vocontiorum: Vasio	Voltinia
Lucus Augusti	Voltinia
Dea [292])	Voltinia
Foederata:	
Massilia	—

praeterea '*ignobilia*' aliquot oppida.

Vides igitur Caesarem patrem oppida c. R. in tribus illas, quas post Marsicum bellum melioris sortis fuisse significavi, recepisse, Caesarem vero filium nova oppida c. R. in Voltiniam utpote deteriorem tribum vocavisse atque in eandem Latinorum oppidorum cives, si qui imperatoris beneficio aut ob honores in patria gestos civitatem adepti essent, adlegendos constituisse.

Alba Helvorum **Voltinia**

C 12, p. 336 sq. — Albam oppidum Latinum dicit Plinius 3, 36.

α Bramb. 486 (Bonnae) '*P. Clodio P. f. Vol. Alb(a), mil. leg. I - -*'. 493 (ibid.) '*T. Carisio T. f. Vol. Alba, vet. ex leg. I - -*'. C 12, 2675 (Lussas) '*M. Primi M. f. Volt. Mansueti, flamon(io) et IIII vir(atu) in patria functi*'.
β C 12, 2676.
γ C 12, 2698.
ε C 12, 2718 (≅ 6, 1119ᵇ a. 161 ≅ 3, 6169 a. 161—169).

Albinnenses vide Viennam.

Antipolis **Voltinia**

C 12, p. 28. — A. Latinum oppidum Plinio est (nat. hist. 3, 35).

β C 12, 175 '*- - M. Moltelio C. f. Vol. Secundino, flamini, II viro Antipoli - -*'. 179 '*T. Val. T. fil. Volt. Paterno, II vir(o), fl(amini), decurioni T. Val. Nepos Volt., eq. p., pontifex, de[curio] patr[i] . . . . .*'.

ut huic oppido Deciatium regio, de qua conferas Plin. 3, 35. 47 et Ptol. 2, 10, 5 Müll., attributa fuerit, nescio num recte Mommsen in titulo Bramb. 1219 (Moguntiaci) '*M. Terentius M. f.* | *Ult. Tertius* DEC· | *mil. leg. XXII pr. - -*' Deciates, quos Brambach et Grotefend subesse cogitabant, reiecerit (EE 5, p. 231); 'populo, ait, locus non est in titulo militis legionarii'. audio sententiam, quam v. d. ille titulis legionariorum perquisitis probavit, ut ei repugnare amentiae sit; at casu vel in insciis morum Romanorum hominibus ut non semel tribus in titulis male pronuntiata est, sic nonne facillime potuit gens et oppidum gentis confundi? neque desunt mihi prorsus huius erroris vel casus testes alii; cf. inter legionarios a Mommseno ipso allatos Remum, Trevirum, Bessum, Batavum, alios.

Apta **Voltinia**

C 12, p. 137. 'iure Latii (Plinius nat. hist. 3, 36) a Iulio Caesare oppidum donatum esse coloniae Iuliae nomen demonstrare videtur' Hirschfeld l. c.

---

[292]) quam Plinius errore omisisse videtur.

β C 12, 707 (saec. I in.) '*M. Surio C. f. Vol. Albino, aed. Apta* - -'. 1114 (saec. 1) '*C. Allio C. fil. Volt. Celeri, IIII vir(o), flam., augur(i) col. I(uliae) Apt(ae), ex V dec., Vordenses*[293]) *pa[ga]ni pa[tro]no*'. 1116 (saec. I ex.) '*T. Camullio T. fil. Volt. Aemiliano, flamini, IIII viro col. Iul. Apt., ordo A[pte]nsium* - -'. 1120 (de tituli testimonio unius Calveti confirmati et rebus nonnullis suspecti fide dubitat Hirschfeld) '- - *L. Volus(io) L. f. Vol. Severiano, IIII vir(o) c. I. Apt. II et flam., item II vir(o) c. I. Had(rianae) Avenn(ionis) et pontif(icis), sacerdot(i) urbis Rom(ae) aetern(ae)* - -'.

γ C 12, 1130 bis.

Aquae Sextiae **Voltinia**

C 12, p. 65. in Plinii laterculis (nat. hist. 3, 36) hoc oppidum Latinum dicitur; postea *colonia Iulia Augusta* facta est. quod is, qui Livium in epitomen coegit (epit. 61), hoc oppidum *coloniam* a C. Sextio proconsule victa Salluviorum gente conditam dicit, mero errore accidit.

α C 3, 2035, add. p. 1030 (Salonis, a. 42—69) '*M. Iul. M. f. Vol. Paternus Aquis Sextiis, mil. leg. VI victric.*, cet. - -'. 6, 9717 (Romae) '*L. Iulius M. f. Volt. Fuscus Aquensis, olearius* . . . . .'. 12, 3357 (Nemausi) '. . *[Al]bucio [? Post]umo [Vol. Aq]uensi, T. Albucio Tertio Vol. Aquensi*'. 4527 (Narbone) '*L. Statio C. l. Volt. Nasoni Aquiensi*'. Bramb. 1092 (Moguntiaci) '*M. Vinicius [. . f.] Vol. Mesor Aqui* . . . . .'. 1212 (ibid.) '*M. Cornelius M. f. Voltinia Aquis Sextis, mil. leg. XXII primigenia 7 Q. Stati Proxumi* - -'.

β C 12, 408 (Massiliae). 517 (saec. I in.). 521 bis ≌ 522. 525. 4409 (Narbone).

γ C 12, 528 (Tolloneti). 335 (St. Zacharie). 556 (A.). 344 (Cabasse).

Palatina β C 12, 527. (GN 376 = C 12, 68* IV_4 urbanus?)

Arelate **Teretina**

C 12, p. 83 sq. — Arelate, in Salluviorum agro situm oppidum, primo in Massiliensium dicione fuisse, persuasum fere habemus. bello Alexandrino finito coloniam civium Romanorum Caesar eo deduci iussit, deduxit vero Ti. Claudius Nero, Tiberi Augusti pater (Sueton. Tiber. c. 4): unde factum est, ut in titulis *colonia Iulia Paterna* dicatur.

α C 12, 349, app. p. 810 (Esparron, in agro ut videtur Aquensi) '*T. Domit(io) L. f. Ter. Pedullo Arelatensi, omnibus honorib(us) in colon(ia) sua functo* - -'. 3, 4464 (Carnunti) '*L. Cornelius L. f. Firmus Teretina Arelate, mil. leg. XV Apol.* - -'.

β C 12, 692. 696 (A.?). 698 (saec. I inc.). 701 (saec. II).

γ C 12, 598. 604 (saec. I?). 609 (saec. I). 727 (saec. II). 767 (saec. I inc.). 776 (saec. I inc.). 810.

δ C 12, 679 (saec. II).

Arelatensis videtur esse titulus Massiliensis C 12, 388 (rep. Hyères) '- - *T. Valerius Ter. Messio* - -'. cf. 12, 670 = (?) 6, 449 (a. 83).

Poblilia β C 12, 711 (A.?) ter. *[? P]oll(ia)* β 12, 710 (saec. 1). Claudia (??) ε 12, 672. Voltinia γ 12, 852. δ 12, 685 (titulus suspicione non caret). β—γ 12, 691.

---

[293]) = Gordes prope Aptam, ut videtur.

Avennio **Voltinia**

C 12, p. 130 sq. — Avennio Plinio est oppidum Latinum, Ptolemaeo colonia; sed in titulis praeter unum suspectum C 12, 1120 nec municipium nec coloniam Avennionem dici Hirschfeld monet. — accedit fortasse Tarusco.

β C 12, 1029 (cf. 12 p. 131; saec. I vel II inc.) '*C. Otacilio C. f. Vol. Oppiano, IIII vir(o)*'.

γ C 12, 1034 (saec. I inc.) pars prior }A·F·VOL }VS 1039 '*Sex. Iul(io) Sex. fil. Vol. Corneliano - -*'.

Augustani vide Viennam.

Baeterrae **Pupinia**

C 12, p. 511. — Baeterras Caesaris dictatoris iussu a Ti. Claudio Nerone imperatoris Tiberii patre (Sueton. Tib. c. 4) legionis VII Caesarianae veterani deducti sunt. indeque erat colonia V[ictrix?] Iulia Septimanorum Baeterrae.

α Bramb. 1057 (Moguntiaci) '*L. Marius L. f. Pupinea Baeterris, mil. leg. XXI - -*'. 1153 (ibid., a. 43—71) '*- - C. Caecilius C. f. Pup. Parra, dom(o) Bae(terris), mil. leg. IIII Mac. c. Q. Aemili - -*'. C 12, 985 (Tarascone rep., Romyeu ms. f. 94' servavit; 'de iusta tituli restitutione desperandum videtur' adn. Hirschfeld) restituit sic Hirschfeld: '*P. Caecil(io) P. f. Pupinia . . . . . Baeterrens(i) provinciae Narbonens(is), m[i]l(iti) [legionis] primae Minervi[ae] et sextae [Vic]tri[cis] . . .*'.

β C 12, 4232 (saec. fere II). 4238. 4250 (saec. ut videtur I). fortasse etiam 4253 et 4251, vs. 1.

Claudia α C 9, 799 (Luceriae, ante Vespasianum) '*C. Valerius C. f. Cla. Proculus, domo Baetterris, vet. leg. IIII Mac. - -*', qui post deductionem in Luceriam oppidum tribum mutavisse videtur; cf. Luceriam p. 42.

Cabellio **Voltinia**

C 12, p. 136. — Cabellio in potestate fuit primum Massiliensium. de posteriore tempore haec Hirschfeld l. c. monet: 'iure Latii (Plinius nat. hist. 3, 36) eam iam a Caesare donatam esse non crediderim; in nummis certe inter annos 710 et 712 Cabellione cusis colonia non appellatur, contra in nummo a. 731 vel paullo post cuso, in cuius aversa est IMP·CAESAR AVGVST COS XI, dicitur COL·CABE; itemque colonia dicitur Ptolemaeo, ita ut coloniam Latinam eam ab Augusto demum esse factam esse non sine veritatis specie conicias'.

α Bramb. 1203 (Moguntiaci, a. 9—47) '*C. Satrius C. f. Vol. Cabalione, mil. leg. XVI - -*'.

β C 12, 1050 '*L. Iulio D. f. Vol. Bur[don?]i, IIII vir(o) - -*'.

γ C 12, 1057 (saec. I) ROMA I//{ VOL·CASTE{·

Carcaso **Voltinia**

Herzog GN p. 127. 92. Plinius nat. hist. 3, 36 *Carcasum* oppidum Latinum dicit, Herzog n. 266 *c(oloniam) I(uliam) C(arcasonem)*.

α Bramb. 946 (Bretzenheim) '*C. Iulius C. f. Vol. Carc(asone) Niger, miles leg. II - -*'.

β GN 266 '*C. Cominio C. f. Volt. Bitutioni, prait(ori) c(oloniae) I(uliae). C(arcasonis)*'.

Carbantorate (sive Carpentorate) **Voltinia?**

C 12, p. 147. — C. Plinio (nat. hist. 3, 36) oppidum nominis Latini est, in titulo Arausiensi C 12, 1240 *colonia Iulia Meminorum* appellatur.

δ C 12, 1187 '*M. Hirtuleio M. f. Volt. Albano, militi cohortis praet.*'.

Sabatina γ C 12, 1209 '- - *Sex. Sentio Sex. f. Sabatina Primo* - -'; sed titulum hunc Calveti solius fide servatam complura suspectum reddunt. ad Vasionem Hirschfeld p. 823 eum pertinere suspicatur.

Cularo vide Viennam.

Dea Augusta vide Vocontios.

Deci(ates?) vide Antipolim.

Epotius pagus vide Vocontios.

Forum Iuli **Aniensis**[294])

C 12, p. 38 sq. — Caesaris opus fuisse et *coloniae Octavanorum Pacensis (?) Classicae fori Iuli* nomina et Plancus in litteris ad M. Tullium Ciceronem mense Maio anni 711 = 43 datis (ad famil. 10, 15, 3 et 10, 17, 1) testantur.[295])

α C 3, 2839 (Burni, a. 42—69) '*Q. Valerius Q. f. Ani. Niger, domo Foro Iu[l]i, vet. leg. X[I] C. p. f.* - -'. 6, 221 (laterculus vigilum a. 113) p. 1, 8 '*optio in 7 C. Lucretius An. Verecund(us) For(o) I(uli)*' et p. 2, 10 '*ex opt(ione) tran(slatus) in st(ationem?) L. Aponius An. Maternus Foro I(uli)*'. 3639 '*M. Valerius M. f. Ani. Saturnini Foro Iuli, mil. leg. VIIII Hispanae*'. 10, 6230 (ad Fundos) '*C. Licinius C. [f.] Aniese Fuscus Foro Iuli* - -'. Bramb. 1159 (Moguntiaci, a. 43—71) '*M. Iulius Marci f. Aniensis Foro Iuli Macrinus, miles leg. IIII Mac.* - -'. 1161 (id.) '*L. Lic[i]nius L. f. An. Verus Foro Iuli, mil. leg. IIII Mac.* - -'. Revue des soc. sav. ser. II vol. 3, 1860, p. 44 (Aginni) '*Sex. Valeri Sex. f. Ani. Maxsumi For(o) Iuli, mil. coh. I class.*'.

β C 10, 4868 (Venafri, a. 14—37), quem propter tribum huc potius quam ad Venafrum referre praestat.

γ C 12, 295. 5739. 5742. — accedit 5756 (au Prè Varon près de Collobrières). praeterea 290 et 297 (cum add. p. 808).

δ C 12, 260.

---

294) de oppidorum Fori Iuli nomine ornatorum tribubus egerunt Grotefend imp. Rom. trib. discr. p. 118. Herzog GN p. 165. Kubitschek de orig. trib. p. 189. Mommsen C 5, p. 163. Hübner 7, ad n. 48. Hirschfeld 12, p. 38 sq.

295) fortasse aliquid momenti in hac quaestione definienda inest Liciniorum in Aniensi tribu censorum memoria satis frequens; tres enim Licinii adsunt.

ad hoc an ad aliud quoddam Forum Iuli pertineant Arnensis(?) α C 7, 48 (Aquis Sulis) '*C. Murrius C. f. Arniensis Foro Iuli Modestus, mil. leg. II ad. p. f. [ↄ] Iuli Secundi* - -' et Voltinia α C 12, 4533 (Narbone) '- - *A. Cornelius A. f. V[olt.] Metellus Foro Iuli[ens(is)]* - -' ignoratur[296]). — neque constat quodnam Forum Iuli patriam dixerit L. Veratius L. f. Afer, qui Antii quaestor factus est (C 10, 6674); sed consentaneum est tribum eius, Quirinam, ad Antium referendam esse, non ad Forum Iuli aliquod.

Genava vide Viennam.

Lucus Augusti **Voltinia**

C 12, p. 161. 190; cf. quae sub 'Vocontiis' dicentur.

α MIH 251 (Vindonissae, a. 71—103/7) '*M. Apronius M. Fulvius* (sic) *Secundus Luco Aug., m[il]es leg. XI C. p. [f.]* - -'; adnotat Mommsen: 'quadratarius scribere debuit M · F · VOL sive M · F · VL, quod male solvit in M · FVLVIVS'. EE 2, 496 (prope Scupos) 'MLICEANNAE | *Volt. Luco o[p]t(ioni?) leg. I Ita(licae)* - -'. C 3, 1653 (prope Viminacium) '*L. Valerio Sex. f. Vol. Serano Luco, 7 leg. IIII F. f.* - -'. Bramb. 940 (Weisenau) '*T. Agleius T. f. Volt. Carus Luco, vet. ex [leg.] VIII Aug.* . . . . .'. 1055 (Moguntiaci) '*L. Valerius L. f. Vol. Gratus Barnaeus Luc(o) A[ug.]* - -'. 1223 (ibid.) '*Sex. Valerius Sex. f. Vol. S(e)verus Luc(o) Aug., mil. leg. XXII pr.* - -'. 1247 (ibid.) '*C. Vibius C. f. Volti. Luco* - - *stip. III* - -'. Rhein. Jahrb. 53/54 p. 184 (Rohr prope Blankenheim) '*C. Marius L. f. Vol. Luco Augusto, eques leg. I* - -'. accedunt Henzen 5225 (Nitiobrigi), quem titulum Mommsen (EE 5, p. 241) sic legi iubet: '*Valerius Gal(lus?) Vol(tinia) Tutus Luco, miles cohortis I classicae* - -' et ineditus titulus, recens Carnunti repertus, quem mihi Frankfurter descripsit: '- - *C. Iu[l.] C. f. Vol. Luco Vocontiorum Veral/us, vet. leg. XII[I] g., d. c. c. s. (=?)* - -'.

γ C 12, 1622, vs. 1 '*v(ivus) Iul[. . .? V]ol.*'.

Massilia

C 12, p. 55 sq. amicitia satis vetusta, qua Massilia cum Romanis coniuncta erat, non solum provinciae Narbonensis initia superavit, sed novis beneficiis inter se datis accrevit. Massiliensium legatos Caesar (de bell. civ. 1, 35) narrat sibi renuntiavisse oppidanos memoria grata tenere Cn. Pompei et C. Caesaris beneficia, '*quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Helviorum publice iis concesserit, alter bello victos Sallyas adtribuerit vectigaliaque auxerit*'. sed bello Pompeiano exorto Massilienses Caesarem aspernati sunt; quam ob rem Caesar victis, quamquam libertatem non eripuit, agrum fere totum coloniasque, quas Massilienses per totam oram Gallicam deduxerant, ex eorum dicione exemit (Flor. 2, 13, 25. Dio 41, 25, 3. Strab. 4, 1, 5 C 181. Oros. 6, 15). in eo agro Caesar Forum Iuli, Arelate, Baeterras colonias deduxit et Aquas Sextias, Nemausum, Cabellionem, alia oppida iure Latii donavit. Massilia civitas libera et foederata (Plinius nat. hist. 3, 34. Tacitus ann. 4, 43. 13, 47. Strabo et Dio l. c.) mansit usque ad tertium fere saeculum (cf. titulos C 12, 410 M. Aurelio et Vero impp., 5, 7914 Caracallae aetate positos), ita ut cum tribu quadam Romana nullo pacto potuerit coniungi.

Quirina β C 12, 410 cum add. p. 812 (quem ad Pompeiopolim Hirschfeld nova et fortasse felici interpretatione revocat). CG 6771 = GN 608 = bull. épigr. 6, 1886, p. 120. (de Teretina in C 12, 388 cf. Arelate).

---

[296]) sed in illo lapicidae error subesse potest ('*A⟨r⟩niensis*'), in hoc vero homo dici, qui Fori Iuli natus in aliam civitatem Galliae Narbonensis migravit domumque et tribum mutavit.

sed, ut pauca de oppidis, quae post Caesarem dictatorem in Massiliensium pertica remanserunt, addamus, Mommsen (C 5, p. 902) Plinium Melam alios recte testari edocet Italiam a provincia Narbonensi Varo fluvio disiunctam esse; hunc autem terminum Italiae neque Augustum neque Caesarem dictatorem, sed iam Sullam dictatorem posuisse callide conicit; sed haec iam nihil ad nos. Strabo autem Varum fluvium ita inter Antipolim et Nicaeam interfluere ait, ὥσθ' ἡ Νίκαια τῆς Ἰταλίας γίνεται κατὰ τὸν νῦν ἀποδεδειγμένον τρόπον καίπερ οὖσα Μασσαλιωτῶν (4, 1, 9 C 184), additque ibidem τῆς μὲν Ἀντιπόλεως ἐν τοῖς τῆς Ναρβωνίτιδος μέρεσι κειμένης, τῆς δὲ Νικαίας ἐν τοῖς τῆς Ἰταλίας, ἡ μὲν Νίκαια ὑπὸ τοῖς Μασσαλιώταις μένει καὶ τῆς ἐπαρχίας ἐστίν, ἡ δ' Ἀντίπολις τῶν Ἰταλιωτίδων ἐξετάζεται, κριθεῖσα πρὸς τοὺς Μασσαλιώτας καὶ ἐλευθερωθεῖσα τῶν παρ' ἐκείνων προςταγμάτων. quae non inepte narrare Strabonem nos docuit Nicaeensis titulus C 5, 7914 cl. n. 7870. sed alia quoque oppida ad Massilienses pertinebant ex his agris, si Ptolemaeo fidem habes haec (3, 1, 3) proferenti: Μασσαλιωτῶν Νίκαια (C 5, p. 916 sq.), Ἡρακλέους λιμήν (C 5, p. 908), Τρόπαια Αὐγούστου (ibid. p. 904), Μονοίκου λιμήν (C 5, p. 909). hisce igitur argumentis usus recte Mommsen statuere videtur, quaecumque in his partibus aut tribuaria reperiantur aut municipalia neque ad Massiliam ipsam pertinentia, ad vicinas res publicas referenda esse.

reperti sunt autem in his partibus:

Monoeci β C 5, 7823 *Fa[l(ernae)]*; 7824 *Fab(iae)* aut si Mommseni coniecturam probes *Fa[l(ernae)]* tribus testes.

Nicaeae γ C 5, 7906: *Q(uirina)*. fortasse erunt qui cum Mommseno in tituli n. 7953 vs. 1 *Vol(tiniam)* dictam esse credant. — praestabit igitur *Pap(iriam)* tituli Coptitani EE 5, 15 (1, 31) ad *Nicae(am)* Bithyniae quam ad Gallicum oppidum cognomine revocare, quamquam illa quoque civitas iure Quiritium caruit.

Narbo **Papiria**

oppidum in Volcis Arecomicis situm a. 636 = 118 colonia c. R. factum est (Velleius 1, 15. 2, 7, 8. Eutropius 4, 23. Eusebius ad a. 1899 = 118 a. C. n.) *Martium*que appellatum est. novam coloniam *decumanorum* C. Iulius Caesar a. 708 = 46 deduci iussit, unde coloniae *Iuliae* (vel *Iuliae Paternae*) ortum est nomen. Narbonenses cives in Papiria censitos esse constat; quod non ante Augustum imperantem fieri coeptum esse Mommsen ad C 10, 6011 (Minturnis) et Hirschfeld C 12, p. 522 titulis quattuor quos infra dicam usi contendunt. sed malim credere titulum Minturnensem hominis singillatim civitate et Pollia tribu donati esse[297]) et reliquos Polliae testes non ita multum valere. Papiriae testes complures Augusti aetatem, si non superant, at attingunt.

α Bramb. 945 (Jungenfelder Au, post a. 43) '(. .) *Valerius L. f. Pap. Sabinus Nar(bone), mil. leg. XXII p. p. [f.]*'. 1167 (Moguntiaci, a. 43—71) '*C. Valerius G. f. Pap. Narb. Taurus, [mi]l. leg. IIII Mac.* - -'. C 3, 3847 (Emonae) '. . *Vario T. f. Pap. Narbon(e), vet. leg. XV* - -'. 12, 4354 (N.) '*L. Aemilio L. f. Pap. Arcano, trib. mil. leg. X⟨I⟩ gem.*, cet., *omnibus honoribus in colonia sua funct(o), adlecto in amplissimum ordinem ab imp. Caes. Hadriano Aug.* - -'; cf. quae de hoc homine Herzog GN p. 115 not. 36[a] coniectura indicavit. huc fortasse etiam Ur-

---

[297]) potest enim hic homo comparari cum illis qui una cum cingulo civitatem et tribum Polliam acceperunt, cf. Ancyranos aliosque Galatas et Alexandrinos et Castrenses.

banus coh. Urban. laterculus a. 197/8 C 6, 3884 (4, 5) facit: '*L. Aemilius L. f. Papi. Maximus Nar(bone)*; sed v. sub 'Narnia' (Italiae reg. VI).

β C 12, 4358. 4393 (a. 149). 4396. 4401 (saec. I inc.). 4448 (saec. I inc.) '*C. Manlius C. f. Pap. Rufus Umber exs decuria lictorum viatorum, quae est c(oloniae) I(uliae) P(aternae) N(arbonis) M(artii)* - -'; sed potest fieri, ut Umbri voce patria, non alterum cognomen vel signum dicatur (cf. p. meam 79). Wilm. 2194 (Vasione an Narbone repertus est?).

γ C 12, 4339 (Augustae aetatis?). 4462. 4491. 4513. 4581. 4586 (saec. I). 4679. 4705. 4791 (saec. I). 4834. 4942. 4943. 4975 (add. p. 852). 5005. 4637 + 5007 (add. p. 848). 5042 (?). 5047. 5099. 5102 (Augusti fere aetatis). 5115. 6013, vs. 1.

δ C 12, 4359.

alienae tribus in titulis Narbonensibus hae apparuerunt: Aemilia 12, 4357, quae Fundorum est; Fabia quam quo referam nescio, cum praeter Gabales nemo Gallus in illa tribu census esse videatur γ 12, 4585. 5096. 5184 (saec. 1 inc.)? 6009; Galeria in quam praeter Lugdunenses Galli non accesserant γ 12, 4541 (saec. 1). δ 4365; Palatina 12, 4531. 4606. 4758. 5026; Poblilia γ 12, 5116; Pollia α 10, 6011 (Minturnis) '*Q. Anchari C. f. Pol. Narbones(is), eques evocatus*[298]) - - *ala Scaevae*'. β 12, 4389 ('litteris bonis aetatis ni fallor rei publicae liberae extremae' Hirschfeld) '*T. Cominius C. f. Po[l.]*,[299]) *duomvir, aedilis, interrex*'. γ 12, 5226 (saec. I inc.) '- - *C. Vettieno T. f. Pol.* - -'. 5280 '{*N. f. Poll*}, siquidem tribus *Poll[iae]* nomen hic subest. δ 12, 4367 '*A. Rubrio . . f. Pol. Prisco, veter(ano)*'. — Quirina γ 12, 4987. 5213 (saec. I inc.); Sabatina γ 12, 5138; Sergia? β 12, 4423 (saec. I inc.). γ 5215; Stellatina? γ 12, 5147; Teretina? β 12, 4378; γ 5231; Voltinia, frequens illa in Gallis tribus: γ 12, 4584. 4618. 4633. 4903. 5167. 5218. 5228. δ 12, 4366 Hispani (cf. p. 203), β 4363 Aquensis hominis esse videtur.

Nemausus vide Volcas Arecomicos.

Nicaea vide Massiliam.

Reii **Voltinia**

C 12, p. 49. Caesaris patris beneficio Latium accepisse videntur (Plinius nat. hist. 3, 36), Caesare vero filio favente in coloniarum numerum recepti sunt *(col. Iulia Augusta Apollinaris Reiorum)*.

α AEM 8 p. 129 (Heracleae, saec. I ex.) '*M. Iulius Avitus Ultinia Reis Apollinar., 7 leg. XV Apol.,* cet.'.

β C 12, 3200 (inter Clarensac et Nemausum, saec. II) '- - *M. Atti M. fil. Volt. Paterni, equo public(o) honorato, item decurioni col. Apollinare Reiorum, decurioni ornamentario col. Aug. Nemausi* - -'.

β? C 12, 369 {LCOI}*(r)neli* {AVGV}*stalis*. *v* OLTINI · FESTI (M above) MTI

Fabia β 12, 983 (St. Gabriel in agro Arelatensi) '*M. Severius M. f. Fab. Viator, flam. Rom. et Aug., IIII vir, pont. col. Reior(um) Apollinar(is)* - -'.

---

298) Mommsen h. l. adnotat: 'evocatus hic non fuit ex genere evocatorum cum praetorianorum institutione coniuncto sed comparandus est Campano supra n. 3886 aetatis Caesarianae. eodem fortasse redit tribus Pollia hominis Narbonensis; certe posteriore aetate cives Narbonenses censebantur in Papiria'; sed vide notam 297.

299) P// Hirschfeld legit, PO Antiquus.

Tarusco **Voltinia**

C 12, p. 125. '*Tarusconienses*, quos inter Latina Galliae Narbonensis oppida recenset Plinius (nat. hist. 3, 37) alterius Tarusconis ad Pyrenaeos montes siti incolas habendos esse censet Anvillius (notice p. 634). - - cum Aveniensium colonia Tarusconienses contributos fuisse probabile est' Hirschfeld l. c.

γ C 12, 989 '*T. Cornelius Vol. Planta* - -'.

Tolosa **Voltinia**

oppidum Latinum dicit Plinius nat. hist. 3, 36, coloniam Ptolemaeus 2, 10, 6.

α C 6, 17643 '- - *C. Fabrici C. f. Volt. Proximi Tolosensis* - -'. sched. 11 = Herzog GN 271 (Pisauri) '*C. Cornelio C. f. Vo[lt.] Tauro Tolosensi, equo publico habenti* - -'. 12, 534 (Aquis Sextiis) '- - *L. Pompeio L. f. Vol. Silvano Tolossensi*'. Bramb. 118 (Noviomagi) '*L. Valerius L. f. Vol. Marinus Tol(osa), . . . mil. l. X g(eminae)* - -'. 1158 (Moguntiaci) '*G. Iulius G. f. Vol. Priscus Tol., miles leg. IIII Mac.* - -'. 1196 (ibid.) '*Q. C . . . vius Q. f. Volt. Tolosa, eque[s] leg. XIIII gem.* - -'.

β Herzog GN 268 = C 12, 5387 '. . . . . *f. Volt., quaestor, ad [aerarium], IIII vir* - -'.

Vasio vide Vocontios.

Vienna **Voltinia**

C 12, p. 217 sqq. Viennam, caput Allobrogum, a Caesare patre Latio et coloniae decore donatam neque ante Gaium civitatis Romanae beneficio ornatam esse veri simillimum est; appellatur *col(onia) Iul(ia) Aug(usta) Flor(entia) V[ienna]*, cf. Mommsen Hermae vol. 18, p. 181, not.

α C 3, 34 (Thebis Aegypti, a. 80) '*L. Tanicius L. f. Vol. Verus Viennae, 7 leg. III Cyr., audi Memmnone(m)*'. 4245 (Scarbantiae) '*P. Pompeius P. f. Volt. Colonus Viana, vet. leg. IIII F. f.* - -'. 5, 486 (Paugnani prope Capodistriam) '*C. Titius C. f. Volt. Vienna, veteranus leg. XV Apol.*'. 6, 2549 (Romae) '*Sex. Valerius C. f. Vol. Firminus Viennae, mil. ex coh. IIII pr. (centuria) Galli* - -'. 2763 '*L. Aucilius L. f. Vol. Secundus Vienna, mil. coh. XI pr. 7 Proculi* - -'. 3607 '- - *C. Iulio C. f. Vol. Silvano, domo Vienna, speculator.* - -'. 7, 243 (Eburaci, saec. 1?) '*L. Duccius L.* (*filius* om.) *Volt. Rufinus Vien., signif. leg. VIIII* - -'. 794 (prope Magnas) '*C. Valerius C.* (*filius* om.) *Vol. Tullus Vian(a), mil. leg. XX V(aleriae) V(ictricis)*'. 8, 1024 (Carthagine, Flaviorum fortasse aetate) '. . . . . *coh. I urb. 7 Clodi Rufi C. Regilius C. f. Volt. Priscus Vienna, veteran. coh. eiusd.*'. 9, 4682 (Reate, post a. 79) '- - *C. Carantio C. f. Voltinia Verecundo Viennae, veterano coh. VII pr., deducto ab divo Vesp(asiano) Reate* - -'. MIH 256 (Vindonissae, inter a. 71 et 103/7) '*C. Valerius C. f. Vol. Campanus Vienna, mil. leg. XI C. p. f.* - -'. 267 (Zurzach) '. . . . . *M. f. Volt. Certo . . [V]ien(na), veteran(o) [leg.] XIII geminae* . . . - -'. Donati 384, 2 (Romae) '*L. Manilio L. f. Volt. Silano Viennensi* - -'. Bramb. 457 (prope Bonnam) '*D. Val. D. [f.] Volt. Va[leri]ano Vie[nna], mil. leg. [I M(inervia)?] 7 Sa[ll]u[sti?]* . . . . .'. 1061 (Moguntiaci) *C. Dannius C. f. Vol. Secundus Vianna,*

miles leg. XIIII g. M. V. - -'. 1082 (ibid.) '*C. Rittius C. f. Vol. Paulus Vienna, miles leg. XXII prim.* - -'. 1164 (ibid.) '*M. Petronius M. f. Vol. Mansuetus Viana, mil. leg. IIII Mac.* - -'. 1165 (ibid.) '*M. Sullius M. f. Vol. Via(na) Çampanus, mil. leg. IIII Mac.* - -'. 1168 (ibid.) '*Sex. Valerius Sex. f. Vol. Ma(n)suetus Viena, mil. leg. IIII Mac.* - -'. 1175 (ibid.) '*Fiertius T. f. Vol. Vian., mil. leg. XIIII gem.* - -'. 1202 (ibid.) '*T. Pompeius T. f. Vol. Vian., mil(es) leg. XVI* - -'. 1382 (Gustavsburg) '*P. Solius P. f. Vol. Suavis Viana, mil. leg. XXII prim.* - -'. Westd. Corr. 4, 1885, p. 54 n. 47 (Moguntiaci) '..... *iius C. f. Vol. Paullus Vienna, mil. leg. XXII prim.* - -'. Bramb. 1190 (Moguntiaci) '*L. Valerius C. f. Vol. Verecundus Ve ....., veteranus .leg. XIIII g. M. Vic.* - -', ubi Steiner in VE//// litteris *V[i]e[nnam]* latere suspicatus est.

praeterea Viennae et in Viennensi agro Voltiniae testes multi exstant:

β C 12, 1785 (≅ 1903). 1869. 1872 ≅ 2566. 1867. 1877. 1882. 1883. 1886. 1887. 1896. 1897. 1901. 1902. 2207 ≅ (?) 2208. 2333. 2337. 2346. 2349. 2452. 2493 ≅ 2494. 2583. 5864. Herzog GN 514.

β—ε C 12, 1868.

β—γ C 12, 1881.

γ C 12, 1907. 1942. 2029. 2036. 2184. 2320. 2385. 2432. 2439. 2463[a]. 2463[b]. 2501. 2512. 2522. 2523. 2540. 2541. 2545. 2549. — C 12, 2507, vs. 3?.

ε C 12, 1854. 1859. 1862. 1865. 2455.

Fabia(?) γ C 12, 1837. An(i)en(sis), quam Renier in titulo 12, 1891 subesse coniecit, prorsus reicienda est. Galeria, quam ad Lugudunum revocabis γ 12, 1918. Palatina β Allmer 2, 199 cf. sub 'Luguduno'. Pomptina Herzog GN 503. non liquet utrum tribus an cognomen an aliud quoddam subsit TRO litteris vs. 1 C 14, 2961 (sub Praeneste in una vasca vicino alla Madonna in Contrada Loreto)[300]).

Vici Viennae (Herzog GN p. 147 sq., Hirschfeld C 12, p. 219):

Augustani (C 12, p. 299).

Voltinia γ C 12, 2411 (Granieu prope A.).

Cularo, postea *Gratianopolis* (C 12, p. 273 sq.); a Diocletiano et Maximiano imperatoribus civitatis ius accepisse videtur.

Voltinia γ C 12, 2266(?). 2290. 2291. — 2305, vs. 1(?). 2292?.

Genava (C 12, p. 328. MIH p. 11). '*extremum oppidum Allobrogum proximumque Helvetiorum finibus*' Caesar de bello Gall. 1, 6. Genavam post Gratianum imperatorem ad rei publicae formam accessisse probabile est.

Voltinia β C 12, 2600 (ante a. 14). 2606 (∾ MIH 116 Noviodunensis filii ∾ C 12, 1869. 1870. 2613. 1855 nepotis). γ 12, 2622. 2626. 2634. MIH 80 (a. 746/8). δ 12, 2601.

Cornelia β C 12, 2608 T. Iulii T. fil. Corn. Valeriani, hominis ni fallimur Noviodunensis.

Vocontii **Voltinia**

C 12, p. 160 sqq. Herzog GN p. 160. — a. 630 = 124 et 631 = 123 Vocontii a Romanis devicti sunt, postea aut a Cn. Pompeio aut a C. Caesare Latii foederisque beneficiis donati sunt inque eo statu imperatoria quoque

---

[300]) haec enim supersunt in eo lapide: TTIO·CN·F·TRO
TI·VIENNESI
praef. FABR · BIS, cet.

aetate mansisse videntur. ex toto eorum agro Lucus Augusti solum oppidum ad civitatem Romanam accessisse videtur; 'neque enim, Hirschfeld ait, casu accidit, quod legionarii ex Vocontiis oriundi uno excepto omnes domum enuntiant Lucum Augusti, quod oppidum alterum Vocontiorum caput Plinius appellat, municipium Tacitus'. caput autem Vocontiorum, quorum eos, qui viritim in civium Romanorum numerum recepti sunt, in Voltinia fuisse etiam ex titulo Nemausensi apparet C 12, 3358 (*'T. Firmius Firmani f. Vol. Marinus Vocontius - -'*)[301]), Vasio erat.

Vasio (C 12, p. 161), eadem res publica Iuliensium.

α C 6, 2623 '- - *C. Acilio C. f. Vol. Martiali Vasione, veter. ex coh. VII pr.* - -'.

β C 12, 1357 (saec. I ut videtur) '*Vasienses Voc(ontii) C. Sappio C. filio Volt. Flavo, praefect(o) Iuliensium,* cet. - -'. 1371 (id.) '*Q. Pom[peio . . f.] Volt. . . . . ., aedili . . . . ., praef. bo . . . . . tior., pr. V[as. Voc.?], flamini d[ivi Aug.], pontif. Dea[e Aug.?]* - -'. 1369. 1372.

γ C 12, 1383, vs. 1. 1388. 1398. 1410.

ε C 12, 5842 (Afranii Burri).

praeter Vasionem et Lucum XVIIII oppida in Vocontiorum finibus fuisse Plinius 3, 37 auctor est. ex horum unum Dea Augusta (C 12, p. 161. 190) in Luci Augusti locum quodammodo successit.

γ C 12, 1661, vs. 1 '*Sex. f. Vol., patri*'.

Epotius pagus.

β C 12, 1529 (Ventavone) '- - *Q. Caetroni Q. fil. Volt. Titulli, veter. coh. VI pr., loco II viri, pontif. col. Aug. Arim(ini), praef. pagi Epoti, flam. Aug. et muner(is) publici curat(oris) ad Deam Aug. Voc(ontiorum)* - -'.

in reliquo agro β C 12, 1708 (Le-Pègue) '*P. Annius P. f. V[ol. . . . . .], praef. pa[gi] . . . . .* - -'.

Volcae Arecomici **Voltinia**

C 12, p. 346 sq. caput eorum **Nemausus** fuit.

C 12, p. 381 sqq. 833. — oppidum Nemausum Arecomicorum Plinius (nat. hist. 3, 37) et Strabo (geogr. 4, 1, 12, C 186) iure Latii usum esse disertus auctor est,[302]) quod beneficium a Caesare dictatore profectum esse

---

[301]) cf. etiam C 12, 1579 (Luci Aug.) '- - *Iulius P. f. V[ol.(?) . . . .], aed Voc . . . . .*'.

[302]) Strabonis verba haec sunt: (Νέμαυσος Νάρβωνα) κατὰ τὸν πολιτικὸν ὑπερβάλλουσα· ὑπηκόους γὰρ ἔχει κώμας τέτταρας καὶ εἴκοσι τῶν ὁμοεθνῶν εὐανδρίᾳ διαφερούσας, συντελούσας εἰς αὐτὴν, ἐχούσας καὶ τὸ καλούμενον Λάτιον, ὥστε τοὺς ἀξιωθέντας ἀγορανομίας καὶ ταμιείας ἐν Νεμαύσῳ Ῥωμαίους ὑπάρχειν. διὰ δὲ τοῦτο οὐδ' ὑπὸ τοῖς προςτάγμασι τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης στρατηγῶν ἐστι τὸ ἔθνος τοῦτο. equidem hic Coraisii coniectura ἔχουσα Straboniana feliciter restituta esse putaverim neque cum Hirschfeldio (C 12, p. 833. Sitzungsberichte der Wiener Akad. 103, 1, 295 not. 2) quae traduntur integra reliquerim. si vero Coraisium male me secutum esse probabitur (neque est quo mihi persuadeam me periculi securum eum laudare), Hirschfeldii sententiae vel maximo opere ratio habenda erit Nemausum oppidum, antequam Strabo Gallicis rebus enarrandis vacaverit, fortasse anno 738 = 16, civitate Romana donatum, oppida vero ei contributa in Latio relicta esse Pliniumque auctoris sui pervetusti formulam infelici diligentia repetivisse.

videtur (Herzog GN p. 85). *oppida ignobilia XXIIII* Nemausensibus attributa fuisse Plinius et Strabo l. c. quod narrant, haec XII nobis innotuerunt: *Vindomagum, Andusia, Brugetia, Tedusia, Vatrute, Ugernum, Sextantio, Briginn(...), Statuma, Virinn(...), Ucetia, Segusio.*

α C 2, 4173 (Tarracone) '*C. Vallicius Avillius Volt. Nemauso, veteranus leg. VII g. f.* - -'. 6, 6974 '*Q. Hortensius Q. f. Volt. Secundus Nemausies*'. 7, 371 (Uxelloduni) '*Iovi Aug. M. Censorius M. fil. Voltinia [Co]rnelianus, ɔ leg. [X Fr]etensis, prae[posi]tus coh. I Hisp. ex provincia Narbon(ensi), domo Nemauso* - -'. 12, 3275 (add. p. 837) '*Q. Soillio T. fil. Vol. Valeriano, equum p. habenti, omnib. honorib(us) domi et provinc. flamon. functo, curatori, Cabell(enses) Avennienses(es) Foroiuliens(es) Aptenses patrono*' ≌ 3274 (add. p. 837, saec. II). Orelli 2157 = GN 120 (Romae) '- - *Sex. Samnius Sex. f. Vultin(ia) Aper, domo Nemauso, IIII vir iure dicundo, pontifex publicorum sacrificiorum, praef(ectus) vigilum et armorum*'. Bramb. 1968[a] (Xanten?) '*Cn. Carantiu[s] Cn. [f.] Vol. Nema(uso), mil. leg. XXI* - -'. — titulum C 2, 4323 Tarraconensem '*Quartus Saterpilii f. domo Voltinia* .....'. ad hominem Nemauso oriundum pertinere credidit Hübner, Quartique praenomen in Nemausensi agro (Herzog GN 171) redire monuit. de titulo Urbano C 6, 951 vide ad Castra Nova Italiae reg. V et VII, p. 63 et 82.

β C 12, 3160 (add. p. 835, anni 42). 3166 (a. 70—79). 3176 (saec. I). 3180 (post a. 14). 3183 (cl. 3232). 3184. 3200 (saec. II) (?). 3206 (saec. I inc.). 3210 ≌ 3213 (saec. II inc.). 3212. 3214. 3215. 3217 (saec. II). 3218 (saec. I inc.). 3223. 3227 (saec. II). 3232 (Hadriano imp.). 3235 ≌ (?) 3236 (saec. II). 3252. 3259. 3267. 3273 (saec. II inc.). 3282. 3283. 3284. 3295 (saec. II). 3296 (saec. II).

γ C 12, 3276 (saec. II). 3398. 3403. 3439 (saec. II). 3462. 3538 (saec. I). 3569 (saec. II). 3603. 3643. 3650. 3698. 3735. 3744 (saec. II inc.). 3745 (saec. I). 3811. 3817. 3869. 3872. 3873 (saec. II). 3938. 3951. 3976. 4045.

ζ C 12, 3177. 3183 (saec. II).

ε C 12, 3164 (Traiano imp.?). 3167 (post a. 96) [∾ (?) 2620 Genavae et MIH 116 Novioduni].

praeter Voltiniae testes e Nemausi parietinis prodierunt: Cornelia β C 12, 3138 (saec. I inc.); Palatina hominum libertinorum γ 12, 3525 (saec. I). 3809 (saec. I inc.);[303]) Papiria γ 12, 3908.

e Nemausensi agro accedunt Voltiniae testes β 12, 4071 coll. 3267. 4106. γ 12, 4158. 4180. 4182; praeterea:

Sextantio C 12, p. 507 sq. — Desjardins et Hirschfeld Sextantionem Nemausensium vicum fuisse probabiliter proponunt.

Voltinia γ 12, 4199. 4206. Palatina (??) 12, 4203.

Ucetia.

Voltinia γ 12, 2934. 2956 (saec. I). 2960. δ 2929.

in reliquo Volcarum Arecomicorum agro tituli tribum Voltiniam enuntiantes prodierunt in his oppidis: St.-Gervais-lez-Bagnols γ C 12, 2733 (?). 2735; Chuslan prope Bagnols γ 2744; Aramon β 2808. γ 2812. 2815; Foissac γ 2867; à la Liquière γ 2869; Marguerites δ 3002; Durfort γ 3036.

Dinia

Plinium n. h. 3, 37 (exscriptum in nota mea 291) male Diniam a Galba demum Narbonensi adiectam dicere putat Hirschfeld, quia titulus ille unicus,

[303]) tertium libertinum hominem in Voltinia censum (12, 3218) supra scripsi.

in quo coloniae Diniae mentio fit (C 12, n. 6037[a]), primis saeculi p. Chr. n. primi temporibus scriptus esse putatur ex litterarum formis. equidem de tribu non iudicandum esse censeo, antequam vel melius de Diniae rebus edocti erimus vel plures et disertiores tribus Voltiniae testes accesserint.

β C 12, 6037[a] (Narbone) '*Q. Iulio C. f. Volt. Barbaro, aedili col. Dinia Lub* . . . . . - -'.

Gallia Aquitanica.

Aquitanas gentes primus C. Iulius Caesar per P. Licinium Crassum legatum a. 698 = 56 prostravit, denuo M. Agrippa et paullo post M. Messalla debellaverunt. in provincia Aquitania a. 727 = 27 constituta, cuius et incolas fortes strenuos industrios et metalla uberrimi reditus saepius quam agros ex magna parte non ita fertiles veteres laudibus extulerunt, meliore aetate nullum quod scio oppidum civium Romanorum conditum est. Plinius in laterculo civitatum Aquitaniae oppida libera et stipendiaria et (id quod fortasse aeque atque in Gallia cisalpina de Latii iure intellegi potest) '*in oppidum contributa*' recenset. Strabo 4, 1, 2 C 191 δεδώκασι δὲ Λάτιον, ait, Ῥωμαῖοι καὶ τῶν Ἀκυιτανῶν τισι, καθάπερ Αὐσκίοις καὶ Κωνουέναις.[304])

fines provinciae descripserunt Strabo 4, 1, 1 C 177 (coll. 4, 2 C 189—191). Plinius nat. hist. 4, 108, 109. Ptolemaeus 2, 7.

Imperatoribus Romanis e more fuisse videtur, ut hominibus ex Aquitaniae liberis civitatibus ortis, quibus ius Quiritium dedissent, Quirinam tribum aperirent.

Augustonemetum Arvernorum

Arvernos Plinius nat. hist. 4, 109 liberos dicit.

α MIH 253 (Vindonissae, a. 71—103/7) '*[M. I]ulio M. f. [Qui]r. Maxim[o A]ugusto [Ne]meto, mil. [leg.] XI C. p. f.* - -'. C 8, 10629 (coll. Mommseno Hermae vol. 19, 1884, p. 8 n. 2 et EE 5, p. 207) Thevestinus '*M. [I]ulius M. f. Qui[r]. Maternus Aug(usto)n(emeto), mil. leg. III Aug. 7 [A]gripini* - -', emendatus EE 5, 650.

Burdigala

Plinius nat. hist. 4, 108: '*Bituriges liberi cognomine Vivisci*'.

α C 8, 2103 (Kessar-Gouraie) '*D. Seius D. f. Quir. Iuvenis Burdigala, mil. leg. III Aug. 7 Nepotis* - -'.

γ Bull. épigr. 4, 1884, p. 195 '*M. Iulio C. f. Volt. Severo* - -'.

Vesunna Petrucoriorum

Plinius nat. hist. 4, 109.

---

[304]) confer Plinium nat. hist. 4, 108 '*in oppidum contributi Convenae*'; Ptolemaeus 2, 7, 13 Müll. nescio quo iure Convenarum oppidum Lugdunum κολωνίαν appellet.

β Orelli 4019 '*L. Marullius L. Marulli Arabi filius Quir. Aeternus, II vir* - -'.
β (?) Revue épigr. du midi 1, 20 '*deo Apollini Cobledulitavo M. Pompeius C. Pomp[ei] Sancti sacerdot(is) Arensis fil(ius) Quir. Lib[o], sacerdos Arensi[s]* - -'.
γ Revue épigr. 1, 51 '*C. Iul. C. Iul. Adiutori[s f]il. Quir. C[re]s[centi? . . . . .]*'.
fortasse '*Teretina*' subest in tituli Vesunnensis alicuius adhuc inediti vs. 2.

Gabalum civitas

Ptolemaeus 2, 7, 11 (cum Mülleri nota). Plinius nat. hist. 4, 109. 11, 240.

α C 12, 4370 (Narbone) '- - *T. Valerius T. f. Fabia Titulus Gabaliensis*[305]) *veteranus* - -'.

Gallia Lugdunensis.

In finibus Lugdunensis provinciae[306]) a. 727 = 27, tunc cum constituta est, una iam sita erat colonia civium Romanorum: Lugudunum, quam M. Munatius Plancus a. 711 = 43 condiderat; in eadem ad aram Romae et Augusti inde ab a. 742 = 12 Galliarum Aquitanicae Belgicae Lugdunensis legati quotannis convenerunt. praeterea nullam partem Galliae Lugdunensis saeculis duobus primis civitatis Romanae participem factam esse comperimus. in Pliniano laterculo civitatium Galliae Lugdunensis paucae melioris condicionis enumerantur; sunt autem hae: foederatae Aeduorum et Carnutenorum (Carnutum), liberae Meldorum et Secusiavorum et Turonum.

Aedui

potest esse ut in titulo ad Moirant in Sequanis reperto sacerdos quidam trium provinciarum Galliarum *Aeduus* natione in *Pompt(ina)* tribu censitus dicatur; sed lectio vel maxime dubia, cf. Bouhierium apud Hagenbuch mss. Helvet. 1, p. 153 (Orelli 184. 185).

Autricum

Carnutum oppidum erat, quos Plinius nat. hist. 4, 107 *foederatos* dicit; cf. Ptolem. 2, 8, 10 cum Mülleri nota.

α C 8, 1876 (Theveste) '*Q. Iulius Q. f. Quir. Dioratus Autr., mil. leg. III Aug.* - -'. possis autem etiam de *Autrigonibus* Hispaniae cogitare, quamquam rarissime in legionario pro civitate gentem vel regionem, cuius civitas erat, indicari confiteor.

Lugudunum **Galeria**

a L. Munatio Planco (Wilmanns ex. inscr. 1112) anno ut videtur 711 = 43 deductis civibus Romanis condita est in Secusiavorum agro (Pli-

---

305) traditur et hoc et *Cabaliensis* et *Caballiensis* et *Caballicensis*.
306) eos fines cum alii tum Plinius nat. hist. 4, 107 et Ptolemaeus 2, 8 descripserunt.

nius nat. hist. 4, 107)[307]; cf. Strabonem 4, 3, 2 C 192 et Cassium Dionem 46, 50, 5 et titulos in quibus colonia Copia Claudia Augusta Lugudunum dicitur.

α C 2, 2917 (en Herrera de Pisuerga) '*L. Antonius M. f. Gal. Pudens, [e]q. dupl. d. Lugudu[no]* . . . - -'. 7, 125 (Iscae, saec. II ut videtur) '- - *G. Valerius C. f. Galeria Victor Lugduni, sig. leg. II Aug.* - -'. 182 (Lindi) '- - *G. Iuli Gal. Gal[eria] Lug., vet. ex leg. VI Vic(trice) p(ia) f[id.]* - -'. 186 (ibid.; 'litterae evanidae sunt et fortasse etiam ex parte male restauratae' Hübner adnotat) '. . . . . *[mil. le]g. II ad. p. f. ↄ [P]onti Proculi L. Licinius L. f. Gal. Sanga Lug.* - -'. EE 5, 15 (Copti, Augusti fere aetate scriptus laterculus legionum Aegyptiacarum) vs. 1, 26 '*coh. V - - 7 Lucretiana L. Iulius L. f. Gal. Lugdun(o)*'. vs. 1, 35 '*coh. VI - - 7 Coti C. Valerius C. f. Gal. Lugd.*'. Bramb. 310 (in colonia Agrippina) '*C. Iulius C.* (*filius* om.) *Galeria Luguduni, mil. coh. I Thracum* - -'. 1169 (Moguntiaci, a. 43—71) '*L. Vinicius L. f. Gal. domo Modestus Lugud., mil. leg. IIII Mac.* - -'. 1198 (ibid., a. 9—47) '*C. Iulius C. f. Gal. Lug. Optatus, miles leg. XVI 7 Sei* - -'. Annalen des Vereins f. nassauische Altertumskunde 18 (1884) p. 222 = Westd. Corr. 1, 1882, p. 2 n. 4 (Heddernheim) '- - *L. Val. Felix Galeria Lug., miles coh. XXXII vo[l. c. R. 7] Nerati Cleo[me]nii (??)* - -'. Revue arch. 1878, 2, p. 391 (Luguduni) '- - *Sex. Vagirio Sex. fil. Gal. Martiano, q., aedili, II viro, patrono omnium corpor(um),* cet. *[q]uam statuam ob eius erga* r e m p. s u a m *eximiam operam et insignem abstinentiam* - -'.

β C 12, 1750 (Valentiae, saec. 2?). Boissieu, Inscr. de Lyon p. 149. 160. 163 ∾ 190. 496.

Aniensis δ Boissieu p. 354. Palatina α potest fieri ut recte Hirschfeld in titulo Narbonensi C 12, 4531 de *Copia [Luguduno]* hominis Palatinae tribulis patria cogitaverit; β Allmer inscr. de Vienne 2, 199. bull. ép. du midi 1885, p. 118 n. 547. ε Boissieu p. 284.[308]) Pollia ε Boissieu p. 257. Pomptina Boissieu p. 12. Quirina β Bernard, temple d'Aug. p. 74 (cf. Vesunnam Aquitaniae) bis. Boissieu p. 236 (ca. a. 100?). δ Boissieu p. 360. β—ε Boissieu p. 246. Bernard p. 98. Sergia γ bull. ép. du midi 1886, p. 215 n. 615. Stellatina δ Boissieu p. 353.

Praeterea Quirina exstat in titulo Tib. Claudii Coinnagi Attici Agrippiani praef. fabr. (Allmer inscr. de Vienne 3 n. 772, rep à Meximieu en Bresse, dép. de l'Ain, 6 lieues à NE de Lyon).

Gallia Belgica.

Belgicam provinciam a. 727 = 27 constitutam et Germanias inferiorem superioremque in regionibus Rheno finitimis sitas et acerrimis bellis Augusto regnante sub potestatem Romanorum redactas, quoniam per multos annos aliquo modo inter se coniunctae esse videntur et a geographis veteribus[309]) continuae descriptae sunt, ego quoque in re tribuaria perquirenda separare

[307]) id M. Antonii iussu factum esse videtur, cf. Senecae apocolocyntosin c. 6, ubi Divus Claudius, ut qui Luguduni natus esset, *Marci municeps* dictus est, et quinarios M. Antonii III viri; Boissieu, Inscr. antiques de Lyon (1854) p. 125 sq.

[308]) ≌ C 2, 2959 anni 119 Pompaelonensis.

[309]) Plinium exempli gratia dico (nat. hist. 4, 106) et Ptolemaeum (2, 9).

nolo. notum est quanto studio imperatores fere omnes primi saeculi p. Chr. n. primoribus cum reliquarum Galliae partium tum Belgicae faverint quantaque liberalitate iis civitatem Romanam concesserint. sed oppida pauca erant civium Romanorum.

Civitatium, quarum condiciones aliquanto meliores fuisse comperimus, laterculum (fortasse non absolutum) subicio hunc:

coloniae civium Romanorum

Equestris (Noviodunum)	condita ante a. 727 = 27	erat in tribu	Cornelia
Raurica	a. 711 = 43		Quirina

coloniae Latinae (?)

Agrippina	a. 51	Claudia?
Trevirorum	eiusdem fere aetatis	Claudia??
Aventicum	Flaviorum aetate	Quirina

colonia —?

Ulpia Traiana	Traiani tempore	Papiria

foederatae civitates Batavi (Tac. Germ. c. 29)
Lingones (Plinius nat. hist. 4, 106; quod Tacitus hist. 1, 78 '*Lingonibus universis civitatem Romanam*' Othonis largitione datam esse refert, Lingonum nomen nescio num recte traditum sit h. l.)[310]

liberae civitates Leuci (Plinius nat. hist. 4, 106)
Nervi (Plinius l. c.)
Suessiones (Plinius l. c.)
Treveri (Plinius l. c. Vopiscus Florian. 18 [5], 5. — Tacitus hist. 1, 63?)
Ulmanectes (Plinius l. c.)

municipia c. R. vel Latina nulla.

Aventicum **Quirina**

MIH p. 26 sq. a Flavio quodam imperatore veteranis Aventicum deductis oppido coloniae ius datum esse videtur; in titulis *colonia Pia Flavia Constans Emerita Helvetiorum* Aventicum dicitur; reliquus Helvetiorum civitatis ager pagatim discriptus Aventico coloniae attributus mansit.

α MIH 184 (A.) '*Q. Cluvio Quir. Macro, omnibus honorib. apud suos funct(o), cui primo omnium in du(u)mviratu schol(am) et statuas ordo decrevit; Helveti publice - -*' ∾ 186 (A.) '*Q. Macrio Cluvi Macr(i) fil. Quirin. Nivali, omnibus honoribus apud su[os functo] . . . . .*'.

β MIH suppl. 1, 20 (A.) '*T. Iu[lio] T. fil. Quirina [Sa]bucino, II vir(o), praef. o[pe]r. publicor., flam. Aug., sace[r]d. perpetuo primo omn., patron(o) public[e] colon[i] Aventicenses - -*'.

Fabiae quam quo referam nescio duo testes adsunt: γ MIH 192 ('quamquam complura, Mommsen adnotat, offendunt in hoc titulo, tamen collata altera Iuliae Festellae inscriptione n. 143 postea reperta, item lectionis varietate, neque de varietate neque de lectione licet dubitare') '*C. Valer. C. f. Fab. Camillo, quoi publice funus Haeduorum civitas et Helvet. decreverunt et civitas Helvet. qua pagatim qua publice statuas decrevit - -*'. εε MIH 179 (non tam diu post Aventicum a Flaviis honoribus auctum) '*[C.] Iul. C. f.*

[310]) de Mediomatricorum foedere non recte Forbiger Geogr. 3, p. 240 e Taciti hist. 4, 70 iudicare mihi videtur.

Fab. Camillo, [s]ac. Aug., mag., trib. mil. (l)eg. IIII Maced., cet., *[c]ol. Pia Flavia Constans Emerita Helvetior(um) ex d. d.*'; est pater uxoris Valeri Camilli (MIH 192), *flaminicae prim(a)e Aug(usti)*, quam *vicinam optimam* dicunt *vican(i) Ebrodun(enses)* MIH 143.

---

colonia Augusta Raurica **Quirina**

coloniam deduxit L. Munatius Plancus anno ut videtur 711 = 43 (C 10, 6087), Augustus auxit.

β MIH 282 '. . . . . *tio Qu[ir. . . .? Met]ello, fla[mini . . . .] viro co[lon. . . . p]atron[o . . .]*'.

γ MIH 277 '- - *[. . Minuci . . Mi]nuci Att[iani . . . . . f]ili Quir. Mes[salla . .]* - -'. 300 (A.) '. . . . . *L. fil. Qu[ir.]*[311]) . . . | . . . *ta et* . . .'.

---

colonia Augusta Treverorum **Claudia (??)**

coloniae (Tac. hist. 4, 62. 72. Wilmanns 2279. 2280. 2281. 2416) ius a Claudio imperatore profectum esse videtur. Latini fortasse iuris erat (Mommsen Röm. Gesch. V² p. 90).

β (?) Rhein. Jahrb. 50/51 p. 217 (servatus in Wiltheimi codice) '- - *Q. Caecus Q. f. Claud. Atilianus, sacerdos Dianae Arduennae* - -'.

Fabia εε Bramb. 808 '- - *T. Iul. Titi filius Fabia Saturninus, procurator Augustorum* - -'.

Colonia Agrippinensis **Claudia**

a Claudio imperatore a. 50 coloniae (Latinam credit Mommsen Röm. Gesch. V² p. 90) iure *Ubiorum oppidum* ornatum et ex eius uxore *colonia Claudia Agrippina* (sive *Agrippinensis*) *Ara* appellatum est. de tribu eorum civium, qui ex hac colonia nati civitatem Romanam nancti sunt, non satis constat, quoniam praeter titulos externos, in quibus utrum cognomen an tribus *Claudiae* voce intellegenda sit non liquet, domestici tribus Claudiae testes praesto nulli sunt. sed crediderim non facile futurum esse in tanta ex Agrippinensi colonia oriundorum hominum multitudine, ut tribus si alia esset atque Claudia nos fugeret.[312])

α C 2, 484 (Emeritae, saec. II fine) '*C. Titio C. f. Cl. Simili Agrip[p]inensi, proc. prov. Lusitaniae et Vettoniae et curatori reipublicae Emerit(ensis)* - -'. 6, 3348 '- - *C. Acutio Cl. Severo Ara, mil. fr. leg. VII gem.*'. 3360 '- - *M. Aemilio M. f. Cl. Nigrino Ara, mil. fru. leg. XXX* - -'. 8, 2769 (Lambaesi) '*L. Mellonio L. f. Cl. Blando Ara, praef. cast. leg. III Aug.*'. 2785 (ibid.) '- - *P. Aelio Proculi fil. Cl. Ara Perpetuo, 7 leg. III Aug.* - -'. 2907 (ibid.) '- - *C. Iulio C. f. Cl. Maritimo Ara, 7 leg. VI vic.*, cet. - -'. Bramb. 1177 (Moguntiaci, inter Claudii et Nervae aetates) '*M. Cellius M. f. Cla. Secundus Ara, mil. leg. [XIV g.] M. V.* - -'. 1658 (in civ. Aurelia Aquensi rep.; eiusdem temporis) '- - *L. Aemilius L. f. Cla. Crescens Ara, mil. leg. XIIII g. M. V.* - -'. 1659 (ibid.) '*L. Reburrinius L. f. Cl. Candidus Ara, mil. c(o)h. XXVI vol. c. R.* - -'. Fabretti p. 130, 62 (Luguduni) '- - | ?{TI · M · F · CL · MARC · L | ARA · AGRIPP · | MILIT · COH · XIII · VRB. - -'. Rhein. Jahrb.

[311]) sic Parent, Q Roth.

[312]) cf. Th. Bergk zur Gesch. und Topogr. der Rheinlande in röm. Zeit, 1882, p. 142.

44/45 p. 70 n. 20 '. . . . . *us C. f. [Clau]d. Ver[ecundu]s Ara, [mil. le]g. XIIII* - -'. fortasse etiam in titulo Aquincensi EE 4, 435 tribus et domus Agrippinensium leguntur.

in titulo δ Bramb. 378, qui solus domesticorum tribum enuntiat, *Pupinia* adest.

Colonia Ulpia Traiana **Papiria**

non possum diiudicare, an Noviomagus oppidum Coloniae Traianae agro comprehensum fuerit. e canabis ad Castra Vetera succrescentibus ortum esse videtur.

β Bramb. 82 (Nijmegen) '*Sex. Secundo Papiria Felici, [I]IIIII (viro) Augustali C(oloniae) U(lpiae) T(raianae?)* - -'.

---

colonia Iulia Equestris Noviodunum **Cornelia**

a Caesare dictatore condita esse videtur (cf. Mommsen, res gestae divi Aug. p. 120).

β MIH 119 '*C. Lucconi Co[r.] Tetrici, praefec[t]. arcend. latroc[in.], praefect(i) pro II vir(o), II vir(i) bis, flaminis August(i)*'. 120 (= C 12, 2614 Genavensis?) '*C. Plinio M. f. C[or.] Fausto, aedili, II viro [col.] Iul. Eq., flamin[i Aug.]* - -'. suppl. 1, 10 '*L. Sergio L. f. Corn. Lustrostaio Domitino, omnibus honoribus in colonia Equestr(i) et in col(onia) Viennensium functo* - -'. MIH 122, vs. 2?

β MIH 116 et 118 qui nominantur Voltiniae tribules, homines Viennenses habentur.

Noviomagus

cf. quae supra ad Coloniam Traianam dixi.

externorum putabis γ Bramb. 84 (Voltinia) et γ 94 (Galeriam).

Praeterea in his quoque oppidis pagisque, qui iam dicentur, mentio fit tribuum Romanorum, sed non cum patria quadam coniunctarum, ut de domo cuiusvis horum tribulium nihil certi contendi possit:

A. Germania inferior:

Asciburgium Bramb. 234: *Pupin[i]a*; Blankenheim 1984: *Cla(udia)* in milite leg. I (Minerviae?); Bonna 476: *[ol(. . .)* in milite leg. I; Castra vetera δ 196: *Vol(tinia)* — leg. XXI; Erkelenz δδ 627 (an ficta est?) *Fa(bia)* — leg. XXX V. V.; Kaiserstein δ 523: *Aniensis*; Marienhausen 1541; non cum Brambachio facere ausim, qui vs. 5 *Pal(atinam)* legendam esse conicit; Novesium δ 270: *Rom(ulia)* — leg. XXII V. [v.?]. γ 275: *Gal(eria)*; Urbach δδ 304: *Volti(nia)* — leg. I.

B. Germania superior:

Böckingen γ 1585: *Quir(ina)*; Castellum Mattiacorum 1344: *Volt(inia)*; Laupersdorf MIH suppl. 1, 26 Succusana subesse male putatur; Moguntiacum (Mainz) Bramb. 1256 *Cla(udia)*. Westd. Zeitschr. Corresp. 6, 1887, n. 7: ε *Fab(ia)*. Bramb. 1154 *Gale(ria)*. 1080 *Offent(ina)*. 1194 *Pap(iria)*. Becker röm. Inschr. v. Mainz p. XIX n. 228[a] *Pom(ptina)*. Bramb. 1257 *Pup(inia?)*. 1217 *Sabati(na)*. 1303 *Ult(inia)*. 1199 *Vol(tinia)*. Praunheim 1492 (a. 213): *Cl(audia)*. Vindonissa MIH suppl. 1, 34 *Cor(nelia)*.

Britannia.

Britannia ab imperatore Claudio provincia Romanorum imperio addita est, sed aegre retinebatur; oppida civium Romanorum in agris fere barbaris admodum pauca condita sunt; oppida, quae quod scio melioris sortis fuisse compertum est, haec pauca sunt:

coloniae c. R.	Camalodunum, condita a. 50	
	Eburacum	inc. a.
	Gleva	inc. a.
	Lindum	inc. a.
municipium c. R.	Verulamium[313]	inc. a.

de tribu ne unius quidem oppidi c. R. in hac provincia siti constat.

Calacum (?) (C 7, p. 72) δ C 7, 292: *Serg(ia).*
Camalodunum (C 7, p. 33) δ C 7, 90: *Pol(lia),* aevi fere Vespasiani.
Condercum (C 7, p. 110) δ C 7, 516: *Tro(mentina).*
Deva (C 7, p. 47) ε C 7, 164: *Gal(eria)* saec. II ex.
Eburacum: erit fortasse qui huc Uxamensem titulum C 2, 2828 pertinere existimet: '*L. Terentio Paterno Ebura⟨n⟩co Titi f. Quirinali* (= *Quirina?*) - -'.
Habitancum (C 7, p. 169) δ C 7, 991 ≌ 992: *Publ(ilia).*
Hunnum (C 7, p. 115) de C 7, 560 cf. 'Aquileiam' p. 106.
Londinium (C 7, p. 21) δ C 7, 24: *G[al(eria)],* saec. 1 ut videtur.[314]
Vindobala (C 7, p. 113) δ C 7, 542: *Cornel(ia??).*
Viroconium (C 7, p. 45) δ C 7, 154 (ante fere a. 70): *Pol(lia).* 157: *Gal(eria).*
Uxellodunum (C 7, p. 85) δ C 7, 400 (a. 138—161): *Palatina.*

Raetia.

In hac provincia Drusi et Tiberii victoriis parta haec tantum tria oppida ante Diocletiani imperia aut civitate Romana aut Latii iure praedita fuisse videntur: Augusta Vindelicum et Brigantium et Cambodunum. de tribuaria vero re non habeo quod disseram, nisi quod moneo Augustam, si quidem recte eius oppidi Romani formae origo ab Hadriano repetitur, tribus Sergiae participem censendam nobis esse.

---

313) de Camaloduno *colonia Victricensi* v. Tac. ann. 12, 32. Wilmanns ex. inscr. 1815. Zumpt comm. epigr. 1, 389. de Eburaco cf. C 7, 248; Aurel. Vict. autem Caes. 20, 41 Eburacum *municipium* dicit; de Gleva C 7, 54. Ravenn. 5, 31 p. 427, 12; de Lindo cf. Rav. 5, 31 p. 430, 2 et Bedam h. eccl. 2, 16 (civitas Lindocolina) et decurionem Lindensem C 7, 189; de Verulamio Tac. ann. 14, 33. — quibus argumentis nisus Hübner C 7, p. 5 Londinium municipium c. R. dixerit, equidem non perspicio.

314) C 7, n. 29 vs. 1 POMP tribum indicari nescio an recte Hübner putet; potest coniungi cum sequentibus litteris: *Pompolussa.* — n. 34 fragm. 6 vs. 2 *m*ENEN*ia* Hübner lusit. — ceterum in omnium huius laterculi civitatium lapidibus litteris inscriptis sicuti totius fere Britanniae municipalia Romana desunt.

Municipium Aelium Augustum Vindelicum

Zumpt comm. epigr. 1, 403. C 3, p. 711. — pugnant inter se Tacitus, qui Augustam dicere putatur '*splendidissimam Raetiae provinciae coloniam*' (Germ. c. 41), et tituli Augustani (C 3, 5800. 5825. 5826. 5828 cf. 5780. 5787?), qui *municipii* vel *municipii Aelii* mentionem faciunt. adsunt praeterea aliae quaedam res, quibus et haec et illa pars adiuvetur, quas res acri et indefesso studio Mommsen l. c. contulit. iam vero divulgata est illius viri summi coniectura, qua aliquo modo testes illos inter se comparari posse speravit: a Druso ad viam Augustam, quae a Pado fluvio (ab Altino) ad Danuvium ducebat, forum quoddam conditum esse. 'quod oppidum, ait, cum rem publicam non haberet, sed incolas cives Romanos essetque originis Romanae, Augusta denique vulgo diceretur suppresso fori[315]) vocabulo, Tacitus rei naturam magis quam iuris proprietatem secutus coloniam appellavit, cum non esset nisi vicus in modum coloniae exstructus ad exemplum Nauporti'. ad Hadrianum usque Augustam vicum mansisse, illius vero beneficio municipium Aelium factum esse.

in titulo Abudiaci reperto C 3, 5780 Mommsen haec agnovisse sibi videtur: '- - *[. . Ceionio] Sercial.*[316]) *Aeliano, [decu]rioni municipi* - -'. in SERCIAL litteris Sergiae tribus nomen subesse forsitan ponendum sit. Mommsen in ind. p. 1072 et 1105 de *Sercial (. . .)* cognomine, p. 1167 et 1168 de tribu cogitavit.

Noricum.

Norici anno 738 = 16 vel paullo post a Romanis subacti sunt. in hac provincia montibus asperis et arduis, paludibus foedis, silvis ingentibus Romano insigni, metallis tantum divite, non multa oppida condita sunt. Plinius nat. hist. 3, 146 Claudia[317]) oppida quinque recenset: Aguntum Celeiam Iuvavum Teurniam Virunum, Flavium unum: Solvam. post Plinium Ovilava oppidi Romani formam induit. Celeiae Iuvavi Teurniae Viruni oppidorum, ex quibus milites multi Romani originem duxerunt, in titulis saepe ita mentio fit, ut cum *Claudia*, quae cognomen tribusne oppidi rectius putetur quaerimus, coniungantur. domestici autem tituli quod scio aut nullam tribum enuntiant aut rara aliarum vestigia produnt, Claudiam vero numquam. sed tempus est monere aliquam similitudinem inter Norica Claudia oppida et Pannoniae illud Claudium, Savariam dico, intercedere videri; hoc enim domestici quoque tituli in Claudia tribu fuisse testantur. — Flavium Solvense oppidum, ut par est, ad Quirinam pertinet.

---

[315]) sed equidem in *Augustae* nominis genere feminino haereo, quod neque *fori* neque *vici* similibusve vocabulis congruit.

[316]) 'punctum post CIAL, Mommsen adnotat, mihi certum visum est'.

[317]) Grotefendii coniectura Pliniana recte restituta esse ego quoque censeo.

Celeia **Claudia**

C 3, p. 631. — Plinius nat. hist. 3, 146. in titulo Celeiano C 3, 5227 Ti. Claudii Favoris, municipii Celeiani liberti, memoria adest.

α C 3, 2745 (Andetri) '*L. Teren[t]io L. f. Claud. Severo Cel(eia), mil. coh. VIII* (sc. voluntariorum) *vexil[l]ar(io)* - -'. 6, 2382 (coh. praet.) a 3 (m. f. a. 171?) '*sp., C. Aufustius C. f. Cla. Tannio Celei(a)*'; a 5 (m. f. a. 171?) '*tub., M. Aurelius M. f. Cla. Avitus Celei(a)*'. a 13 sq. (m. f. a. 173) '*M. Aurelius M. f. Cla. Saturnin(us) Celei(a), M. Aurelius M. f. Cla. Speratus Celei(a)*'. a 22 (m. f. a. 174) '*M. Valerius M. f. Cla. Maximus Celei(a)*'. 2522 '*P. Aelio P. f. [T]auro Claudia Celleia, mil. coh. IIII pr. 7 Traebelli Maxsimi* - -'. 2619 '- - *C. Valerio C. f. Cla. Cupito Celeie, mil. coh. VI pr. 7 Aureli* - -'. 2751 '- - *M. Saturius M. f. Cla. Maximus Celeia, eq. coh. X pr. 7 Apti* - -'. Bramb. 1229 (Moguntiaci) '*C. Romanius eq. alae Norico(rum) Claud. Capito Celeia* - -'. EE 4, 895 (lat. mil., saec. fere II ex.) vs. 30 ex coh. VI '. . *Aurel. M. f. Cl. Servatus Celei.*'.

C 6, 2382 b 33 vide p. 39 sub 'Caelia', Bramb. 947 v. p. 105 sub 'Acelo'.

Velina γ C 3, 5259 '*P. Petron[ius] P. f. Vel. Pris[c . . .]* - -'.

in titulo Vicentino C 5, 360* = Pais suppl. 610, qui nunc genuinus iudicatur, legitur: '- - *M. Valerius M. f. Vol(tinia) Cla(udia) Celeia Ingenuinus, mil. coh. III pr.* - -'. mihi quidem hic homo alio tempore Celeianus Claudiaeque tribulis, alio tempore (posteriore priorene incertum) alius nescio cuius oppidi municeps et Voltiniae tribulis fuisse videtur. sed Voltiniam cum Celeia umquam coniunctam fuisse negaverim.[318])

Iuvavum **Claudia**

C 3, p. 668. Plinius nat. hist. 3, 146; cf. C 3, 5591.

α C 3, 4461 (Carnunti) '*L. Barb[ius L. f.] Cla. Con[stitu]tus Iuao, [vet.? leg.] XV Ap., ded(uctus?)* - -'. 6, 2382 (coh. praet. mil. a. 171?) a 7 '*M. Valerius M. f. Cla. Sabinianus* IVLO', si quidem '*Iuao*' subesse recte cum Henzeno putas; Kellermann de Iulio Carnico cogitavit.[319]) 3588 '*L. Cuspius L. f. Cla. Iuuai Lautus Norico, mil. coh. I Asturum (centuria) Macriniana* - -'. 3884 (coh. urb., m. f. a. 197) p. 5, 11 '*M. Aemilius M. f. Cl. Felicianus Iua.*'. Notiz. d. scavi 1885 p. 253 (Romae) '- - *Cottionius Rusticus Claudia Iuvao, mil. coh. V pr. 7 Catonis* - -'.

Lauriacum

C 3, p. 689. — num quando ad municipii formam evectum sit ignoratur.

Velina? γ C 3, 5680 '*A. Barbio A. f. Grato Vel(ina?)* - -'.

Ovilava C 3, p. 681. — colonia Aurelia Antoniniana C 3, 5630 cf. 5606. — de titulo C 9, 2593 *[- - Vol. - - in Norico Ael(iis) Obilab(is)]* p. 60 sub 'Terevento' pauca adscripsi.

Solva **Quirina**

C 3, p. 649. — Flavium oppidum fuit, id quod et Plinius nat. hist. 3, 146 et tituli frequentes testantur.

---

[318]) aliud de hac re iudicium Mommsen tulit EE 5, p. 180.

[319]) eundemque ego secutus sum p. 112.

α C 6, 2543 '- - *L. Plenati L. f. Quir. Senili Solva, mil. coh. IV pr. 7 Trebelli* - -'.

Teurnia **Claudia**

C 3, p. 593. — Plinius nat. hist. 3, 146; cf. C 3, 5462.

α C 6, 2382 (coh. praetor., m. f. a. 171?) a 4 '*C. Domitius C. f. Cla. Maternus Teurin.*'.

Virunum **Claudia**

C 3, p. 597. Claudium oppidum Virunum fuisse ex Plinio (nat. hist. 3, 146) et ex titulis cognitum est. Mommsen ob Ti. Iuliorum Virunensium magnum numerum iam Tiberio imperante ibi rempublicam constitutam esse mavult.

α C 6, 2483 '- - *P. Aelio P. f. Cla.*[320]) *Fusco Viruno, mil. in coh. III pr. 7 Ulpi* - -'. 2914 '*Ti. Iulius Ti. f. Cla. Ingenuus Viruno,*[321]) *mil. coh. XII urb. 7 Naevi, sing(ularis) trib(uni)* - -'. Bramb. 311 (in colonia Agripp.) '*T. Iulio Tuttio T. f. Claudia Viruno, mil. leg. XXII primi[g(eniae)]* - -'. 944 (Jungenfelder Au) '*Tib. Iulius Tib. f. Cl. Rufinus Vir., eq. leg. XXII pr. p. f.* - -'. 1157 (Moguntiaci) '*L. Giamillius L. f. Cla. Cerialis Viruni, mil. leg. IIII Mac.* - -'. 1174 (ibid.) '*C. Donius Suavis C(laudia) Viruno,* - -, *mil. leg. XIIII gem.* - -'. 1340 (in Castello Mattiacorum) '*L. Ci . . . . . L. f. Cla. Viru[n. T]ertius, 7 leg. XI g. p. f.* - -'. 2058 (Moguntiaci) '*L. Cattonius L. f. Secundus Claudi(o) Viru(no), m(iles) leg. IIII* - -'. AEM 6, 1882, p. 131 (Viminacii) '- - *C. Terentius C. f. Cl. Catullus Vir., vet. leg. VII Cl. p. f. ex sig. cent[u]r. VI* - -'. EE 4, 894 d 25 (coh. praet.) '*M. Aur. M. f. Cl. . . ntius Virun[o]*'. cf. Mur. 850, 5. C 6, 3304.

Fabia γ C 3, 4877. Pollia β—γ 4868. δ 4858. Velina δ 4843.

Pannoniae.

Pannonicis gentibus bellis acerrimis et diuturnis devictis anno 10 nostrae erae Pannonia provincia facta est. immanibus ac densissimis silvis illam ea aetate obsitam fuisse constat; eiusque incolarum mores quam foedi et feri ducentis fere annis post provinciam constitutam fuerint, Cassius Dio nobis diserte tradidit.[322]) tamen satis multa in his finibus oppida a Romanis condita sunt, quorum indicem iam subicio:

---

[320]) 'CLA Iuc. Sab. Visc., CLVS Pigh., CLV Smet. ms., CLA/ Ligor. 1 coniectura fortasse recta' Henzen adnotavit, *Cl[au.]* edidit.

[321]) idem homo adest in Virunensi titulo C 3, 4845 (tribu non indicata).

[322]) 49, 36, 4 ταῦτα δὲ οὐκ ἀκούσας οὐδ' ἀναγνοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ μαθὼν ὥς γε καὶ ἄρξας αὐτῶν οἶδα. ceterum confer Appiani Illyr. c. 22, Aureli Victoris Caes. c. 40; eorum, qui in confinio Italiae erant, laudes profert Velleius 2, 110, 5.

oppidum Iulium (Flavium?) :	municipium Scarbantia	
oppidum Claudium	colonia Savaria	Claudia
oppida Flavia	1 colonia Sirmium	Quirina
	2 colonia Siscia	Quirina
	3 municipium Neviodunum	—
oppidum Ulpium	colonia Poetovio	Papiria
oppida Aelia	1 municipium Aquincum	Sergia?
	2 municipium Carnuntum	Sergia
	3 colonia Mursa	Sergia
originis incertae	municipium Andautonia	Quirina?
	municipium Brigetio	—
	municipium Latovicorum	Quirina
	municipium Vindobona	—

Andautonia **Quirina?**

C 3, p. 508. '*mun(icipium) And(autonia)*' C 3, 4008 (saec. fere II scriptus titulus). decuriones adsunt in inscriptione 4013 post a. 85 posita; A. erat fortasse municipium Flavium ideoque in Quirina tribu.

αα C 3, 3679 (est in museo Pestino) '*T. F(lavius) Bonio Qu(i)ri(na) Andautonia, eques alae Frontonianae tur(ma) Ingenui - -*'.

de Aniensi ε C 3, 4013, cf. sub 'Foro Popili' (p. 97).

Aquincum **Sergia?**

C 3, p. 439. — ex canabis legionis II adiutricis (cf. 3, 3505) Hadriani beneficio municipium (C 3, 3347 a. 172 cf. 3487 a. fere 138; EE 2, 711; sed etiam EE 4, 425 Antonino Pio vivo positum) Aelium natum esse posteaque in coloniae Aeliae Septimiae honorem, quem tituli saeculi tertii celebrant, provectum esse videtur.

αα EE 4, 894 (Romae, mil. praet. Septimianae aetatis) c 2 '*P. Ael(ius) P. f. Ser. Memmianus Aquin(co)*'.

Collina δ EE 2, 700 '- - *P. Ael. Co[l.? Apol]linari, mil. leg. II [adiutr.]* - -'.
de Canabis Aquincensibus vide 'Castra et Cannabas'.

Brigetio

C 3, p. 539. – e canabis (C 3, 4298?) legionis I adi., quae legio a Domitiano in Pannoniam accita putatur, saeculo fere altero Brigetionense municipium ortum est.

δδ C 3, 4320 '*C. Iul(io) C. f. Fab. A[tt]iano, ano[r. .], stip. XL* - -' = KT p. 116 Iuliorum n. 3.

Carnuntum **Sergia**

C 3, p. 550. AEM 10, 1886, p. 13 sqq. (Domaszewski scr.). — Castra Carnuntina Vespasiani imperio multo antiquiora esse primus Hirschfeld AEM 5, 1881, p. 216 sqq. demonstravit. a Vespasiano et Tito anno 73 illa castra aucta esse e titulis illis tribus insignibus, quamquam mutilis, l. c. 5, 209 et 11, 9 comperisse videmur. postea municipium Aelium e canabis prope

castra sitis vel ex vetusto Carnuntino oppidulo natum est (C 3, 4554; Orelli 2675; et in tegula quadam).

α C 8, 2675 (Lambaesi, a. 235—238) '- - *M. Aurel. M. f. Sergia Carnunto Sabinus, praefect. leg. III Aug. p. v. Maximinianae* - -'.

β C 3, 4495 (a. 178) '*T. Fl(avius) T. fi[l.] Serg. Probus, dec. munic. Car(nuntini), ex V dec.* - -'.

Poblilia δ C 3, 4476. 4477a. 4478. 4482. Scaptia δ 4477. Stellatina δ 4488: omnes legionis XV Apollinaris.

Latobicorum municipium **Quirina**

C 3, p. 496. — a Plinio nat. hist. 3, 148 *Latovici* inter Pannoniae populos enumerantur; '*munic. Latob.*' C 3, 3925 tituli Hadrianae fere aetatis. civitatem Romanam tribumque Quirinam a Flaviis imperatoribus profectas esse sumo.

β C 3, 3925 (Gross-Malence prope Neviodunum) '*T. Eppio T. f. Quir. Latino. II viro iur. dic. munic. Latob., proc. [imp. Caes]aris Traian[i Hadriani Aug] ad c[ensus a]cc[ipiendos],* cet. - -'.

Lussonium: δ AEM 7 p. 100 n. 40 '- - *L. Iul. Quirin(a) Passenianus, praef.* - -'.

Mursa **Sergia**

C 3, p. 423. — *coloniam Aeliam Mursam,* cuius mentio fit passim in titulis, Hadrianus per legionem II adiutricem condidisse videtur cf. C 3, 3279. 3280. 3774. Steph. Byz. s. v. — quod EE 4, 894 b 8 '*Fl(avia) Mursa*' in praetorianorum laterculo dicitur, errore accidisse puto.

αα C 7, 341 (Old Carlisle, a. 191) '- - *ala Augusta ob virtutem appellata, cui praeest P. Ael. Pub. fil. Sergia Magnus d(omo) Mursa ex Pannon(ia) inferiore, praefec(tus)* - -'.

β C 3, 3288 '*C. Aemilius C. f. Serg. Homullinus, dec. col. Murs(ae), ob honorem flaminatus* - -'.

Poetovio **Papiria**

C 3, p. 510. hoc oppidum ex canabis cum castris legionis XIII (Tac. hist. 3, 1) coniunctis ortum esse videtur, *coloniae Ulpiae Traianae* honorem a Traiano Augusto cepit.

α C 2, 4147 (Tarracone) '*M. Aur. M. f. Pap.*[323]) *Lucil[l]o Poetovion(e), ex singularib(us) imp(eratoris), 7 leg. I adiut.,* cet. - -'. 3, 260 (Ancyrae) '- - *M. Aebutius M. f. Ulp(ia) Papir. Tr[a]iana Victorinus Poetovio(ne)* - -, *mi[l.] leg. X g.,* cet. - -'. 4071 (Poet.) '*C. Caesius C. f. Papiria Ingenuus Poetovione* - -'. 6, 1058 (inter centuriones coh. V vig., a. 210) in anticae vs. 16 '*M. Mummius M. f. Verinus Pap. Poetov.* - -'. 2571 '- - *P. Barbius P. f. Papiria Poetovione Maximianus, miles coh. V praetoriae - - ex 7 Monni* - -'. EE 4, 894 (lat. militum saec. fere II ex.) c 10 '*C. Lic. C. f. Pap. Atilianus Poe[t]o.*', c 25 '*C. Iul. C. f. Pap. Valentinus Poeto.*', c 27 '*M. Aur. M. f. Pap. Novellus Poeto.*', d 3. 4 '*C. Att. C. f. Pap. Valerian. Poetov., M. Cael. M. f. Pap. Victor Poetov.*', d 18 '*T. Tro. T. f. Pap.*

---

[323]) PAB Sanutus tradidit, FAB Strada, PAP reliqui auctores.

Firmus Poetovi.'. dipl. 73 = EE 4, p. 513 = Pais suppl. n. 957 (a. 254) vs. 15 sqq. '*coh(ortis) I pr. Valerian(ae) Galiena(e) p(iae) v(indicis) P. Anneio P. f. Probo Pap. Petobione*' et in aversa parte '- - *P. Anneio P. f. Probo Papir. Poetovio(ne)* - -'. Bull. épigr. de la Gaule 2 (1882) p. 185, 2 (Luguduni) '- - *L. Septimi(us) L. f. n(at.) Pannonius d(omo) Ulp. Papir. Petavione Marcellinus, ɔ leg. I adiutricis,* cet. - -'.

Savaria **Claudia**

C 3, p. 525. — quod Plinius (nat. hist. 3, 146) Savariam coloniam Divi Claudi dicit, tituli confirmant Savariam *Claudiam* dicentes. itaque tribus Claudiae huic oppido concessae auctores plus vigent pauci illi testes domestici quam externi frequentiores.

α C 3, 4473 (Carnunti) '*C. Iulius C. (f.) Cla. Secundus Sav., [mil.] leg. XV Apo. [7] Iuli Celerin[i]* - -'. 6187 (Troesmi) '. . . *ilius . . . filius Cla[udia] Dec(i)mus [? Sava]ria,*[324]) 7 *leg. V [Mace]donicae* . . . . .'. 5, 943 (Aquileiae) '*L. Valerius L. f. Cla. Savar(ia) Longin[u]s, vet. coh. XIII urb.* - -'. 6, 2710 '- - *C. Iuli(us) C. f. Cla. Florus Savaria, miles coh. VIIII pr. ɔ Arrunt.* - -'. 3276 '- - *Q. Marcius Q. f. Cl. Rufus Savaria, dec. eq. sing. Aug.* - -'. 7, 185 (Lindi, litteris aevi Vespasiani) '*T. Valerius T. f. Cla. Pudens Sav., mil. leg. II a(diut.) p. f. 7 Dossenni Proculi* - -'. Brambach 1091 (Moguntiaci, inter Vitellii et Ptolemaei tempora) '*C. Galerius C. f. Cla. [P]ude(n)s Sava(ria), mil. leg. I adi.* - -'. 1143 (id.) '*C. Cassius C. f. Cla. Longinus Sav., mil. leg. I adi.* - -'. 1288 (id.) '*M. Aemilius M. f. Cla. Fuscus Sava., mil. leg. I adi.* - -'. 1752 = Westdeutsche Zeitschrift 5, 1886, p. 349 n. a (est Aschaffenburgii) ≌ ibid. n. b (Stockstadt) anni 191 '- - *P. Ferrasius Cl. Avitus Savaria, 7 leg. VIII Aug.,* cet.'. accedunt militum laterculi Romani EE 4, 894 b 12 et c 20. 895, 11 et 32 sq. aliaque.

β C 3, 4191 '*L. Val. L. fil. Cl. Censorinus, dec. c(ol.) C(laud.) S(av.), item vet. leg. I ad. ex b(ene)f(iciario) co(n)s(ularis)* - -'.

β—γ 4194 '*Q. Mullius Sex. f. Cla. Florentinus - - Q. Mullio Marcello, sevir(o) c. C. S.* - -, *f[i]l(io)* - -'.

γ C 3, 4198 '*C. Caesio C. f. Cl. Victori* - -'.

in Savariensium coloniam receptus mihi videtur '*L. Licinius L. f. Clau. Lepid(us), natus dom[o] Verona, ve[t.] leg. [[II]]*' (C 3, 4188 Savariae repertus); cf. quae p. 116 ad Veronam dixi.

Scarbantia

C 3, p. 533. — Plinius nat. hist. 3, 146 habitari dicit *oppido Scarabantia Iulia*; in titulis vero C 3, 4192 et 4243 est *municipium Flavium Aug(ustum) Scarban(tia)*. Mommsen Plinium contemnere mavult 'cum Iulia oppida in hisce partibus nulla inveniantur ultra Emonam nec lapides quicquam suppeditent, quod tantae rei publicae vetustati faveat'. contra Hirschfeld AEM 5, 1881, p. 217 not. 8 Plinii auctoritatem tuetur. ceterum Quirina tribus, quae cum Flavio oppido coniungatur necesse est, adhuc in titulis non reperta est.

Aniensis δ C 3, 4247 '*M. Vibius M. f. Aniesis, vet. leg. XV Apol.* - -'. Lemonia δ 4235 '- - *Sex. Proculeius L. f. Lem. Rufus, vet. leg. XV* - -'.

---

[324]) potest autem cogitari etiam de *[Luce]ria* vel de *[Nova]ria*.

Sirmium **Quirina**

C 3, p. 418. — Plinius nat. hist. 3, 148 '*civitatis Sirmiensium*'. in titulis *coloniae Flaviae Sirmiensium* saepius fit mentio.

α C 3, 4491 (Carnunti) '*M. Ulpiu[s] Marci [f.] Qui[r]ina Dasius Sirmi(o), mi[l.] leg. XV Apoll. 7 obmnaso, optio* - -'. EE 4, 887 (Romae, coh. praet., m. f. a. 141) p. 2, 23 '. . . . . *itius C. f. Quir. Viator Sirmio*'.

β AEM 4, 1880, p. 117 '*[geni]o ord(inis) n(ostri)* . . . . . *us T. f. Quir(ina)* . . . . . - -'.

titulum αα C 3, 3685 infra ad 'Gogaenos' citabo.

Siscia **Quirina**

C 3, p. 501. — Siscia a Plinio nat. hist. 3, 147 *colonia* dicitur atque in titulis *colonia Flavia* (postea *colonia Septimia Augusta*) appellatur ita ut de reipublicae Siscianae condicione satis constet.[325])

α EE 2, 838 (Sisciae) '- - *G. Ingenuus G. fil. Quir. Rufinianus, dec. col. S(eptimiae) S(isciae) Aug(ustae), quaest. r. p., praef. c(oll.) c(enton.)* - -'.

Vindobona

C 3, p. 565. — Hirschfeld AEM 5, 1881, p. 217 not. 8 Vindobonensia castra primi saeculi initio condita suspicatus est, Mommsen l. c. eorum origines ad Vespasianum referenda putat. quod in propinquo natum est municipium, commemoratur C 3, 4557; municipalia quaedem adsunt 4567 (et 4566? a. 103/106).

Aniensis δ C 3, 4570 '*C. Atius Q. f. Anies., miles leg. XV Apolinaris* - -'. non cum Mommseno facere audeo, qui C 3, 4591 (a. 53—54) vs. 4 *Cla(udiam)* subesse putat (p. 1167).

Stuhlweissenburg γ C 3, 3357 '- - *C. Iul. Pap. (?) Honora[to]* . . . . .'.

Dacia.

In Daciam, cum in provinciae Romanae formam anno 107 redacta veteribusque incolis per bella Traiani ferocissima deletis fere exhausta esset, magnus Quiritium numerus translatus est; Aequum Apulum Drobetam Malvense Napocam Potaissam Sarmizegetusam Zernam oppida Traianus quique eum sequebantur imperatores decore et nomine municipiorum sive coloniarum ornaverunt. ex iis Apulum et Sarmizegetusam Traiani beneficio in Papiriam, Hadriani vero Drobetam in Sergiam venisse puto.

Apulum **Papiria**

C 3, p. 182 sq. — oppidum quod prope castra Apulensia legionis XIII geminae a Traiano positum fuit modo municipii modo coloniae nomine in

---

[325]) quod EE 5, 896 d 2, 9 *Ael(ia) Siscia* dici videtur, parum recte constare puto.

titulis dicitur. Mommseno visum est 'imperatorem aliquem, fortasse M. Aurelium,[326]) et coloniam deduxisse Apulum et eodem tempore antiquos Canabenses ad municipii Aurelii Apuli ius nomenque provexisse'. sed ut omittam difficilem hanc quaestionem, tituli qui Apulensium tribum enuntiant, omnes ad coloniam Apulensem pertinent eamque Papiriae fuisse ostendunt. quam ob rem hoc oppidum a Traiano constitutum[327]) aut quoddammodo ab initio cum Sarmizegetusa coniunctum crediderim.

β C 3, 1207 '*P. Ael(io) P. f. Pap. Silvano, II vir(o) et sacerd(oti) [co]l. A[p.], eq. R., - -*'. 1208 '*P. Ael(io) P. fil. Pap. Geniali, dec. et pontifici col. Apul., patron. colleg. cent. - -*'. EE 2, 413 '*C. Ant(onio) C. fil. Papir. Valentino, q(uondam) dec. col. Apul. - -*'. Henzen 6747 (Fulginii) '*P. Aelio P. fil. Papir. Marcello, cent. frum.*, cet., *patrono et decurioni coloniae Apulensium*, cet. - -' ≃ C 3, 1180 (A.) '*P. Ael(io) P. f. P[a]p.*[328]) *Marcello, v. e., p. p.*, cet., *[patr. colo]niae [A]p[ulensium]* . . . . .'. — cf. C 3, 1198. 1209 Sarmizegetusenses.

Costobocae[329]) gens fera et inculta, Ponti Euxini accola, numquam certe civitatem Romano more constitutam habuerunt. quod in titulo, qui apud Ain-Ksira repertus est EE 5, 496 est '*[. . Sal]lustius C. f. Q(uirina) For[tun]atianus Costob[oci]us, quod inter Cos[t]o[boc. n]utritus sit - -*' Costobocii signum, non originem Sallustii indicari iam a Mommseno l. c. adnotatum est.

Drobeta — Sergia

C 3, p. 251. — Drobetam municipium ab Hadriano conditum esse Sergia tribus et Aelium cognomen — cf. EE 4, 893, 32 *Ael. Dru[b.]* — ostendere mihi videntur.[330]) postea nescio quo tempore D. colonia facta est.

β C 3, 1579 (ad Mediam) '*- - L. Iul(io) L. fil. Sergia Basso, dec. mun. Drobetae, quaestori - -*'.

Sarmizegetusa — Papiria

C 3, p. 228 sq. — '*[ex] au[ctoritate imp. Cae]saris divi Nerv[ae f.] Traiani Augusti condita colonia* (*Dacica Sarmiz.* exempl. III) *per [leg(ionem)] V M. Scaurianus, [leg.] eius pro pr. [dedicavit]*' C 3, 1443 anni 110. itaque dicitur in titulis *colonia Ulpia Traiana Augusta Dacica Sarmizegetusa.*

α C 3, 1448 (S., a. 142) '*- - Q. Aurelius Q. f. Ter[t]ius Pap. Sarm., dec. col., ob honor(em) flamoni - -*'. in titulo Badajozio 2, 1016 '*P. Cincio Pap. Ruf(o) a. m. leg. X P. Cincius Pap. Tuscus patri - -*' Mommsen A·M· litteras ita intellegendas esse dubitans proposuit, ut manserint ex *[S]a[r]m(izegetusae)* nomine.

---

[326]) hanc opinionem Mommsen postea sibi firmavit, cum titulus EE 2, 406 II viri cuiusdam *col(oniae) Aur(eliae) Apul(ensis)* Apuli a. 1873 repertus esset.

[327]) laterculus certe militum ille Romanus aetatis Septimianae EE 4, 894 d 21 *Ulp(ium) Apulum* dicit.

[328]) traditur in lapide scriptum esse PP.

[329]) Cassius Dio 71, 12, 1; Capitolinus in Marci vita c. 22, 1; Pausanias 10, 34, 2; titulus urbanus editus a Barnabeio not. d. scavi 1887, p. 537 (cf. 549 sq.); al.

[330]) quod EE 4, 895, 4 *Cl. Drub(eta)* dicitur, e lapidarii errore profectum puto.

β C 3, 1198 (Apuli) '*T. Varen(io) T. f. Pap. Sabiniano, eq. R.,* cet., *dec. col. Sar. et Apul.,* cet. - -'. 1209 (ibid.) '*P. Ael. P. fil. Pap. Strenuo, eq. p., sacerd(oti) arae Aug(usti), auguri et II viral(i) col. Sarm., augur(i) col(oniae) Apul(i), dec. col. Drob(etarum),* cet.'. praeterea 1472. 1478. 1489. 1492. 1495. 1497. 1502. 6269. 6270, qui omnes ad coloniam Sarmizegetusam solam referuntur, quibus addere licebit alios duos titulos C 3, 1514 collato 1482 et AEM 11 (1887), p. 235 n. 8, vs. 1.

Palatina: β C 3, 1385. ε 1456 anni fere 238. Pollia ε 1458 ∾ 1459.[331]) Quirina εε 1457 anni fere 170.

Dalmatia (Illyricum).

Illyrios Romani inde ab a. 525 = 229 usque ad Augusti extremos annos continuis fere bellis persecuti sunt; eis partibus, quae ad mare Hadriaticum sitae erant, Gentio Illyrici rege devicto potiti sunt easque munire et excolere incolasque ad cultus civiles studebant deducere. atque ita mox effloruit ora maritima, ut eo tempore, quo Caesaris legati cum Pompei legionibus in iis regionibus bellabant, armis opibusque valeret; pars interior autem et inculta mansit et vix pacata est.

Plinius in Dalmatia et Liburnia describendis (nat. hist. 3, 139—145. 151—152) duos potissimum auctores secutus est, quorum alter oras perlegerat, alter provinciae in tres conventus divisae formulam depinxerat et oppida, quae singulis conventibus regionibusque comprehendebantur, per litteras digesserat. illum librum quominus Divi Claudi aetate antiquiorem aut affirmemus aut negemus non est quod nos impedire putem;[332]) Flaviae domus certe beneficiorum oppidis concessorum nulla fit mentio; hic vero liber scriptus est, ni vel maxime fallor, post oppida maritima, quae Arsia fluvio ulteriora erant, a regione decima avulsa (nam inter Liburnica adsunt, quamquam neglegenter exscripta) et post M. Varronem (nam 3, 142 sq. illum testem esse Plinius ait, LXXXVIIII civitates Naronam convenisse; '*nunc*, pergit, *soli prope noscuntur Cerauni* aliaeque XII gentes)'. hos laterculos in unum Plinius redegit, ut tamen non satis diligenter quae excerpserat componeret; oppida enim non minus quinque, ut de civitatibus illis Illyricae orae Italico iure usis taceam, repperi bis scripta,[333]) quod non ad abundatiam sermonis, sed ad celeritatem quandam et socordiam cadere facile intellegitur.

---

[331]) eiusdem hominis est titulus Mediolanensis C 5, 5810, in quo tribus non enuntiatur; sed conferas velim inscriptionem 5809 eiusdem gentis (cognatique ni fallor) eiusdemque tribus.

[332]) scilicet si Dalmatiae solius descriptionis rationem habemus.

[333])

Absortium	§ 140 in indice quodam per litteras digesto.	Absyrtides	§ 151 in descriptione orae maritimae.
Gissa	§ 140 id.	Cissa	§ 151 id.
Colentini	§ 142 conventus Salonitani.	Colentum	§ 140 id.

Vellem, quod in Hispaniis, quod in Africa, idem in Illyrico Plinius fecisset, ut oppidorum index ille aut in nominibus aut in numeris plenus nobis praesto esset, qui scriptus fuit in commentariis q. d. Agrippae, utque facilius de huius provinciae re tribuaria iudicaretur; nam ex reliquis rerum scriptoribus antiquis, qui res regionesque Illyrici illustraverunt, nihil fere ad hanc nostram quaestionem pertinet.

Oppida autem civium Romanorum, quae in Dalmatia sita erant, aut in Sergia aut in Tromentina censebantur.[334]) ceterum ex oppidis illis de Jaderae solius constat origine, quae ad Octavianum[335]) refertur; ex altero oppidorum genere Salonas certe ante Caesarem ad Romanae rei publicae formam redactas et a civibus Romanis habitatas esse consentaneum est. unde Tromentinam oppidis illis satis vetustis et opulentis ante Caesaris dictaturae tempora datam esse, Sergiam[336]) autem ab Octaviano reliquae orae maritimae, quae tunc omnis ad civitatem vel Latii ius ita accessisse videtur, ut principibus, qui posthac Romanum imperium regebant, nihil nisi honores quosdam et nova iura incolis tribuere superfuerit,[337]) concessam esse puto.

Restat, ut id moneam Tromentinae tribus oppida sibi vicinas esse situ, continuumque igitur videri fuisse Tromentinae in Dalmatia agrum.

Acruvium **Sergia**

C 3, p. 284. — a Plinio (nat. hist. 3, 144) *oppidum civium Romanorum* dicitur.

β C 3, 1711 '*C. Clodio C. f. Serg. Vitellino, II vir(o) i. d., iudic(i) ex V dec(uriis), equo publ.* - -'.
γ C 3, 1710 '*Sex. Cipio C. fil. Serg. Firminiano* - -'.

Issaei	§ 142 in Salonas coloniam petunt iura.	Issa	§ 152 civium Romanorum.
Burnistae	§ 139 in conventus Scardonitani oppidorum laterculo.	Burnum	§ 142 '*castellum nobilitatum proeliis*', quod ex annalibus nescio quibus Mommseno ortum videtur C 3, p. 368.

Siculotas § 143 et Siculos § 144 nescio an recte Müller (ad Ptolem. 2, 16, 3) separandos esse coniecerit; sed iam missos facio. — multa praeterea desunt; ne Aequi quidem ulla facta est a Plinio mentio.

[334]) Claudiae enim tribus oppida ad mare inter Arsiam fluvium et Nedinum civitatem sita eo tempore, quo ad Quiritium ius pervenerunt, inter Italiae oppida habita esse videri ostendi KT p. 82 sqq.

[335]) Augustum in monumento q. d. Ancyrano, ubi suas colonias enumeravit (t. 5, 35 sq.), coloniarum in Illyrio deductarum praeter spem non meminisse videri notum est (cf. Mommsen, res gestae Divi Augusti[2] p. 121).

[336]) primum Sergiae in Dalmatiae oppidis exemplum repperi C 3, 6364 (ante annum 10 p. Chr.).

[337]) veluti Aequum Claudius, Scardonam Flavius aliquis imperator, Salonas Caesar Divi filius ipse auxerunt.

Aequum **Tromentina**

C 3, p. 360. — antequam colonia Claudia facta est, aut colonia aut potius municipium fuisse videtur; a Plinio non commemoratur.

α C 11, 23 (Ravennae, post a. 69) '*T. Plotius Tromentina Rufus Aequo, vet. leg. II adiut. p. f.* - -'. Bramb. 1142 (Moguntiaci, inter annos fere 70 et 106) '*Q. Attius Q. f. Tro. Rufus Aequ(o), mil. leg. I adi.* - -'. 1144 (id.) '*[C. Fuf]idius [C. f.] Trom. [Cle]mens [Aequ]o, mil. [leg.] I adi.* - -'. 1145 (id.) '*M. Marius M. f. Tro. Vegetus Aeq., mil. leg. I adi.* - -'. 1147 (id.) '*C. Vibius C. f. Trom. Severus Aequo, mil. leg. I adi.* - -'.

Aniensis β C 3, 2733 Hispani fortasse hominis. Sergia β C 3, 2730 et Bull. dalm. 2 (1879) n. 35. accedit Voltinia δ EE 4, 358 (a. fere 42—68).

Arba **Sergia**

C 3, p. 397. — '*oppidum*': Plinius nat. hist. 3, 140.

β AEM 8, 171 '*L. Baebio Opiavi f. Ser. Opio Mala vico, aedili,* cet.'.

γ C 3, 3115 (servata est haec inscriptio in Manutii libro Vaticano, sed tam male, ut vix legatur: '- - *t. prustius t. f. sedop* . . . . . cet.) '- - *T. Prus[i]us T. f. Se[r.] Op[tatus]* - -'. Bull. dalm. 2 (1879) n. 24 '- - *P. Octavio C. f. Serg. Crat.* . . . . . - -'.

Burnum

C 3, p. 367. — Plinius nat. hist. 3, 139 '*Burnistae*'; 3, 142 '*Burnum castellum*', cf. paginam meam 232.

Quirina δ C 3, 2836 (ante a. 10) '*Sal. Erebranus T. f. Quir. Baculus, has(tatus) pri(or) leg. XX*'.

Sergia ε C 3, 2830 Sex. Vinicii Faustini Iulii Severi, cos. a. 127.

Voltinia δ C 3, 2838 '*Q. Naevius C. [f.] Vol. Ponticus, signif(er)*'.

Corinium **Sergia**

C 3, p. 373. — apud Plinium Liburniae '*oppidum*' dicitur (nat. hist. 3, 140).

δ C 3, 2884 '*T. Caninius T. f. Ser. Maxim(us), vet. coh. VI pr.* - -'. 2885 '*C. Iulio C. f. [Se]r. [Agr]ippae* (traditur NRC·CIIPPAE), *[m.] leg. VII p. f. [ɔ] Agrip[p]ae p(atris?)* - -'. cf. Bull. dalm. 1885 p. 97 n. 36 vs. 2 Q·CALPVRNIVS SEX·F SERF?'.

Delminium

C 3, p. 358. — civitas haec antea validissima quam in condicionem redacta sit a Romanis non comperimus. in titulis repertis prope praetorium, quod apud Delminium usque ad Vespasianum imp. erat, domus indicantur cum suis tribubus: Aesis Augusta Praetoria Beneventum Durrachium Eporedia Forum Corneli Philippi; praeterea ex eorum oppidorum numero, quae ante aetatem Caracallae civitatis Romanae ius non adsecuta sunt, Conana et Laranda in Sergia, Pessinus in Velina, Amblada in Cornelia (EE 4, 347; C 3, 2709. 2710; EE 4, 348, omnes anno 42 antiquiores).[338]) homines ex his oppidis oriundi singillatim civitate et tribu donati

[338]) Clistinna autem, quae cum Voltinia coniuncta est EE 4, 345, aliunde nondum innotuit.

esse videntur; Conanensis et Larandensis, si non ob eam potissimum causam quod in Dalmatia cives facti sunt in Sergiam venerint, mirer vel maxime;[339]) cur vero Ambladensis in Cornelia et Pessinuntius (cf. C 3, 1818) in Velina censi sint, non perspicio.

Epidaurum (Epitaurum) **Tromentina**

C 3, p. 287; C. Müller ad Ptolem. 2, 16, 3. — colonia est Plinio nat. hist. 3, 144; de situ ambigitur, sed ibi potius fuisse putatur, ubi nunc est Ragusa vecchia, quam ubi est Prevlaka.

Tromentina: β C 3, 1748 (Rag. vecch.) '*M. Pomentino M. f. Trom. Turboni, II vi(ro) i. d.* - -'; cf. 1745 (ibid.) '*P. Aelio P. f. Tro. Osilliano,* - - *huic universus ordo decurionatus honorem et locum statuae decrevit*'.

γ C 3, 1755 (Rag. vecch.) '*P. Marcio P. f. Trom. Messiano* - -'.

de inscriptione AEM 8, p. 106 n. 10 = BD 5, p. 66 vide Aquas Statiellas Italiae regionis nonae.

Sergia: β C 3, 1738 (Prevl.) '*C. Egnatio C. f. Serg. Marcello, dec.* - -'. etiam in tituli mutili 1752 (Rag. vecch.) versu 1 *Serg(iae)* nomen latere coniecit Mommsen; traditur *sprp*.

Iader **Sergia**

C 3, p. 374 sq. — Hirtius Iadestinos, *quorum semper in rem publicam singulare constiterat officium* (bell. Alex. c. 42), in bello Pompeiano a Caesaris parte stetisse narrat; huius fidelitatis eximiae gratias persolvisse putatur Augustus, qui in titulo Iadestino C 3, 2907 *parens coloniae* appellatur.

α C 3, 1200 (Apuli, saec. II) '*d(is) m(anibus)* SL·VIAE////◡S *Ser(gia) Victor Iad(era), equ(es) leg. XIII g.* - -'. 6, 221 (a. 113) vs. 4 '- - 7 (vigilum) *C. Iuli C. f. [Se]rg. Rufi Iader* - -'. EE 4, 887 (Romae, coh. praet. a. 141) p. 2, 8 '*evoc. C. Valerius C. f. Ser. Vitalis Iader* - -'. Bramb. 1141 (Moguntiaci, inter annos fere 70—106) '*L. Appuleius L. f. Sergia Iadestinus Iader, mil(es) leg. I adiut.* - -'.

β C 3, 2930. EE 4, 379.

γ C 3, 2922. 2957. 2960.

Claudia δ C 3, 2917 (Traianae aetatis). γ 2876 (hic titulus, in quo Claudia tribus bis enuntiatur, quamquam Venetus Antiquus q. d. eum ad Iaderam refert, Nedinum petere videtur). Tromentina β 2919. 2920. 2932 (vetustior). δ 2916.

Issa **Sergia**

C 3, p. 393. — Issaei inde a primis Romanorum in Illyricas gentes studiis in amicitiam Romanorum pervenerunt eamque et industria et fide sibi conservaverunt. qua re post regem Gentium devictum *non solum liberos, sed etiam immunes fore Issenses* senatui placuit (Liv. 45, 26, 13 ad a. 587 = 167). in Plinianis (nat. hist. 3, 152) iam est *Issa civium Romanorum.*

β C 3, 2074 (Salonis) '*C. Albucio C. f. Trom. Menippo, dec(urioni) Salon(is), aedil(i), marit(o) et C. Albuc(io) C. f. Tr. Prociliano, dec. Sal(onis) et Iss(ae), aedil(i)*

[339]) conferas velim Sergiam in milite legionis VII C. p. f., Augusta Troade oriundi, cuius titulus Salonis exstat, C 3, 2019.

- - *et C. Alb(ucio) C. f. Ser. Menipp(o), dec. Iss(ae), - - fil[i]s - -*'; Menippus maior et Procilianus Salonitani sunt municipes, Menippus minor Issensis.

γ C 3, 3079 (Issae) '*L. Servili[us] | P. f.' Ser . . .* | BAITASIVS . . | *[h.] s. e.*', sed *Baetasium* nomen adesse patriamque defuncti hominis indicari Mommsen suspicatus est.[340])

Velina ε C 1, 605 = 3, 3078 (a. 697 = 57 positus, antequam Issenses cives Romani facti esse videntur).

Lissus

C 3, p. 283. — Caesar b. c. 3, 29, 1: '*conventus civium Romanorum, qui Lissum obtinebant, quod oppidum iis antea Caesar attribuerat muniendumque curaverat, Antonium recepit omnibusque rebus iuvit*'; Plinius nat. hist. 3, 114: '*L., oppidum civium Romanorum*'.

Arnensis(??) β C 3, 1704 '*L. Gavi(us) Arnn., aug(ur), II vir quinq. - -*'.

Narona **Tromentina**

C 3, p. 291. — extremis rei publicae Romanae liberae temporibus Narona vicus fuisse videtur, id quod ex Naronensi inscriptione C 3, 1820 intellegitur, scripta iussu *mag(istrorum) Naro(nae)* duorum duorumque *q(uaestorum)*. in Plinianis (nat. hist. 3, 142) itemque a Ptolemaeo 2, 16, 7 N. colonia appellatur, quem honorem suo iure ab Augusto Mommsen repetere mihi videtur, cf. C 3, 1769 et 1770.

Tromentina: β? C 3, 1868 '*T. Mevio T. f. Tro. Celso, ael. III . . . . . luperc*'. γ C 3, 1851 '*C. Feres . . . C. [f.] Tro. . . . . . . - -*'.

Aniensis? β C 3, 1822 '*A. Annaeo A. f. An(iensis* aut *Auli nepoti) Flacco, flamini Augustali, IIII vir(o) II quin[q.]*, cet. - -'. Palatina δ C 3, 1813 (ante a. 42). 1815 (saec. I in.). Romulia γ EE 4, 247.

Novae

C 3, p. 302. municipii Novensium mentio fit in titulis C 3, 1892. 1908. 1909 (a. 194). 1910.

δ C 3, 1910 '*I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et g(enio) m(unicipii) N(ovensium* aut *nostri) G. Vib(ius)* POM · *I[a]nu[a]rius, b(ene)f(iciarius) cos. leg. I adi. v. s. l. m.; II viris qq. Aurr. Maximo et Anneo*'. hic titulus, qui Vespasiano antiquior non est et ad saeculi secundi finem vel tertii initia potius quam ad primum nostrae erae saeculum pertinere videtur, a Zanettio et Paulovichio descriptus est; vs. 3 ille G · VIB · POMI, hic G · VIB . . POM tradidit; conieci olim non sine aliqua veri specie TROM · in lapide fuisse (KT p. 195 not. 729).

Risinium **Sergia**

C 3, p. 285. — Plinius nat. hist. 3, 144: '*oppida civium Romanorum Rhizinium, Acruium*, cet.'.

β C 3, 1717 (post a. 37) '*Q. Manlius Q. f. Serg. Rufus, dec(urio), iudex ex quinq(ue) decuriis, equo publico - -*'.

---

[340]) notae enim sunt Baetasiorum cohortes, cf. C 3, p. 1149. eadem gens a Plinio (nat. hist. 4, 106: inter Belgicas) et a Tacito (hist. 4, 56. 66) commemoratur; *cives Betasiu[s]* Bramb. 981.

γ C 3, 1730 '*M. P[l]ae[torius] M. f. Se[rg]ia (?)* - -'. 1732, cf. p. 1028 '. . *Statio . . f. Serg. Valenti . . .* - -' ∾ γ 6360 '*C. Statio C. f. Ser. Restituto* - -' ∾? δ 6359 (a. 116 vel 117) '*C. Statius C. f. Serg. Celsus, evoc. Aug.*, cet. - -'.

Salonae **Tromentina**

C 3, p. 304. Bulić, Salona (programma gymn. Spalat. 1885). — Hirtius bell. Alex. c. 43 *Salonam* dicit *oppidum maritumum, quod cives Romani fortissimi fidelissimique incolebant;* cf. quae Caesar b. c. 3, 9 de Salonarum oppugnatione civiumque Romanorum, qui eas incolebant, virtute enarrat. *coloniae Martiae Iuliae* (C 3, 1933) origines annum 727 = 27, quo anno Octavianus appellatus est Augustus, superare consentaneum est. — Plinius nat. hist. 3, 141.

β C 3, 2026 cf. p. 1030 '*T. Flavio T. fil. Tro. Agricolae, decur. col. Sal(onarum), aedili, II vir(o) iure dic., dec. col. Aequitatis, II vir(o) qq., disp(unctori) municipi Riditar(um), praef. et patron. coll. fabr.,* - - *curatori reipub. Splonistarum,* cet.'. 2074 '*C. Albucio C. f. Trom. Menippo, dec. Salon., aedil(i), marit(o) et C. Albuc(io) C. f. Tr. Prociliano, dec. Sal. et Iss., aedil(i), (filio)* - -' (cf. Issam). Bulić inscript. Salonit. 1 (Spalati 1886) p. 68 n. 326 '- - *C. Caesio C. f. Tro. Vindici, aed., IIII vir(o) i. d.* - -'. p. 69 n. 829 '*D. Campan[io] P. f. Tro. Varo, aedili, IIII viro i. d.,* cet. - -'. p. 71 n. 841 '. . *[Pe]tronio A. f. T[ro . . . Post]umo, aedil[i],* e. q. s.'. C 3, 1942 '- - *L. Egnatius L. f. Cn. nep. Cn. pronep. Tro. Clemens, decurio, augur.*'. 2075 '- - *L. Antonio L. f. Tro. Firmo, aed., IIII vir(o) i. d.,* cet.'. 2083 '- - *Q. Nassius Q. f. Tro. Certus Draco, aedilis, IIII vir i. d.* - -'. AEM 8 p. 113 n. 38. Boghetich inscr. Salonit. n. 40.

γ C 3, 2097. 2125. 2447 (cf. p. 1031). 2470.[341] AEM 8 p. 124 n. 86.
δ C 3, 2018 (a. fere 14—37). AEM 8 p. 115 n. 45. Bull. dalm. 10, p. 57 n. 61.

Sergia: β C 3, 1978 (post a. 98) '- - *L. Vettius L. f. Serg. Catulus, II vir i. d.* - -'. 2079 '*C. Clodio C. f. Serg. Fadieno, IIII vir(o) iur(e) d.* - -'. 3158 (S.?, a. fere 14—37) '- - *C. Iulius C. f. Ser. Aetor (A[c]tor?), aed.,* cet., *ob honorem II viratus* - -'. conferas quaeso etiam Salonitanum hunc titulum 2019 (a. 42—68) '*C. Curiatius T. f. Serg. Secundus, dom(o) Augusta Troade, vet. leg. VII C. p. f., scriba Salonis* - -', quem hominem Alexandriae Troadis natum[342] in Dalmatiae quodam oppido civitatem Romanam nactum esse opinor. — δ 2004 (post a. 70).

Claudia δ C 3, 2057.[343] Falerna Bulić p. 49 n. 788. Palatina C 3, 2049. Pollia δ 2030. Velina β 6378.

accedunt **Siculi** (Müller ad Ptol. 2, 16, 3; Plinius nat. hist. 3, 141): *Siculi in quem locum Divus Claudius veteranos misit*'.

ad Claudii deductionem nescio an pertineant veterani legionis XI C. p. f. C 3, 2054 = AEM 8, p. 115 n. 43 in Stellatina et BD 9, 1886, p. 8 in Velina censi, scilicet in suae uterque patriae tribu.

Scardona **Sergia**

C 3, p. 365 sq. — Plinius nat. hist. 3, 141 de Scardonae, quae conventus Scardonitani caput erat, condicione nihil profert; C 3, 2802 *municipi Fl(avi) Scard(onitani)* mentio fit.

---

[341]) cf. KT p. 196 not. 733.
[342]) haec autem Alexandria in Aniensi tribu erat.
[343]) ubi litteris mutilis ante *mil.* scriptis domus forsitan occultetur.

β C 3, 2810 '*T. Turra[nio] T. f. Ser. Seda[to], decurioni, II [viro?] Scardonis*, cet. - -'.

Tragurium

C 3, p. 355. — Plinius, cum nat. hist. 3, 141 ait '*Tragurium, civium Romanorum, marmore notum*', Mommseno erravisse videtur; dubitatque ille vir doctus, num ullo tempore Tragurini sua re p. usi sint.

γ C 3, 2686ᵃ '*L. Caesellius P. f. Tro. Maximus* - -'.

Niniae duo frustula lapidum reperta sunt bull. dalm. 9 (1886) n. 141 et 143 alterum Scaptiae, alterum Romuliae ut videtur tribulis.

Moesiae.

Gentes Moesiacas M. Licinius Crassus, qui pro consule Macedoniam rexit, anno 725 = 29 perdomuit Macedoniaeque provinciae addidit. sed paucis iam annis post (anno 6 p. Chr. vel antea) Moesia suum accepit legatum pro praetore. imperator Domitianus in duas eam divisit provincias, Moesias superiorem et inferiorem. hi vero populi tarde neque satis Romanorum cultum atque humanitatem adamaverunt petiveruntque neque ante Traianum in his regionibus oppida Italico more constituta esse videntur; ora autem maritima et quicquid agri radicibus Haemi montis subiectum erat, Graecanica mansit aut facta est.[344]) in superiore provincia ante Septimium Severum imperatorem haec condita esse novimus oppida civium Romanorum:

Ratiariam, coloniam Traiani, in tribu Papiria.
Scupos, coloniam Flaviam (?), in tribu Quirina.
Viminacium, municipium Aelium, postea coloniam, in tribu - -? [345])

in inferiore autem hoc unum quod scio ante saeculi alterius p. C. finem exstitit:

Oescus, Traiani colonia, in tribu Papiria.

Oescus **Papiria**

col(onia) Ulp(ia) Oesc(us) C 3, 753 cf. 1624ᵃ add. et 6127.

α C 3, 6201 (Troesmi) '*Aul. Antonius Auli fil. Papiria Valens Oesci* - -'. 6, 2638 (litteris saec. III; tituli verba non sunt satis intellecta) '- - *Aur(elius) Zinama, libra(rius) trib(uni), mil. ex cohor(te) VII preto(ria)* - - *conm(a)nupu(lari) et con[tubern(ali) b]ono iux(ta) leg(atum) Roma(e) et O[e]sci Paper(ia tribu) et in re huiu[s] Dietci (?) Serdicensis [regionis?]*'. 3342 '- - *T. Fl. Pap. Valerianus Oesco,*

---

[344]) cf. Mommsen, röm. Gesch. 5², p. 194 sq. 283. et Iung, die romanischen Landschaften des röm. Reiches (1881) p. 371 sq.

[345]) sed Sergiam exspecto.

mil. fr. leg. V Mac. - -'. EE 4, 894 (Romae, saec. II ex., in laterculo militum) b 1 sq. '*C. Iuli(us) C. f. Pap. Valens Oesco, M. Aur. M. [f.] Pap. Capitoli(nus) Oesco*'; c 6 '*P. Ael. P. f. Pap. Caius Oesco*'; c 16 '*C. Val. C. f. Pap. Sabinianus Oesco*'; c 32 '. . . . . *Pap. Alexander Oesco*'.

Ratiaria **Papiria**

C 3, p. 263. — *colonia Ulp(ia) Ratiar(ia) ex Moesia superiore* C 3, 753; *Ulpia Retiaria* 8, 2871; *col. Rat.* 3, 1641.

α C 6, 1058 (a. 210) inter centuriones cohortis V vigilum, qui in antica lapidis enumerantur vs. 15 '*M. Antonius M. f. Papir. Valens Ratiar(ia)* - -'. EE 4, 894 (Romae, militum laterc., saec. II ex. fere) d 5 '*M. Ulp. M. f. Pap. Crescens Ratiari(a)*'.

Scupi **Quirina**

col(oniam) Scup[os] titulus in vico Kutschowischte prope Scupos repertus EE 2, 497 dicit. hoc oppidum Flavium vel Claudium fuisse tribu indicatur Quirina. sed testes inter se pugnare videntur; titulum enim urbanum C 6, 533 *P. Ael. P. f. Aelia Pacatus Scupis* scripsit, alter vero urbanus 3205 T. Aurelio Gaio dedicatus est, qui fuit oriundus *Fl(aviis) Scupis nat(ione) Bessus.*

α EE 4, 103 = 5, 200 (Athenis) '- - *D (?). Valens Iangali mil. c(o)h. III campe(stris) 7 Fl. Ianuari - - domo Quirin[a S]cupos* - -'. 4, 894 (Romae, laterc. militum, saec. II ex. fere) c 29 '*[M.] Aur. M. f. Qui. Ettela* SCUΠ'; d 6 '*M. Aur. M. f. Qui. Celsus Scupis*'. 895 (id.) p. 1, 22 '*[C.] Valer. C. f. Qui. Longinus Scup.*'; p. 1, 28 '*[P. Ae]lius P. f. Qui. Maximus Scup.*'; p. 1, 38 '*[M.] Aurel. M. f. Qui. Marcus Scup.*'.

Iam sequuntur aliquot oppida, in quibus saeculis p. C. primo et altero rei publicae Romanae forma non est nata quaeque numquam in tribus Romanas recepta esse persuasum habeo:

Novae: C 3 p. 992. — Fabia γ C 3, 759.

Singidunum: C 3, p. 265. — in titulo 6307 *mun(icipium)* dicitur; apud Iulium Honorium (flum. 2, 11, 4[346]) *colonia* appellatur atque eiusdem honoris alter testis titulus C 3, 1660 anni 287 (cf. add. p. 1022) esse videtur; alia municipalia Romana occurrunt in inscriptione n. 6308. — Quirina δδ 1664 (= KT p. 122 Flaviorum n. 1).

Tomi: C 3, p. 999. AEM 6 (1882) p. 16. — Quirina ε 6154 (a. 222—235) L. Anni L. f. Italici Honorati, cos. (cf. Apulenses 1071 et 1072). Palatina ε AEM 8, p. 20 cf. 249.

Thracia.

Antequam haec provincia imperii Romani facta est (anno p. C. 46), in ea sola parte, quae mari adluebatur, a Graecis habitabatur. agri vero montesque mediterranei a Thracibus hominibus feris et barbaris possidebantur.

[346]) haec ipse edidi et tractavi: Wiener Studien 7 (1885), p. 282.

quare, quoniam hic principes Romani oppida Graeca quam Italico more constitui praestare rati sunt,[347]) factum est, ut in universa provincia ante medium tertium saeculum tria haec tantum oppida civium Romanorum nascerentur:[348]) Claudia colonia Apris, Flavia colonia Deulti, Aelium municipium Coelae. Apri in Claudia fuisse putantur; de reliquis, quamquam testimonia adhuc nobis non sunt praesto, Flavium oppidum in Quirinam, Aelium in Sergiam receptum esse contendo.

Apri

Plinius nat. hist. 4, 47: *Apros colonia* (item 4, 48); Ptolemaeus 3, 11, 7 Ἄπροι κολωνία; C 3, 386 *col(onia) Cl(audia) Aprensis*; confer Mommseniana ad C 3, 727.

de tribu non satis constat, quoniam ignoramus, utrum in titulis infra scriptis tribus dicatur an potius agnomen oppidi.[349]) α C 6, 3177 '- - *P. Ael(io) Basso, arm(orum) cust(odi), eq. sing. Aug. tur(ma) Aeli Crispi, nat(ione) Bessus Claudia Apris* - -'. Bramb. 938 (Weisenau, inter Vitellii et Ptolemaei aetates) '*C. Anionius C. f. Cl. Rufus Apro, mil. leg. I adi.* - -'.

Byzantium: de huius civitatis Graecae liberae modo, modo stipendiariae fatis egit Mommsen röm. Gesch. 5² p. 280 not. 2. — α EE 4, 894 (Romae, laterc. militum Severiana aetate scriptus) d 7 '*C. Val(erius) C. f. Pol. Herculan(ius)* BYZANI'. γ C 3, 732 '*C. Caesari Augusto f. c. L. Annidius L. f. Cla. Fronto*'.

Callipolis: β C 3, 725 = EE 2, 354 '*L. Calea(?) L. f. Arn. Rufus pro sac(erdotio?)* cet'.

Gica: in titulo C 6, 2570 Aurelii Viti, tubicinis coh. V praet. 7 Taeodori, qui fuit '*natione Trax domu Ser. Gica*' lapicidae socordia pro SERDICA illud SER · GICA tabulae marmoreae incisum esse videtur.

Lysimachia: Plinius nat. hist. 4, 47: '*deseritur et Lysimachea, iam in Cherroneso*'. ibi fere repertus est ε C 3, 726 (paullo ante a. 114) *d(ecreto) d(ecurionum)* positus, in quo *Q(uirinae)* tribus mentio fieri videtur.

---

347) Mommsen röm. Gesch. 5², p. 281 sq.

348) in privilegio, quod imp. Domitianus *Seuthe Traibithi f(ilio) Cololetic(. . .)* anno 86, a. d. III Idus Maias, dedit (dipl. XIV), voce *Cololetic(. . .)* domum *col(oniam) Oletic(os)* i. e. Αὐλαίου τεῖχος indicari Henzen suspicatus est et Marquardtio, Staatsvw. 1², p. 315 fere persuasit. sed quoniam eius coloniae aliud testimonium non habemus, satius videtur in hac re illud *Cololetic(. . .)* prorsus relinquere. — coloniam c. R. Flaviopolim, cuius mentio fit apud Plinium nat. hist. 4, 47 *(colonia Flaviopolis, ubi antea Caela oppidum vocabatur)*, in Thracia fuisse Mommsen (röm. Gesch. 5², p. 281, not. 3) prorsus negat, sed non satis persuadet. equidem monuerim Plinium praeter *Caelam oppidum* illud *portum Coelos* 4, 49 commemorare itaque necesse esse aut totum Plinianorum ordinem hoc loco corruptum aut Caelam sive Flaviopolim et Coelos portum sive Κοῖλαν (Κοιλίαν) illam antiquam diversa esse putare. sed ad meas quaestiones haec res nihil facit eamque iam mitto. — ceterum valde dolendum est nos de Thraciae oppidis minus adhuc compertum habere, quam ut de eius provinciae re tribuaria iudicium plenum ferre possimus. Ulpia oppida Anchialum et Serdicam (EE 4, 891 p. 1, 13 *Iul(ia) Serd(ica)* lapicidae errore scriptum esse videtur) similiaque, quibus oppidis municipii vel coloniae dignitatem fuisse non traditum est, ut in Graecanicis Romani imperii partibus par est, praetereo.

349) conferas quaeso quae similia in Noricensibus observavi.

Perinthus: *Ulp(ia) Perin(thus)* EE 4, 895 p. 1, 24 saec. II ex. fere; decurionum laterculus est EE 4, 126 incertae aetatis. — Quirina ββ AEM 1886, p. 240. γγ EE 4, 123 (a. 79?). δδ Ferrero l'ordinamento delle armate Romane n. 498 (a. 88): semper in hominibus Claudiis.

Philippopolis: C 3, 6121 anni 172 *civitas* appellatur neque ante Caracallam imp. ad civitatem Rom. pervenisse videtur (cf. Marquardt Staatsvw. 1², p. 315; colonia facta est a. 248 imperatoris Philippi beneficio). *Fl(avia) Philip(popolis)* editur EE 4, 894 b 3 (saec. II ex.). nescio quo casu factum sit ut milites Trimontio[350]) oriundi in Quirina fuisse dicantur,[351]) quae tribus ad Claudia et ad Flavia oppida pertinet: αα EE 4, 894 (Romae, laterc. militum saec. II ex. fere scriptus) c 3 '*T. Fl(avius) T. f. Qui. [An]tiochus* IRIMU'. α 895 (id.) p. 1, 7 '*[M.] Aurel(ius) M. f. Qui. Orestes Trim.*'. γ EE 4, 130 '- - *[Ti. Claudio] Palatina M[artiali]* - - [Τι. Κλαυδίῳ] Παλατίνα Μαρτιάλι - -'.

Samothrace: Plinius nat. hist. 4, 73: '*insula S. libera*'. — in titulo C 1, 578 = 3, 713 anni 662 = 92 vel 624 = 130 vs. 2 ex. inter *mystas pios* P. Livius M. l. Pal(atina) esse putatur; in alio satis vetusto C 1, 580 = 3, 715 vs. 14 item inter μύστας *pios* L . VENEIΛΙVΣ · L · F · POΛΛΙΟΝ · ΔΙΟΝΥSΙΟS · I · SEB duo subesse nomina videntur, sed parum mihi placent et Conzianum '*L. Veneilius L. f. Pollion*' et Mommsenianum '*L. Vene[la]ius L. f. Po[mpti]n[a?]*'.[352])

Macedonia.

In Macedonia, quae provincia anno 608 = 146 constituta est, Romani rei publicae liberae aetate aliquot civitates et gentes liberas conservaverunt, Dyrrhachinos Amphipolitanos Thessalonicenses aliosque. colonias in hac provincia ante Valerianum quod scio solus Augustus condidit: Cassandream Dium Dyrrhachium Pellam Philippos, fortasse etiam Byllidem. municipium c. R. unum innotuit idemque Vespasiano antiquius, fortasse iisdem temporibus ac coloniae illae natum: Stobi. reliqua Macedoniae oppida non Romano, sed Graeco more constituta erant, ita ut in tribus ea non recepta esse manifestum sit. tamen satis multa ex iis oppidis in titulis cum tribubus Romanis coniunguntur, ac quidem singulae semper cum eadem tribu, veluti Pelagonia cum Maecia et Dobiros cum Aemilia. quae oppida si non illa aetate a civibus Romanis habitata putaveris, veri simillimum duces Caesaris vel Augusti beneficio illis datum esse, ut qui eorum cives in legiones Romanas nomina darent, cingulo accepto certae cuiusdam tribus tribules fierent, ceteri vero cives tribus non attingerent.

---

[350]) Plinius nat. hist. 4, 41: '*oppidum sub Rhodope Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a situ Trimontium dicta*'; cf. glossam Ptolemaei verbis 3, 11, 7 insertam (ad vocem Φιλιππόπολις). ceterum qui titulorum et rerum scriptorum veterum consuetudinis rationem habebit, Plinio, cum hoc oppidum iam non Philippopolim sed Trimontium appellari narret, fidem vix tribuet.

[351]) si quidem recte *Trim(ontii)* nomen subesse et recte cum Philippopolitanis coniungi putatur.

[352]) neque iam de *Polli[a]*, quam ipse (KT p. 44) dubitans proposui, mihi videtur esse cogitandum.

Ut igitur hanc quaestionem mittam, in quam acrius inquirere non ex re videbitur priusquam virorum doctorum studiis et itineribus Macedoniae provinciae antiquitates illustratae et patefactae compertaeque erunt — id quod non ita multo post factum iri sperare fas est — hae tribus cum Macedoniis oppidis coniuncta putari possunt:

Aemilia cum Dobiro et Dyrrhachio et Stobis
Fabia cum Heraclea Sentica
Maecia cum Pelagonia
(Papiria cum Cassandrea et Dio?)
Quirina cum Eordaea
Scaptia cum Stobera
Voltinia cum Philippis

Berrhoea: Plinius nat. hist. 4, 33 inter '*oppida*' habet; EE 4, 894 b 6 *Ul(pia) Beroe* dici videtur. — γ C 3, 596 '- - *L. Octavio* | *L. f. Aem.* | *Rufo* | SO'; ultimas litteras *s(uis)q(ue)* esse Mommsen interpretatur, sed possis opinor etiam de patriae nomine nescio quo cogitare.

Byllis

Plinius nat. hist. 3, 35 *Bullidensium* coloniam enumerat una cum Diensibus; eiusdem mentio fit in inscriptione Byllidensi C 3, 600 saeculi II incipientis.

ε C 3, 600 '*M. Valerius M. f. Quir. Lollianus, praefectus cohort(is) I Apamenorum sa[gittariorum] equit(atae)*, cet.', qui '*viam publicam, quae a col. Byllid. per Astacias ducit*', munivit pontesque de suo fecit.

Cassandrea (Potidaea) Papiria?

coloniam Iuliam Augustam Cassandream numi permulti inde a Claudio imp. vocitant; Plinius nat. hist. 4, 36 '*quondam Potidaea, nunc Cassandrea colonia*'.

β EE 2, 1048 '*M. Valerio M. f. Pap. Rugae, aed(ili), q(uaestori), II vir(o)* - -'.

Dium

Plinius nat. hist. 4, 35 *Diensium coloniam* memorat, item Ptolemaeus 3, 12, 12. quod in numo Tiberii (Cohen 1^2 p. 205 n. 184) '*colonia Iulia Diensis*' est, in Domitiani et posterioris aetatis imperatorum numis '*col. Iul. Aug. Diensis*'[353]) legitur, inde minime sequitur coloniam prius Iuliam fuisse, deinde auctam Augustamque nominatam esse.

γ C 3, 592 '- - *[C.] Mestrius C. f.* PAI *Priscus* - -', qui una cum C. Mestrio C. l. Placido veterani cuiusdam legionis IIII Scythicae heres factus est. tribus nominis vestigia Heuzey sic collegit: PAI, *Pa[l(atinam)]* Mommsen supplevit, sed aequo iure de *Pa[p(iria)]* cogitari potest.

---

[353]) idemque fere in titulo Atheniensi anni 132 C 3, 458 = CIA 3, 471.

Dobiros **Aemilia**

Plinio nat. hist. 4, 35 inter *gentes* Macedonicas sunt *Doberi*. nihil aliud de huius oppidi condicione patefactum est.

α C 6, 2520 '- - *T. Aelio T. f. Aemi(lia) Marcello Dobiro, mil. coh. IIII pr(aet.) 7 Felicis* - -'. 2715 '*[P. Silio A. f.?] Aemilia Maximo Dobero, mil. coh. VIIII pr. 7 Veri* - -'. 3884 (cohortium urbanarum m. f. a. 197 et 198) p. 2, 15 sq. '*sig. T. Flavius T. f. Aemil. Iustinus Dob., Ti. Claudius Ti. f. Aemil. Priscus Dob.*'; p. 2, 21 '*M. Aurelius M. f. Aemil. Pudens Dob.*'.

Dyrrhachium **Aemilia**

C 3, p. 117. — anno 696 = 58 D. civitas adhuc libera erat (Cic. ad fam. 14, 1, 7). post M. Antonium devictum Octavianus magnae parti eorum Italorum, quorum oppida et agros veteranis suis dederat, τό τε Δυῤῥάχιον καὶ τοὺς Φιλίππους ἄλλα τε ἐποικεῖν ἀντέδωκε (Cassius Dio 51, 4, 6 ad a. 724 = 30) itaque D. colonia appellatur et a Plinio nat. hist. 3, 145 et in titulis C 3, 607. 611. 709 saec. II et III.

α C 6, 2382 (praetorianus miles f. a. 175) a 30 '*tub(icen) C. Iulius C. f. Aem. Valens Durr.*'. 2916 '- - *C. Iulius C. f. Aemilia Rufus Durraci, mil. coh. XII urb. 7 Sedati* - -'. 3884 (cohortium urbanaram m. f. a. 197 et 198) p. 1, 8 '*L. Aurelius L. f. Aem. Artemas Durr.*'; 1, 13 *T. Aelius T. f. Aem. Hermogenes Dur.*'; 2, 11 '*M. Aurelius M. f. Aem. Attalus Durr.*'; 3, 15 '*M. Aelius M. f. Aem. Torquatus Durr.*'; 3, 34 '*T. Aelius T. f. Aem. Lucinus Durr.*'; 5, 2 sq. '*M. Aurelius M. f. Aem. Lysimachus Durr., M. Aurelius M. f. Aem. Alexander Durr.*'; 5, 6 '*M. Petronius M. f. Aem. Tryphon Durr.*'; 5, 13 '*C. Iulius C. f. Aem. Claudianus Durr.*'. 10, 769 = 3 p. 844 dipl. 1 anni 52 primi testis nomen est '*L. Mesti L. f. Aem. Prisci Dyrrachini*'. EE 4, 351 (Delminii, ante a. 42) '*M. Vibius M. f. Aem. Durra(chio), mil. leg. VII* - -'. 887 (Romae, praetorianus m. f. a. 141) '*sp(eculator) C. Iulius C. f. Aem. Campanus Durr.*'.

β C 3, 605 (cum add. p. 989) Augusti fere aetate. 607 (saec. II inc.). 609.
γ C 3, 608 vs. 1 '. . . *f. Aem. Coelius Arest* . . . . .'.[354]) 622.

Quirina hominis ni fallor Dyrrachio oriundi sed postea in Africanum quoddam municipium, quod in Quirina erat, recepti α C 8, 3079 (Lambaesi) '- - *P. Cerennius P. f. Quir. Severus Durrac(hio), vet. leg. III Aug.* - -'.

Eordaea **Quirina**

α C 10, 8219 (Capuae) '*Ti. C[er]vo[nius] Andr[o]nic[i fil.] Qui(rina) Maxim[us] Heordea, mil[es] co[h.] VII pr. 7 Tuti* - -'. HEOR·DEA legit, qui solus hunc titulum exscripsit, Fiorelli; Mommseno 'significari videtur Eordaea regio Macedoniae'. gens Eordaea notissima est, sed etiam oppidum cognomine a Plinio nat. hist. 4, 34 idemque a Stephano Byz. s. v. Ὀρδαία dici videtur.

Heraclea Sentica **Fabia**

α C 6, 222 (a. 156) '- - *Ti. Claudius Ti. f. Fab. Messalinus Heracl(ea), 7 coh. s. s.* (sc. V vigilum) - -'. 2382 (praetor., miles f. a. 177) b 9 '*C. Iulius C. f. Fab. Sabinus Herac.*'. 2645 '*C. Iulius Dizalae f. Fab. Gemellus domo Heraclea*

---

[354]) quid *Arest*. . . . sibi velit nescio.

Sentica, - - militavit - - in coh. VII pr. - -'. 2767 '*C. Iul. Zoili filius Fabia Montanus domo Heraclea Sentica, miles coh. XII pr. 7 Lartidi - -*'. 7, 183 (Lindi, paullo post a. 43) '*C. Saufeio L. f. Fab. Her(aclea), milit(i) legio(nis) VIIII - -*'. Brambach 269 (prope Novesium) '*C. Cornelius C. f. Fab. Longinus Heracla, eq. leg. XVI - -*'. Sitzungsberichte der Berliner Akad. 1881, p. 462 (prope Novas Moesiae) '*C. Valerius C. f. Fab. Longinus Her., mil. leg. I Ital. 7 Vaselli Marcelli - -*'.

Pelagonia **Maecia**

α C 3, 630 (prope Stobos) '*C. Iulius Bassus C. f. Ma[e]c. Pelago(nia), mis(sus) v[e]te(ranus) ex leg. VIII Aug. - -*'. 2017 (Salonis, ante a. 42) '*L. Cornelius L. [f.] Mae. Pelagonia, ve[t.] leg. XI - -*'. 3530 (Aquinci) '*- - P. Ael. P. f. Maecia Mestrius Pela(gonia), opt(io) leg. II adi. 7 Attei Dextri - -*'. 6, 2382 (praetor., m. f. a. 177) b 8 '*M. Aelius M. f. Mec. Mestrianus Pel.*'. 8, 2865 (Lambaesi) '*- - C. Domitius C. f. Maec. Pudens Pelag., 7 leg. III Aug. - -*'.

Menenia: α C 6, 2381 (praetor., m. f. a. 156) b 2, 10 '*C. Iulius C. f. Men.*[355]) *Felix Pela[g]*'.

Philippi **Voltinia**

Plinius nat. hist. 3, 42: '*Philippi colonia*'; numi inde ab Augusto ad Caracallam usque: '*col. Aug. Iul. Phil.*' aut '*col. Iul. Aug. Philip.*'; quare equidem auctores et Alexandrini ex Troade tituli C 3, 386 post annum 41 positi, in quo legitur '*colonia Iulia Philippensis*', et Urbanae inscriptionis militum praetorianorum, qui Septimiana aetate stipendia merebant EE 4, 894, ubi (b 4. 5. 20. 23) '*Iul. Philipp.*' adest, nihili facio. '*II viri quinq. Philipp(ensium) Augu[stanorum]*' scripti sunt EE 5, 1429. sunt autem, qui hanc coloniam post pugnam Actiacam non conditam, sed auctam esse, antea vero ac quidem post bellum Philippense conditam esse idque a Strabone 7, 41 fr. narrari putent.[356]) quod autem ab illo geographo dicitur (οἱ δὲ Φίλιπποι Κρηνίδες ἐκαλοῦντο πρότερον, κατοικία μικρά· ηὐξήθη δὲ μετὰ τὴν περὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἧτταν) non ita comparatum est, ut si alia eius rei testimonia desint inde opinio stabiliatur Philippensem coloniam statim post Brutum et Cassium interfectos deductam esse; Cassius Dio autem, qui (51, 4, 6: ad annum 724 = 30) Italos qui M. Antonio favissent ab Octaviano ex agris suis expulsos et ex magna parte τό τε Δυρράχιον καὶ τοὺς Φιλίππους ἄλλα τε ἐποικεῖν iussos esse tradit, iteratae deductionis nullo pacto mentionem facit.

α C 3, 2031 (Salonis?, ante a. 42) '*C. Fulvius C. f. Vol. Phil(ippis), miles leg. XI - -*'. 2717 (Gardun, ante a. 42) '*L. Valerius L. f. Vol. domo Philippis, mil. leg. VII - -*'. 5636 (Rottenmann in Norico) '*C. Valerius C. f. Ultinia Pilippis, miles leg. XV Apol. - -*'. 6, 2377 (praetor., m. f. a. fere 136) vs. 3 '*. . . nicius Q. f. Vol. Maximus Philip.*'. 3597 '*- - D. Furius D. f. Vol. Octavius Octavianus Philippis, miles*'. 8, 1026 (Karthagine, post a. 91 vel 84) '*Q. Vilanius Q. f. Vol. Nepos Philippis, 7 coh. XIII urb.*, cet. - -'. 9, 4684 (Reate, post a. 79) '*- - C. Iulio C. f. Longino domo Voltinia Philippis Macedonia, veteranus leg. VIII Aug.*,

---

[355]) sed fortasse MEN · errore scriptum est pro MEC *(Maecia)*.

[356]) Mommsen C, p. 120; Marquardt röm. Staatsvw.², p. 320.

deductus ab divo Augusto Vespasiano Quirin(a) Reate - -'. Philippis oriundus esse videtur ille C. Antonius M. f. Volt. Rufus, flamen divi Augusti Apris et Philippis et Parii et Alexandriae Troadis, cuius tituli Alexandriae reperti sunt (C 3, 386 coll. add. p. 977).

β C 3, 653. 654. 659 (reperti in agro Philippensi et Sirris et Drabesci).

γ C 3, 649. 656. 666. 677. 680 (iisdem locis reperti).

δ C 3, 646 (ex agro Philippensi).

Cornelia δ C 3, 647.

Sirrae oppidum non erat Romano more constitutum: ββ CG 2007 = KT p. 120, Claudiorum n. 27 (Quirina). Voltiniae tribules, quorum tituli Sirris positi sunt, inter Philippenses contuli.

Stobera **Scaptia**

α C 9, 6155 (Tarenti; tituli 6155—6157 ad veteranos anno p. C. 60 Tarentum deductos pertinere videntur) '*L. Allius L. f. Scap. Stober(a), ve[t.] leg. V Mac. - -*'.

Stobi **Aemilia**

in numis multis inde ab Vespasiano imperante '*municipium Stobensium*' scriptum est. item in titulo Stobensi C 3, 629 anni 119/120 est '*municip. Stobe*'. Plinius nat. hist. 4, 34 '*oppidum Stobi civium Romanorum*'.

α C 6, 2382 (praetor., m. f. a. 174) a 25 '*eque(s) C. Adurius C. f. Aem. Leo Stob(is)*'. 10, 6096 (Formiis) '*- - L. Valerio L. f. Aem. Maximo Stobis, mil. coh. VII pr. - -*'.

Thessalonica: Plinius nat. hist. 4, 36 '*Thessalonice liberae condicionis*'. haec oppidi forma mansit, quamdiu res tribuaria in imperio Romano viguit. itaque neque in Cornelia tribu esse potuit, in quam receptus est '*C. Iulius C. f. Cor. Pude(n)s Thessalonica, mil. coh. VII pr. 7 Maturi - -*' (C 6, 2646) neque in Claudia. tribum enim sunt qui putent dici in his titulis C 6, 2382 (praetor., m. f. a. 171) a 1 '*M. Fulvius M. f. Cla. Maxim(us) Thess.*' et 2679 '*L. Cusonio L. f. Proculo Cl. Thessalonic., eq. coh. VIII pr. 7 Crepere i - -*' et C 3, 3528 (Aquinci) '*- - P. Aelius Cla. Lusimacus T[e]ssalonic[a], mil. leg. II adi. - - 7 Ulpi Etr. - -*' et EE 4, 434 (ibidem) '*- - Ti. Aeli(us) Cla. Lucus Thessa(lonica), vet. leg. II ad. [p. f?] - -*'; rectius de agnomine oppidi cogitari putaverim. in titulo C 6, 2886 '*- - P. Aelio P. f. C// Quintiano Thess., mil. coh. XI [urb.] 7 Sabini - -*' utrum *C[or(nelia)]* an potius *C[la(udia)]* an alia tribus subsit, ignoratur.

Achaia.

Graecia una cum Macedonia anno 608 = 146 in Romanorum fidem pervenit. postea, anno fortasse demum 727 = 27, Achaia et Macedonia seorsum regi coeptae sunt. civitates autem huius provinciae a Romanis, qui priscorum Graecorum laudes bellorum et artium et litterarum summa admiratione celebrabant eorumque posteros, quamvis maioribus parum dignos se praestarent, amore quodam et benevolentia prosequebantur, plus libertatis

et immunitatis quam ullius reliquarum provinciarum oppida nactae sunt. satis magnus enim earum numerus libertate vel foederis ipso beneficio utebatur. coloniae c. R. in his partibus conditae sunt hae fere:

		in tribu
Corinthus	Caesaris	?
[Dume (Δύμη)	Pompei et Caesaris et Augusti	?][357]
Patrae	Augusti	Quirina

Athenae: civitas foederata cf. Taciti ann. 2, 53; Plinii nat. hist. 4, 24; Plinii epist. 8, 24, 4; al. — Collina: α CIA 3, 769 (A.) '- - Κόιντον Πομπήιον Κοίντου υἱὸν Κολλείνα Καπίτωνα, ποιητήν, Περγαμηνόν, τὸν καὶ Ἀθηναῖον' qui Pergamenus potius quam Atheniensis domo fuisse videtur. Fabia: αα CIA 3, 557 = C 3, 552 (A.) = KT p. 116 Iuliorum n. 2 v. sub verbo 'Commagene Syriae' Maecia: γ CIA 3, 641. Pomptina: α(??) C 7, 29 (Londinii, saec. fere II) '*A. Alfid. Pomp. Olussa* - - NA · ATIENI - -', ubi quae dedi litteris quadratis Mommsenum in *na(tus) At[h]eni[s]* supplevisse Hübner narrat. ε C 3, 551 cum add. p. 985 = CIA 3, 578 (Augustae aetatis). Sergia: α CIA 3, 735 (A., a. 124/5 vel postea) 'Γν. Λικίννιον Λικιννίου Ἀρριανοῦ Σεργ(ία) υἱὸν Ἀττικὸν Γαργήττιον (Γάργηττος est demus Atticae), τὸν ἑαυτῶν συνέφηβον καὶ ἀριστέα καὶ ἄρχοντα καὶ γυμνασίαρχον - -'. Voltinia: γ C 3, 561.

Corinthus

colonia Laus Iulia Corinthus Caesaris, mox ab Augusto aucta dicitur. Strabo 8, 6, 23 C 381 ἡ Κόρινθος ἀνελήφθη πάλιν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ - - ἐποίκους πέμψαντος τοῦ ἀπελευθερικοῦ γένους πλείστους. Plutarchus (Caes. c. 57) Caesarem sibi ait devinxisse τὸ στρατιωτικὸν ἀποικίαις, ὧν ἐπιφανέσταται Καρχηδὼν καὶ Κόρινθος ἦσαν. Pausanias 2, 1, 2. Cassius Dio 43, 50. Mela 2, 48. Plinius nat. hist. 4, 11. numi Imhoofii Blumeri p. 159—162, cet. Zumpt. comm. epigr. 1 p. 373 sq. ceterum cf. paginam meam 147.

Aemilia: γ EE 4, 97 '- - *C(aius) T(itus) Vergili C. [f(ilii)] Aem. Capito f(ilius) et Proculus vivis parentibus C. Vergilio C. f. Aem. Capitoni* - -'. Falerna: γ Gazette archéol. 1885 p. 409 '- - Λουκίου Δομετίου Λουκίου υἱο[ῦ] Φαλέρνα - -'.

Patrae **Quirina**

colonia Augusta Aroe Patrae, condita aut anno 738 = 16 aut intra annos 733 = 21 et 735 = 19, cf. C 3, p. 95. Strabo 8, 7, 5 C 387: Ῥωμαῖοι δὲ νεωστὶ μετὰ τὴν Ἀκτιακὴν νίκην ἵδρυσαν αὐτόθι τῆς στρατιᾶς μέρος ἀξιόλογον, καὶ διαφερόντως εὐανδρεῖ νῦν ἀποικία Ῥωμαίων οὖσα; Pausanias 7, 18, 5; Plinius nat. hist. 4, 11; Euseb. chron. a. 738; numi Imhoofii Blumeri. Zumpt comm. epigr. 1 p. 375.

β C 3, 503 '*C. Aurelio P. f. Quir., veter. leg. XI, o(rnato?) aedi[l(iciis)] ornament(is)*, cet., ... *o C. f. Qu[i]r. [P]rocu[lo]* . . . . . *t aedi[l]i* . . . - -' (tituli lectio est pessime tradita). 512 '*M. Doio L. f. Qui. Balbo, dec.* - -'. 514 '- - *[T.] Su[lp]icio T. [f.] Quir. Floron.(?), ornam(entis) II vir(alibus) honor(ato)* - -'.

γ EE 4, 94 '*M. Minucio C. f. Quir. Gallo* - -'. C 3, 528 '*C. Vireius C. [f.] Q. Gaius* - -'.

δ EE 4, 92 = C 3, 507 '*L. Veirio L. (f.) Qui. Frontoni, ve[t]er. leg. XII ful.*'. C 3, 508 '*C. Vetullius M. f. Qui., signifer leg. X equ.*'. 509 '*L. Vibius C. f. Quir., vete(ranus) leg. XII fulmi.*'.

Palatina: δ C 3, 506.

[357] cf. Imhoof-Blumer monnaies grecques p. 165 sq. et Pausan. 7, 17, 5.

Thebae: hoc oppidum a Romanis dirutum est (Dio Chrys. 1 p. 263 R.). postea ex eius ruinis oppidulum enatum est (οὐδὲ κώμης ἀξιολόγου τύπον σώζουσι, Thebani sc. — Strabo 9, 2, 5 C 403; cf. Pausan. 9, 7, 4). — γ Bull. d. corr. hell. 6 (1882) p. 276 anni 14 p. Chr. '*St. Vallius St. f. Lem. Rufus, Cn. Castricius A. f. Pal. Macer, A. Cas[tri]cius [A.? f. Pal.] Modestus, P. Bruttius [. . f.] Qui. Rufus* - -'; reliqui homines numero XV qui in hoc titulo enumerantur, pars liberti sunt pars servi pars nescio cuius generis.

In Antigonensium colle quodam γ C 3, 571 '*C. Pinnius C. f. Fal. Agrippa* - -'.

In titulo Ravennati C 11, 239 '*Q. Venerius Q. f. Quir. Fastus* - - *Q. Venerius Q. f. Quir. Manlius Achaicus frater* - -' nescio an *Achaici* vocabulo fratrum origo indicata sit; ad Ravennam certe Quirina tribus non pertinet.

---

accedunt ex insulis:

Delos: γ bull. de corr. hell. 1887 p. 269 n. 32 '*L. Orbius M. f. Hor.*' et γ p. 270 '*A. Attiolenus A. f. Vel.* - -', utraque liberae ut videtur rei publicae Romanae aetate posita.

Pholegandrus: inter eos qui specum Pholegandri, qui vocatur χρυσοσπηλαία, visitatum venerant fuit (C 3, 489) '*P. Cornelius* Κορ *Cornelial*- *Rufus* Πούβλιος Κορνή[λιος Π]ο[υβλί]ου υἱὸς Κορν. Ροῦφος φιλ(?) κτλ.'.

Thera: Quirina αα bull. d. inst. 1856 p. 133 n. 3 = KT p. 123 n. 14 (Oeae in Thera) '- - Τ. Φλαούιον Τίτου υἱὸν Κυρείναν Κλειτοσθένην Κλαυδιανὸν ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ τῆς εἰς τὴν πατρίδα εὐνοίας'. β CG 2460 ≌ 2462 ≌ 2463 = KT p. 120, Claudiorum n. 28.

Epirus.

Olim Macedoniae provinciae, cum constitueretur, pars facta erat eiusque fatorum socia mansit, donec a suo procuratore regi coepta est (i. e. ante Ptolemaei tempora, fortasse inde ab Vespasiano imperatore). coloniae duae in hac provincia fuisse putantur, Buthrotum quam Augustus e Caesaris consiliis condidit et Nicopolis.

Nicopolis **Sergia**

Tacitus ann. 5, 10 (ad annum 31) '*Nicopolim Romanam coloniam*' appellat; Plinio nat. hist. 4, 5 est '*colonia Augusti Actium cum templo Apollinis nobili ac civitate libera Nicopolitana*'. Mommsen hos auctores non recte de Nicopolitanae rei publicae forma iudicare putat (Röm. Gesch. 5[1] p. 271), nimis severus puto censor illorum fidei. titulos, quos iam perscribam, ad Moesiae Nicopolim (N. πρὸς Ἴστρον) pertinere idem coniecit (C 3, p. 992); sed illud oppidum utpote Graecum (Mommsen, Röm. Gesch. 5[1] p. 282) in tribu esse non potuit.

α C 3, 6144 (Rahovicae in Moesia inf.) '- - *Tib. Claud. Tib. f. Sergia Nicopoli Niger, vet. leg. I Ital.* - -'. αα 6, 375 (a. 148) '*P. Aelius P. f. Ser[gi]a Apollin. Nicop., - - ex coh. VI pr.* - -'. praeterea 7, 51 (Aquis Sulis, saec. I) '..... *Ser(gia) [Augur]inus Nic(opoli), emeritus ex leg. XX* - -'.

Asia.

In Asia provincia, cuius initia Romani ab Eumenis regis anno 621 = 133 defuncti testamento repetebant, satis multa oppida libertate vel immunitate ornata sunt, Romanorum autem oppida duo exstiterunt: Alexandria Troas (colonia Augusta in Aniensi censa) et Parium (colonia Gemella Iulia vel colonia Iulia Augusta, cuius tribum frustra adhuc quaesivimus).

Acmonia: Plin. nat. hist. 5, 106. — ε LW 3, 755 = CG 3858 e p. 1092 '[M. Σα?]λούιον 'Ιέρων[ο]ς υἱὸν Κυρείνα [Μ]οντανόν, δὶς ἔπα[ρ]χ[ο]ν τεχνειτῶν, ἀρχιερέα 'Ασίας ναοῦ τοῦ ἐν 'Εφέσω κοινοῦ τῆς Ἀσίας κτλ.'. Aemilia: ε American Journal 1 (1885) p. 147. 148.

Alexandria Troas **Aniensis**

Augusti coloniam esse numi *coloniae Augustae Troadis* sive *coloniae Alexandriae Augustae Troadis* nominibus distincti Salonitanusque titulus C 3, 2019 edocent, cf. Strab. 13, 1, 26 C 594 νῦν δὲ καὶ 'Ρωμαίων ἀποικίαν δέδεκται καὶ ἔστι τῶν ἐλλογίμων πόλεων; cf. Plinius nat. hist. 5, 124.

β C 3, 381 (a. 37—41) '- - *[C. N]orbanus C. f. An. [Qu]adratus, prim. pil.*, cet., *II vir* - -'. 384 (post a. 98) '*Sex. Quinctilio Sex. f. Ani. Valerio Maximo*, cet., *II viro, praef. fabrum, II viralib. et sacerd. ornam. honor(ato)* - -', cuius filius fortasse dicitur C 14, 2609 (Tusculi rep.) '*Sex. Quintilio Sex. f. Ani. Valerio Maximo, leg. provinciae Achaiae, praetori*, cet.'. 388 '*Q. Lollio Q. f. Ani. Frontoni*, cet., *II vir(o), pont(ifici), civitates XXXXIIII ex provincia Africa, quae sub eo censae sunt*'. 392 '*cen(sitor??) populi, C. Iulius C. f. Ani. Iunianus, [I]I vir iter., II vir quinq., aed.*, cet.'.

Sergia: α C 3, 2019 (Salonis, a. fere 42—68) '*C. Curiatius T. f. Serg. Secundus, dom(o) Augusta Troade, vet. leg. VII C. p. f., scriba Salonis* - -'; mihi est homo Alexandria oriundus, qui stipendiis emeritis Dalmatiae nescio cuius oppidi civis factus est et posthac Salonis scriptum fecit. Voltinia β 3, 386 v. sub Philippensibus titulis.

Aezani: Quirina ββ LW 3, 857 = CG 3831 a = KT p. 121 (Claudiorum n. 47). num LW 3, 841 = CG 3841 f κλΟΣΤΟΥΜΕΙΝα recte legatur dubitari licet.

Apamea Cibotus. — Fabia: δ C 3, 366 '*L. Vario L. f. Fab. Maximo L. Varius L. f. Fab. Maximus pater, leg. VII Cl.*'. Quirina: αα(?)[358] CG 3960 (A.) = KT p. 121 n. 38 'ὁ δῆμος ὁ 'Απολλωνιατῶν τῶν ἀπὸ 'Ρυνδάκου ἐτείμησεν Τιβέριον Κλαύδιον Τιβερίου υἱὸν Κυρείνα Μιθριδάτην, ἀρχιερέα τῆς 'Ασίας, τὸν ἑαυτῶν προστάτην καὶ εὐεργέτην - -'.

Aphrodisias: quam huius oppidi incolae inter annos 715 = 39 et 719 = 35 nacti erant ἐλευθερίαν et ἀτέλειαν (CG 2737) M. Antonii beneficio, saeculo quoque primo erae nostrae retinuerunt (Plin. nat. hist. 5, 109 cf. Tac. ann. 3, 62; CG 2845). — Quirina: α LW 3, 1604 (A.) '- - Τίτος 'Αντώνιος 'Αδράστου υἱὸς Κυρείνα Λυσίμαχος Γρύπος, [ἀν]ὴρ τῆς πρ[ώ]της τάξεως καὶ γένους πολλὰ καὶ μεγάλα ἐν πᾶσι παρεσχημένον τῇ πατρίδι - -'. αα CG 2789 (A). = KT p. 120 n. 30 '- - [Τι]βέριος Κλαύδιος Μαρίωνος υἱὸς Κυρίνα Μένανδρος, ὁ ἔγγονος αὐτοῦ (sc. hominis alicuius, quem Aphrodisiadenses statua honoraverunt ut ἀγαθὸν καὶ εὔνουν τῇ πατρίδι). LW 3, 1601ª = KT p. 123 n. 22 '- - Τίτον Φλαούιον Τίτον Φλ[αου]ίου Μενίππου υἱὸν Κυρείνα

---

[358]) titulum Apolloniatae Apameae utpote in Mithridatis patria posuisse videntur.

'Ἀπολλινάριον, ἄνδρα γένους πρώτου, πατρὸς καὶ προγόνων - - συνεκτ[ι]κότων τὴν πατρίδα - -'. β? CG 2803 '. . . . . ον Κυρείνα (ι) Ἱερατικὸν ἐξ ἱππι[κ]οῦ τάγματος, ἑκατόνταρχον λεγιωνάριον - -'.

Blaundus. — Collina: α in titulo male tradito CG 3867 'Γάϊον Μούμμιον Μάρκου υἱὸν (ε) Κολλείνα Μάρκον, φιλόπατριν - -'.

Chios: liberum oppidum dicitur et a Plinio nat. hist. 5, 136 et in titulo aetatis Neronianae CG 2222. — Sergia: γγ CG 2226 = KT p. 125 (Aeliorum n. 4) 'Ποῦπ[λ]ιον Αἴλιον [Π.?] Α[ἰλίο]υ υἱὸν Σερ[γ]ία Λυ[σίμ]αχον'.

Cibyra. — Clustumina: β LW 3, 1213 (a. 73) '[ὁ Καισαρέων Κιβ]υρατῶν δῆμος - - ἐτείμησεν Κόϊντον Οὐηρά[νι]ον Τρ[ω]ΐλου υἱὸν Κλ[ουσ]τουμείναν Φίλαγρον, ἐν[δεκα]ετῆ (?) γυμνασίαρχον - -' ≌ 1212 (post a. 41),[359] quem Q. Veranii consulis a. 49 clientem fuisse Waddington ponit. Quirina: αα CG 4380 b (C.) = KT p. 123, n. 19 '[ἡ πόλις ἐτείμησεν Φλαούιον Φλαουίου Ἱέρω]νος υἱὸν Κυρείνα Κέλσον Ὀρεστιανόν, φιλόπατριν, κοσμόπολιν - -'.

Clazomenae: LW 3, 36 (a. 14—19) ante Νεικόμαχος nomen tribus cuiusdam in . . . . . εἵνα exeuntis vestigia supersunt.

Cos: hanc insulam diserte patriam C. Stertinii Xenophontis, qui imp. Claudii medicus erat, tituli dicunt[360]) idemque testatur Tacitus, qui ann. 12, 61 Claudium Cois et ob alias causas et quoniam patria esset Xenophontis, '*cuius scientia ipse uteretur*', immunitatem praebuisse ait. Xenophon autem ipse in Cornelia erat (bull. de corr. hell. 5 (1881) p. 472, rep. in insula Calymna: 'ὁ δᾶμος ὁ τῶν Καλυμνίων ἐτίμασεν Τιβέριον Κλαύδιον Ξενοφῶντος υἱὸν Φιλῖνον, τὸν θεῖον Γαίου Στερτινίου Ἡρακλίτου υἱοῦ Κορνηλία Ξενοφῶντος ἰατροῦ Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος, χειλιαρχήσαντα' et p. 473, rep. Khirogamos '. . . . . [Γάιον Στερτίνιον[361])] Ἡρακλείτου υἱὸν Κορνηλία Ξενοφῶντα κτλ.), frater autem in Quirina census est (p. 469 in insula Co: 'Τιβέριον Κλαύδιον Ἡρακλείτου υἱὸν Κυρ. Κλεώνυμον, τὸν ἀδελφὸν Γαίου Στερτινίου Ξενοφῶντος, χειλιαρχήσαντα ἐν Γερμανίᾳ λεγεῶνος κβ πριμιγενίας, δὶς μοναρχήσαντα καὶ πρεσβεύσαντα πολλάκις ὑπὲρ τῆς πατρίδος πρὸς τοὺς Σεβαστούς - -'; p. 473).

Cymae: '*immunitatem*' Cymaeis a. 566 = 188 concessam esse Livius 38, 39, 8 tradidit. periit hoc beneficium antequam Tiberius oppidis Asiae anno 17 p. Chr. terrae motu dirutis subvenit (Tac. ann. 2, 47). — β CG 3524 (inter annos 752 et 767) quater dicitur Λεύκιος Οὐάκκιος Λευκίω υἱὸς Αἰμιλία Λαβέων, φιλοκύμαιος, εὐεργέτας, πρύτανις quem Cymaeum civem non fuisse ex orationis habitu manifestum fit.

Cyzicus: libertatem, quam Cyziceni Mithridatico bello sibi pepererunt (Strabo 12, 8, 11 C 576; Tacitus ann. 4, 36; Suetonius Tib. 37), anno 734 = 20 perdiderunt (Cassius Dio 54, 7, 6; Zonaras 10, 34), receperunt anno 739 = 15 (Cassius Dio 54, 23, 7 cf. Strabonem l. c.) iterumque Tiberio imperante amiserunt (Cassius Dio 57, 24, 6; Tac. l. c.; Suet. l. c.). — Quirina: γγ CG 3680 = KT p. 120 n. 35 '- - Αὖ[λ]ον Κλαύδιον ΚΑΙ . . ΙΝΑ (puto subesse Κυιρείνα, Boeckh de Καμιλία cogitavit) Παυσανίαν'. Velina: γ C 3, 373 (Artacae in agro Cyziceno) '- - *C. Sepullius C. f. Vel. Rufus* - -'.

Ephesus: de eius libertate cf. C 1 p. 587 sq. — Aemilia: α C 10, 770 = 3, 847 dipl. 4, anni 68) sextus testis sic profertur: '*P. Gratti(us) P. f. Aem. Provincial(is) Ipesius*'. Collina: ε C 3, 6072 (Hadriani fortasse aetatis). Cornelia: ε EE 4, 69 (saec. II in.). Fabia: ε C 3, 6076 ≌ 6, 1435 (cos. a. 163). Falerna: ε C 3, 6074 (post a. 54). [Maecia: ε C 3, 429 = Mitth. des deutschen Instituts 6 (1881) p. 140 Neapolitani hominis v. s. Neapoli reg. I Italiae.] Papiria: ε C 3, 6575 = EE 4, 67. Pollia?: α EE 2, 601 (Duna-Vecse) '. . . *Il* . . . | *f. Pol* . . . . . | ΕΓΕΣΟ [= *Ep(h)eso?*] *l* . . . . . [= *mil. leg. II?*] *ad 7 Iul* . . . . . | *iri*

---

359) ibi tribus vestigia sic servantur: ΚΛΟΥστΟΥμείνα.

360) quae nobis de C. Stertinio Xenophonte eiusque fratre Ti. Claudio Cleonymo innotuerunt, contulit Dubois bull. de corr. hell. 5 (1881), p. 468—476: 'Un médecin de l'empereur Claude'.

361) male dedit Dubois Τιβ. Κλαύδιον.

an. XXX . . . . . | *stip. XII* . . . . | *h. s/ii*'. Voturia: ε C 3, 424 (ante a. 14). 6065 (Traianae aetatis).

Erythrae: Polyb. 21, 48, 6 = Liv. 38, 39, 11 ad a. 566 = 188. — Museum et bibl. schol. evang. Smyrn. 1878 p. 27 = EE 5, 150 '- - *L. Marius M. f. Aem. Caiata*, Λούκιος Μάριος Μάρκου υἱὸς Αἰμιλία Γαάτης - -', in cuius titulo intra XVI coronas demi et gerusiae octo civitatium Asiae enumerantur.

Hierapolis. — Sergia: γγ CG 3915 = KT p. 125 n. 5 '- - Π. Αἴλιος Π. Αἰλίου Ἀπολλιναρίου Ἰουλιανο[ῦ] υἱὸς Σε[ργία] Ἀπολλινάρις [Μ]ακ[εδ]ών[362]) - -'. in titulo Alexandrino EE 5, 10 (legionis II Traianae fortis, a. 194) p. 2, 8 '*C. Valerius C. fil. Col. Apollinaris Hierapol(i)*, utrum ad Phrygiae an (id quod Mommsen vult) ad Syriae Hierapolim spectet diiudicari nequit. at de Cretae Hierapoli (Plin. nat. hist. 4, 59) noli cogitare.

Hierocaesarea. — Romulia: ε bull. de corr. hell. 11, 1887, p. 93 '[ὁ δ]ῆμος ἐτείμησεν [Λε]ύκιον Οὐείβιον Λευκί[ου] υἱὸν Ῥωμιλία Οὔα[ρ]ον . . . φιανον, τὸν εὐερ[γ]έτην καὶ πάτρωνα κτλ'.

Iasus. — Quirina: γγ CG 2682 (a. 89—92) = KT p. 123 n. 16 'Τίτος Φλάβιος Δημητρίου [Κο]υιρίνα Μητρόβιος, νικήσας τὴν περίοδον ἀνδρῶν Ἰασίων πρῶτος κτλ.'.

Ionia: in duobus hisce titulis Smyrnaeis CG 3336 'Μάρκος Ἀντέστιος Γαίου υἱὸς Φαβία Ἰουνικός' et 3341 'Μάρκος Φάβιος Μάρκου Φαβίου υἱὸς Γαλερία Ἴώνιος - -' nescio num recte Boeckh coniecerit Ioniam patriam dici.

Maeonia. — Quirina: αα C 10, 770 = 3, p. 847 dipl. 4 anni 68 inter testes tertii nomen est '*Ti. Claudi Qui. Fidini Maonian(i)*'.

Magnesia ad Maeandrum. — Palatina: ε Bull. de corr. hell. 1887, p. 84. Quirina: ββ CG 2911 (a. 97) = KT p. 123 n. 18 '- - Τίτου Φλαουίου Δημοχάριδος υἱοῦ Κυρείνα Δημοχάριδος τοῦ ἀρχιερέος καὶ γραμματέος τοῦ δήμου'. Quirina: ββ bull. de corr. hell. 1888 p. 204 '- - Τιβερίου Κλαυδίου Τιβερίου υἱοῦ Κυρίνα Διοφάντου Αἰλιανοῦ τοῦ γραμματέως - -'.

Miletus: in Milesiorum agro (Strabo 14, 1, 5 C 634) Branchidae erant, ubi repertus est titulus Graecus α CG 2880 'προφήτης ἅμα καὶ κωτάρχης, Μάρκου Οὐλπίου [Φλα]βιανοῦ Δαμᾶ ὑὸς Κυρείν[α Φλα]βιανὸς Φιλέας, λαβὼν παρὰ τῆς πατρίδος τὴν προφητείαν κτλ.'.

Mylassa: libera civitas (Plin. nat. hist. 5, 108; cf. Boeckh ad CG 2695 b). — Quirina: αα CG 2697 (M., a. 41—54) = KT p. 120 n. 29 '- - ἱερατεύοντος Τιβερίου Κλαυδίου Διονυσίου υἱοῦ Κυρείνα Μενείτα Ταρκονδαρέως' (Ταρκόνδαρα Mylassorum vicus erat). Cornelia: β bull. de corr. hell. 1881 p. 100 n. 4 'Γ. Ἰούλιος Κορνηλία Πύρσος Αἰλιανός, ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶα, Διὸς Ζηνοποσειδῶνος'.

Mylias. — Aniensis: α AEM 4 (1880) p. 38 (Bigestis, ante Claudium fere) '*L. Domitius L. f. Ann. Aquila, vet. leg. VII domo Myliada - - et C. Domitio [L. f.] A[ni.] . . ovicino, mi[l. le]g. V[II s]tip. XX h(onesta) m(issione) [m(isso)]* - -'. Papiria: α C 3, 6364 = AEM 9 (1885) p. 29 (item) '*L. Herennius L. f. Pap. Muliade, vet. leg. VII* - -'.

Nysa. — Palatina: ε Bull. de corr. hell. 7 (1883) p. 275 n. 17 (Hadriani fere aetate) '- - Μάρκον Σερουΐλιον Πο. υἱὸν Παλατείνα Εὔνεικον, ἱππέα Ῥωμαίων, ἱερέα Λαυρεντῖνον, ἔπαρχον σπείρας Σάρδων, σκρεῖβαν κυαιστώριον λιβράριον - -'.

Pergamum. — Collina: α CIA 3, 769 (Athenis, saec. II fere inc.) '- - Κόιντον Πομπήιον Κοΐντου υἱὸν Κολλείνα Καπίτωνα, ποιητήν, Περγαμηνὸν τὸν καὶ Ἀθηναῖον'. Aniensis et Cornelia: β?—ε C 3, 399 '*Tullia M. f. - - M. Tullio M. f. Cor. Cratippo, fratri suo, sacerdoti Romae et Salutis, T. Aufidio T. f. Ani. Balbo f(ilio) suo, tr. mil. Alexandr. ad Aegypt. leg. XXII - -, T. Aufidio T. f. Ani. Spinteri, viro suo, tr. mil. in Hispania leg. IIII* - -'. Palatina: δ 398 (a. 26) '*M'. Aemilio M'. f. Pal. Proculo, praef. fabr. M'. Lepidi Aug. proc[os.]* - -'. de CG 4238 d (Voltinia) et de CG 4238 (Fabia) Fabia confer 'Tlon' oppidum.

---

362) Macedoniae oppido nulli quod scio Sergia tribus convenit.

Philadelphia. — Collina: γ EE 4, 56 '- - *M. Fufius M. f. Col. Paullus* - -'. Fabia: γ C 3, 408 '*[M.?] Cornelius [M. f.?] Fabia Sisen[na]* - -'. utrum ad Lydiae an Ciliciae an Syriae Philadelphiam pertinuerit veteranus ille leg. II Traianae fortis (a. 194) EE 5 p. 261 (2, 33) '*C. Ulpius C. fil. Col. Solon Philadel.* . .', ignoro.

Rhodus: civitas foederata Polyb. 30, 5. Appian. b. c. 4, 66. 67. 68. Tacit. ann. 12, 58. — Pupinia: γ bull. de corr. hell. 5 (1881) p. 335 n. 11 '- - Μάρκου Κοιλίου Μάρκου υἱοῦ Πουπεινία Ποπλίου(?)'. ad Rhodi oppidum Lindum referendus videtur Brambach 1033 (Mogunt., post a. 43) '- - *M. Minicius M. fil. Quir. Lindo Mar[tialis? trib. leg. XXII pr. p. f.?]*'. — cf. AEM 7 (1883) p. 121 n. 44 (. . . . εἶνα).

Samos. Αὔγουστος (anno 734 = 20) ἔς τε τὴν Σάμον ἐπανῆλθε κἀνταῦθα αὖθις ἐχείμασε καὶ ἐκείνοις τε ἐλευθερίαν μισθὸν τῆς διατριβῆς ἀντέδωκε (Cassius Dio 54, 9, 7). '*Samon liberam*' Plinius nat. hist. 5, 135 dicit. libertatem ademit Vespasianus (Suet. Vesp. 8 = Eutrop. 7, 19). — Velina: γ CG 2260 'Πόπλιος Σα[τρ]ίννιο[ς] Ποπλίου υἱὸς . . . Ο[ὐ]ελίνα - -'.

Sardes. — Collina: α C 10, 770 = 3 p. 847 dipl. n. 4 anni 68 quarti testis nomen est '*C. Iuli C. f. Col. Libon(is) Sard(iani)*'. Quirina: ββ—γγ? C 3, 409 (a. 52—54) = KT p. 118 n. 2 '- - *Ti. Claudio Demetri f. Quirina Apollop[hane]* - -'. αα CG 3462 = KT p. 120 n. 33 '- - Τιβέριον Κλαύδιον Τιβερίου υἱὸν Κυρείνα Ἰουλιανόν κτλ. τὰς μεγίστας ἀρχὰς καὶ τὰς λοιπὰς λειτουργίας τῇ πατρίδι φιλοτίμως καὶ αὐθαιρέτως ἐκτελέσαντος - -'.

Smyrna: cf. Polyb. 21, 48, 6 = Liv. 38, 39. Marquardt Stvw. 1² p. 347. — Aemilia: γ EE 5, 153. Cornelia: γ Mus. et bibl. schol. evang. Smyrn. 1875, p. 96. Fabia: ββ CG 3173 (a. 80) = KT p. 117 (Iuliorum n. 22) '- - ἱερατεύοντος διὰ γένους Γ. Ἰουλίου Φαβία Μίθρεος, τοῦ δήμου υἱοῦ φιλοσεβαστοῦ - -'. γ 3370 = KT p. 117 (Iuliorum n. 23) 'Τι. Ἰούλιος Τι. υἱὸς Φαβία Πολλίων - - Τι. Ἰουλίῳ Τι. υἱῷ Φαβία Πολλίωνι, τῷ υἱῷ - -'. Mus. et bibl. Smyrn. 1875 p. 91 vs. 8 (Hadriani aetatis). Falerna: γ EE 4, 60. Palatina: γ C 3, 415. Quirina: γγ CG 3362 = KT p. 120 (Claudiorum n. 32).[363]) Voltinia: δ bull. de corr. hell. 7 (1883) p. 408. — de CG 3336 et 3341 cf. 'Ioniam'.

Stratonicea: libera fuit Plinii aetate (nat. hist. 5, 109), aucta est ab Hadriano (Steph. Byz. p. 586). — Quirina: αα CG 2719 (St., a. 161—169) = KT p. 123 n. 17 'Τίτου Φλαβίου Λέοντος υἱοῦ Κυρείνα Αἰνείου φιλορωμαίου καὶ φιλοσεβαστοῦ καὶ φιλοπάτριδος, κτλ. πολλὰς πρεσβείας καὶ ἐκδικίας τῇ πατρίδι παρασχομένου' κτλ. ἀνέστησεν Τίτος Φλά[βιος Λέ]οντος υἱὸς Κυρείνα Ἀριστό[κλειτος?]' ∾ bull. de corr. hell. 11 (1887) p. 153 (Laginis)[364]) '- - Τιβ. Φλ(άβιος) Τιβ. υἱὸς Κυ(ρείνα) Αἰνείας Θε[οφ]άνης [ἱ]ε. φιλοσέβαστο[ς φιλόπ]ατρις - -'. LW 3, 525 (St.) = KT p. 121 n. 44 '[- - Τ]ιβερίου Κλαυδίου Λέοντος υἱοῦ Κυρ[εί]να Θεοφάνους, καθ' υἱοθεσίαν δὲ Πυθέου Σχόρπωνος φιλοκαίσαρος καὶ φιλοπάτριδος, κτλ., γυμνασιαρχήσαντος κτλ.'. bull. de corr. hell. 11 (1887) p. 154 (Laginis) '- - Τι. Φλαούιος . . . Κυρίνα Διομ[ήδης φιλόπατρις?] καὶ φιλοσέβ[αστος] . . . . .'. α 158 (ibid.) '- - Μ. Οὖλ(πιος) Ἀρίστωνος υἱὸς Κυρείνα Ἡράκλειτος Κο(λιοργεύς)[365]) - -'. Papiria: γ LW 3, 526 = KT p. 124 n. 3 'τὸν διὰ πάντων ἐνάρητον καὶ πρῶτον τῆς πόλεως Μ. Οὖλ(πιον) Παπειρία Ἀσκληπιάδην Ἰούλιον - -'.

Teos: ἄσυλος καὶ ἀφορολόγητος CG 3045 anni p. Chr. 193. — Collina: α LW 3, 104 (T.) '- - Πούπ[λιον Στα]τείλιο[ν Γαίου?] υἱὸν Κολλ[ε]ί[ν]α Πόστο[μον], ἔπαρχον σπείρης τρίτης ἐν Μαυρητανίᾳ, καὶ διὰ τὰς τοῦ γένους αὐτοῦ εἰς τὴν πατ[ρίδα εὐεργεσίας κτλ.]'. Palatina: δ LW 3, 132. Quirina: αα LW 3, 108 ≌ CG 3081 ≌ CG 3082 (T., post a. 161) = KT p. 120 n. 31 'Τιβερίου Κλαυδίου Μασιμάχου υἱοῦ, φύσει δ' Ἑρμοθέστου, Κυρείνα Φιλιστέως τοῦ Φιλαίου πύργου', quem laudant sui cives utpote πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ καθ' ἕνα καὶ κοινῇ τῇ πατρίδι παρεσχημένον. δ C 3, 421 vs. 3 et vs. 8.

---

[363]) non cum Boeckhio facio, qui in tituli Smyrnaei male traditi CG 3195 ΚΑΙΙΙΝ litteris vocem Κ[υρ]ίν(α) occultari putat.

[364]) Lagina sita erant in Stratoniceae agro cf. Strabo 14, 2, 25, p. 660 C.

[365]) Coliorga vicus Strationiceae fuit, cf. bull. de corr. hell. 11 (1887), p. 33 sq.

Themisonium. — Quirina: α CG 3953 l (prope Th., post a. 161) 'Μ. Οὔλπιον Ζ[ή]νωνος υἱὸν Κυρείνα Τρύφωνα, μέγαν Ἀντω[νι]νιανόν, ἀρχιερέα τῆς Ἀσίας, χειλιαρχήσαντα κτλ., τὸν εὐεργέτην τῆς πατρίδος - -'.

Thyatira. — Aemilia: γ bull. de corr. hell. 11 (1887) p. 455 n. 16 (rep. Kenes prope Th.) '- - Λ. Λικίννιος Λουκίου υἱὸς Αἰμιλία Σεκοῦνδος - -'. Quirina: ββ bull. de corr. hell. 10 (1886) p. 422 n. 31 'οἱ σκυτοτόμοι ἐτείμησαν Τ. Φλάβιον Μητροφάνους υἱὸν Κυρείνα Ἀλέξανδρον, ἀγορανομήσαντα ἑξάμηνον εὐτόνως καὶ πολυδαπάνως, χουρατεύσαντα τοῦ τῶν Ῥωμαίων χονβέντου κτλ.'. δδ CG 3497 (Caracallae aetatis) = KT p. 120 (Claudiorum n. 34). Sergia: γ bull. de corr. hell. 10 (1886) p. 407 n. 10 '[Μά]ρκον Ἀντώνιον Μά[ρκου] υἱὸν Σεργία Γαλάτ[ην χα]λκεῖς χαλκότυποι ἐκ τῶν [ἰδ]ίων ἀνέθηκαν'.

Tiberiopolis: αα C 12, 5718 (Tarantasiae) '- - *Ti. Claudius Artemidori f. Quir. Phoebus Tiberiopolitanus* - -'.

Tralles: quod Agathias hist. 2, 17 (54 c Par.) Trallibus terrae motu eversis Chaeremonis precibus Augustum adductum esse (a. 728 vel 727) tradit narratque αὐτίκα δὴ μάλα ὑπατικοὺς ἑπτὰ τῶν ἐν τοῖς μάλιστα εὐπατριδῶν τε καὶ εὐδαιμόνων ἀνδρῶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἀπολεξάμενον ἅμα τῷ σφετέρῳ πλήθει στεῖλαι ἐς τὴν ἀποικίαν .....' νῦν οὖν οἱ ἐκείνῃ ἀστοὶ Πελασγοὶ μὲν οὐκέτι ἂν δικαίως κληθεῖεν, Ῥωμαῖοι δὲ μᾶλλον, cave ut credas Augustum coloniam c. R. eo deduxisse; cf. CG 2927. 2930. C 3, 344 in quibus titulis saec. II erae nostrae positis cives Romani Trallibus consistentes dicuntur. ceterum civitatis nomen *Caesareae* prodiderunt et lapides (CG 2929; LW 3, 600 a) et numi (Eckhel 3, 125). — Quirina: ββ LW 3, 600 (a. 41—54) = KT p. 121 n. 45 '- - Τιβερίου Κλαυδίου Ἀρτεμιδώρου υἱοῦ Κυρείνα Διογένους ἐν τῷ τῆς γυμνασιαρχίας χρόνῳ'. 600 a (a. fere 56/7) = KT p. 121 n. 46 '- - ἐπιμεληθέντος [Τ]ιβερίου Κλαυδίου Ἱεροκλέους [υἱοῦ] Κυρείνα Ἱεροκλέους φιλοκαίσαρος Σάρνου (?) υἱοῦ πόλε[ως]'. .....ina: Bull. de corr. hell. 10 (1886) p. 456 'Γ. Ἰούλιον Γ. Ἰουλίου Φιλίππου ἀρχιερέως Ἀσίας υἱὸν .....ίνα Φίλιππον, [ἱππ]έα Ῥωμαίων, τῶν ἐκλεκτῶν ἐν Ῥώμ[ῃ] δικαστῶν, ἐπίτροπον τῶν Σεβαστῶν κτλ.'.

---

ex reliqua Asia provincia: Böjük Tepeköi (in valle Granici superioris). — Quirina: γγ CG 3695 e = KT p. 120 (Claudiorum n. 36) saec. I; Oturacktschai (inter Eucarpiam et Synnada). — Quirina: αα CG 3874 = KT p. 121 (Claudiorum n. 37); Sulmas (route de Makuf à Dawas). — Pollia: δ bull. de corr. hell. 9 (1885) p. 341 n. 24 anni 129.

Bithynia et Pontus.

In his provinciis Caesar duas colonias condidit Apameam et Sinopen, quarum alteram in Pollia tribu fuisse intelleximus; de altera vero non constat.[366]) praeter has civitates in saeculis I et II erae nostrae meliore iure utebantur hae duae liberae: Chalcedon et Amisus.

Amasia. — α EE 2, 336 (Alexandriae) '*C. Niger C. f. Pol., miss(icius)* (sc. leg. III Cyr.), *Amasia* - -'.

Amastris. — Clustumina: β Revue archéol. 28 (1874) p. 8 sq. '- - Ἀ. Καικίλιον Γαίου υἱὸν Κλουστουμείνα Πρόκλον, τὸν Ποντάρχην καὶ Λεσβάρχην καὶ υἱὸν τῆς Λέσβου, πρωτεύοντα τῶν ἐπαρχειῶν - -'. Teretina: α AEM 6 (1882) p. 40 n. 83 (Troesmi) '- - *T. Fl. T. f. Teretin(a) Val(ens) Amast(ri), vet. leg. V Mac.* - -'.

---

[366]) Heraclea tertia harum provinciarum colonia, cuius fata Strabo 12, 3, 6, p. 542 sq. C enarrat, ante Actiacam victoriam ab Adiatorige incensa est, eius coloni Romani caesi sunt. Octavianus, quamquam ultionem ab iis, qui Heracleotas perdiderunt, petivit, coloniam non videtur renovavisse.

Apamea

col(oniam) Iul(iam) Conc(ordiam) titulus Apamenus (C 3, 335), *col. Iul. Conc. Augustam* numi dicunt.

ε C 3, 355 (a. 69—79) '. . . . . *tilio P. f. Clu. Lol[lian]o?*, cet., *[l]egato pro pr. provinciae Asia(e) col(onia) Iul. Conc. Apamea patrono suo*'.

Nicaea. — EE 5, 15 (Coptitanus laterculus legionum Augusto imperante Aegyptum custodientium) p. 1, 31 '7 *Curti C. Valerius C. f. Pap. Nicae.*', cf. p. 210.

Nicomedia: *colonia Nicomedensium* dicitur in titulo anni 294 C 3, 326; quando ea nata sit quamquam ignoratur, iam Macrini imp. temporibus res publica Romano more instituta esse videtur (cf. numos Eckhelii 2, 431). — Collina: α EE 5, 10 (Alexandrinus legionis II Tr. fortis titulus anni 194) 1, 9 '. . . . *nius M. f. Col. Rufus Nicomed.*'. Pollia: C 6, 2780 '*L. Musius Q. f. Pol. October Nicom., mil. in coh. IV vig. - -, mil. in pr(aetorio) - -, 7 leg. III Aug. - -*'. Sabatina: α C 6, 3499 '*- - Q. Tineius Q. f. Sab. Her[mes?] domo Nicomedia, m[i]litiarum IIII - -*'.

Sinope **Pollia**

coloniam (Strabo 12, 3, 11 C 546; Plinius nat. hist. 6, 6; Plin. ep. 10, 91; Ulpian. dig. 50, 15, 1, 10. C 3, 239. 783. CG 4164) *Iuliam Felicem* Caesar condidit cf. Zumpt. comm. epigr. 1, 316 sq. Eckhel 2, 391 sqq.; lapidem Mani Magni Sinopensem tribum recte indicare spero.

α Brambach 1732 = Rhein. Jahrb. 52 (1872) p. 78 (Schlossau) '*- - T. Mani T. f. Pollia Magni Senope, 7 leg. XXII p. p. f. - -*'.

Quirina: β EE 4, 45 '*C. Numisio S[p. f.??] Qui. Primo, nauarcho, sacerd. imp. Caesaris Aug., aed., II vir(o) iter(um), II vir(o) quinq. - -*'.

Galatia, Pisidia, Paphlagonia, Lycaonia, Isauria.

In his partibus a Caesare vel ab Octaviano Lystra,[367]) ab Augusto Antiochia ad Pisidiam (in Sergia tribu), Cremna, Olbasa, Parlais coloniae conditae sunt, ab imp. Claudio Claudiopolis et Iconium, ab aliquo imperatore saec. I vel II Germe. liberae civitates erant Sagalassus et Termessus maior.

Amblada. α EE 4, 348 (Delminii, ante annum p. C. 42) '*C. Longinus C. f. Cor. Amblada, mil. leg. VII - -*'.

Ancyra: μητρόπολις τῆς Γαλατίας Σεβαστὴ Τεκτοσάγων Ἄγκυρα (CG 4010. 4011. numi Imhoofii p. 414 sq.); alia Ancyra in Phrygia sita erat. — Collina: α C 6, 3614 '*M. Mes-*

[367]) cf. Sterrett, the Wolfe expedition to Asia minor n. 242 '*divum Aug. col. Iul. Felix Gemina Lustra consecravit d. d.*', rep. Zolderae i. e. Lystrae et n. 352 (Antiochiae) 'τὴν λαμπροτάτην Ἀντιοχέων κολωνίαν ἡ λαμπροτάτη Λυστρέων κολωνία τὴν ἀδελφὴν τῷ τῆς ὁμονοίας ἀγάλματι ἐτείμησεν'.

sius M. f. Col. Pudens, singularis leg. X Fretensis 7 *Volusi Magni, domo Ancyra - -*'. Fabia: α 3, 6188 (Troesmi) '*C. Ionatius(?) Fab. Valens Ancyr(a), v[et.]*, cet.', qui Troesmi in curia fuisse videtur. EE 4, 891 (Romae, militum a. 183/4 laterculus) (p. 1, 16) '*M. Aurel(ius) M. f. Fab. Paccius Ancy(ra)*'. 894 (ibid., militum saec. II ex.) d 33 '*M. Au[r.] M. f. Fab. Rocatux A[nc(yra)?]*'. 895 (item) p. 1, 46 '*[M. A]urel. M. f. Fa[b.] ..... Ancyr(a)*'. fortasse etiam EE 2, 699 (Aquinci) legendum est '*P. Ael. Fa[b.] ..... Ancyr[a, mil leg. II] ad.* 7 Λ .....', quamquam ob spatium exiguum a litteris FAI cognomen incipere verisimilius mihi videtur. εε CG 4029 = KT p. 117 n. 24 C. Iuli C. f. Fabia Severi, consulis a. 155. Galeria?: γ C 3, 277. Pollia: α C 3, 6023 (Alexandreae) '*M. Liburnius M. f. Pol. Saturninus Ancy(ra), sign. leg. XXII* 7 *Valeri Prisci*,[368]) *M. Valerius M. f. Pol. Saturninus Ancy(ra), signif. leg. XXII* 7 *Servi* .....'. EE 5, 15 (Coptitanus legionum duarum Aegyptiacarum titulus, Augustae fere aetatis) p. 1, 9 '7 *Servati M. Lollius M. f. Pol. Ancyr.*'; 1, 11 '7 *Caecili C. Cornelius C. f. Pol. Anc.*'; 1, 16 '7 *Publili C. Didius C. f. Pol. Ancyr.*'; 1, 34 '7 *Mini C. Granius C. f. Pol. Anc.*'; 2, 3 '7 *Etri L. Longinus L. f. Pol. Ancyr.*'; 2, 11 '7 *P. Mammi Cn. Otacilius Cn. f. Pol. Anc.*'; 2, 16 '7 *Canini C. Valerius C. f. Pol. Anc.*'; 2, 20 '7 *Materni M. Lollius M. f. Pol. Ancyr.*'; 2, 26 '7 *Gavisidiana C. Aufidius C. f. Pol. Anc.*'; 2, 33 '7 *Flacci P. Papirius P. f. Pol. Anc.*'. ε C 3, 257 cum add. '*C. Flaminio C. f. Pol. Severo, scribae [libr.] - -*'. Pomptina: ε 253.

in titulo Ancyrano C 3, 274 '*- - M. Pennio M. f. Volt. Arpinati, do[mo .... .]*', quod patriae nomen nobis non traditur, dolemus.

Antiochia ad Pisidiam **Sergia**

Augustus veteranis legionis V Alaudae eo deductis condidit *coloniam Caesaream* (Plinius nat. hist. 5, 94; CG 2811 b = LW 3, 1620 a; numi; cf. Strabo 12, 8, 14 C 577).

α EE 4, 895 (Romae, militum laterculus saec. II ex. scriptus) p. 1, 41 '*[M.] Aurel(ius) M. f. Ser. Antonius Anti(ochia)*'.

β C 3, 295 '*[P.] Albucio C. [f. S]er. Firmo, aed., II vir(o) - -*'. 296 (post annum 180) '*Cn. Dottio Dotti Marullini f(ilio) Ser(gia) Planciano, patr(ono) col(oniae), flam., II vir(o) II qq.*, cet. - -' ≌ 297. 298 '*L. Flavio L. f. Ser. Crispino, sacerdoti I. o. m., dec., L. Flavius L. f. Ser. Longus pater - -*' ∾ 299 '*L. Flavio Paulo Ser., dec., aedil., quaes[t.], curatori arcae sanctuar[i] L. Flavius L. f. Longus f. patri - -*'. 300 '*St. Pescennius L. f. Ser., praef. Drusi [I]I vir(i) ann(o) secund(o), pont., II vir*'. Sterrett the Wolfe expedition to Asia minor n. 354. 397.

γ Sterrett n. 390.

δ C 3, 293 et 294 et Sterret n. 393 veteranorum leg. V Gallicae Alaudae. Sterret n. 391. ε 292.

Quirina: α de CG 5806 v. Adanam. de ε C 3, 289 ≌ 290 cf. p. 142 notam 204. Stellatina: ε C 3, 291 saec. I ex. Sterrett the Wolfe expedition to Asia minor (1888) n. 365.

Conana. α EE 4, 347 = Bulić, Inscr. Salonitanae 1 (1886) p. 44 n. 303 (Delminii, ante annum p. Chr. 42) '*Q. Baebius Q. f. Serg. Conan(a), miles leg. VII - -; natus sum [C]anonis, conditus in Illurico - -*'. hic in Dalmatiae alicuius civitatis populum et tribum venisse videtur.

---

368) C. Valerius Priscus, centurio legionis XXII, Memnonem anno p. C. 65 visurus et auditurus Thebas adiit (cf. C 3, 30).

Derbe (= Losta s. Zosta?): Fabia δ Sterrett the Wolfe expedition to Asia minor (1888) n. 25 'Τίτ[ῳ Σ]εξτειλίῳ Τίτου υἱῷ (Φ?)αβία[369]) οὐετράνῳ λεγεῶνος τετάρτης (?) κτλ.'.

Gangra. Pollia: α EE 2, 336 (Alexandriae) '- - *M. Longinus M. f. Pol. Gangr(a), mil(es) leg. III 7 Lael(ii) Tiron(is)*'. 5, 15 (Coptitanus legionum duarum Aegyptiacarum titulus, Augustae fere aetatis) p. 1, 18 '7 *Gavisidi C. Helvius C. f. Pol. Gang(ra)*'.

Isaura Palaea: Sterrett the Wolfe expedition to Asia minor (1888) n. 185 '*T. Flavio Castoris f. Cyr. Alexandro, civitate donato ab imp. Caes. Vespasiano* - -'.

Iconium — Claudia?

Claudii colonia fuisse, postea ab Hadriano aucta esse videtur; cf. Marquardt, Staatsverw. 1² 364.

α C 6, 2455 (Romae?) '*L. Annius Valens L. f. Claudia Iconio, miles coho. II pr. 7 Maximi* - -'. 2964 '*C. Iulius C. f. Cla. Sossianus Iconio, mil. coh. II vig. 7 Grani* - -'. utrum tribus an cognomen oppidi in his titulis dictum sit ambigitur, ceterum cf. Norica oppida pag. 223.

Collina: α EE 4, 509 (Brigetione) '*M. Munatius M. f. Coll. Placidus Icconio, veter. leg. I ad. p. f.* - -'. Sabatina: ε CG 3991 (a. 54—68).

Isinda. α EE 5, 15 (Coptitanus legionum Aegyptum Augusti fere aetate tenentium laterculus) p. 2, 7 '7 *Casti M. Cassius M. f. Pol. Isinda*'.

Laranda. Fabia: α C 3, 2818 (Scardonis, ante a. 42) '*T. Cillius T. f. Fab. domo Laranda, vet. leg. XI* - -'. Sergia: α 2709 (Delminii, ante a. 42) '*T. Ancharenus T. f. Ser. dom(o) Laranda, mil. leg. VII* - -', quem in aliqua Dalmatiae civitate sedem et tribum cepisse putaverim.

Pessinus. Collina: α C 6, 3627 '*M. Sempronius M. f. Col. Celer, aquilifer legionis X Fretensis, domo Pessenunto* - -'. Velina: α C 3, 1818 (Naronae, ante a. 42) '*L. Riccius L. f. Vel. Pessinunte*, - - *vet.* - -, *C. Atilius L. f. Vel., veter. leg. VII avunculo suo* - -'. 2710 (Delminii, ante a. 42) '*Cn. Domitius Cn. f. Vel. Pessinunte* - -, *veteran(us) ex leg. VII* - -'.

Pompeiopolis. non liquet utrum in titulis modo citandis Paphlagoniae metropolis an Ciciliae illud oppidum antea Σόλοι dictum subsit. — Pollia: α EE 5, 15 (Coptitanus legionum duarum in Aegypto tendentium, Augustae fere aetatis) p. 1, 13 '7 *Aquilae C. Sossius C. f. Pol. Pompeiop(oli)*'. Quirina: α C 12, 410 cum add. p. 812 (Massiliae, a. 161—169) '*Cn. Val(erio) Cn. f. Quir(ina) Pomp(eiopoli?) Valeriano, equo p. honorato* - -, *[au]guri perpetuo (Massiliae)*, cet.'.

Sagalassus: urbs foederata CG 4638. Eckhel 4, 271. — Quirina: γγ CG 4373 = KT p. 121 n. 39 'Τιβέριον Κλαύδιον Κλαυδίο[υ] Νέρωνος υἱὸν Κυρεῖνα Ἀκύλαν ἀρετῆς ἕνεκεν ἡ πόλις - -'.

Sebastopolis: ad hanc vel ad aliam quandam Sebastopolim spectat α EE 5, 15 (Coptitanus Aegyptiacarum legionum, Augustae fere aetatis) p. 1, 7 '7 *Vedi L. Licinius L. f. Pol. Sebastop(oli)*'.

Tavium. Collina: α C 3, 1503 (Sarmizegetusae) '*Q. Ianuario Q. f. Collina Rufo Tavio, flamini, q(uin)q(uennali) prim(o) pro imp(eratore), ordo col. Ulp. Trai. Dacic. Sarmizeg.*'. Pollia: α EE 5, 15 (Coptitanus militum laterculus fere Augusto vivo scriptus) p. 2, 22 '7 *Cliterniana Sex. Lusius Sex. f. Pol. Tavio*'. Sergia: α ibid. p. 1, 5 '7 *Catti L. Longinus L. f. Ser. Tavio*'; 1, 20 '7 *Iustiana T. Antonius T. f. Ser. Tavio*'; 2, 22

---

[369]) eadem inscriptio paullo aliter legitur bull. de corr. hell. 1886 p. 509 n. 20 'Πρ . . . εξιελωι|ιτου υἱῷ Φαβία | κτλ.'.

'7 *Licini Veri C. Sentius C. f. Ser. Tavio*'. bull. épigraph. 4 (1884) p. 264 (Siccae) '*C. Iulius C. f. Ser. Marcellinus Tavio, mil. leg. III Cyr. 7 Quincti Proculi* - -'.

---

ex reliqua Pisidia: Hassan Pascha prope Tefenü. — Fabia: γγ C 3, 305 = KT p. 116 n. 1 '*C. Iu[l]ius C. f. Fab. [R]ufus*'.

Cappadocia.

Cappadoces post Archelaum regem vita defunctum (a. p. Chr. 17) in provinciam redacti sunt. in hac provincia, cuius indigenas primis suae dominationis temporibus aegre eo perduxerunt, ut propensa voluntate moribus et legibus, ne Romanis dicam, Graecis assuescerent, duo tantum quod scimus ante Caracallam oppida c. R. constituta sunt: Archelais Claudii colonia et quam Ptolemaeus 5, 7, 5 coloniam dicit Sinis. tribus in neutra innotuit.

Lycia et Pamphylia.

Pamphyliae provinciae non ante annum 729 = 25 rerum scriptores meminerunt; Lyciae a Divo Claudio anno 43 libertas adempta est, postea reddita esse videtur, iterum et in perpetuum a Divo Vespasiano adempta est, anno ut veri simile est 74. omnia in his provinciis sita oppida Graeco more constituta erant neque igitur tribubus Romanis in eis locus datus est.

Cadyanda: αα bull. de corr. hell. 10 (1886) p. 59 (C.) 'Καδυανδέων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησεν Γάιον Ἰούλιον Νεικίου υἱὸν Φαβία Καλλιφάνην Ῥωμαῖον καὶ Κα[δυ]ανδέα, - - ἀγορανομή[σ]αντα καὶ πρυταν[εύσ]αντα καὶ ἱερατεύσ[αντ]α τῶν Σεβαστῶν - -'. ubi noli Romam, ad quam in aliis et multis hominibus Fabiam tribum spectare dixi p. 7 sq., potius quam Iuliam gentem cum Fabia tribu coniungere, praesertim cum Romanae originis vocabulo Calliphanis non domus et patria, sed ius quodammodo significari videatur.

Etenna. α EE 5, 15 (Coptitanus legionum Aegyptiacarum laterculus, Augusto fere vivo) p. 2, 13 '7 *Oeniana M. Longinus M. f. Pol. Eten.*'.

Oenoanda: α Benndorfii iter Lycicum II (1888) p. 179 n. 227 (O.) '[Γ]άιον Λικίνιον Λικινίου [Θόα]ντος υἱὸν Σε[ρ]γία Μάξιμον Ῥωμαῖον καὶ Οἰνοανδέα, δ[ύ]ο ἀρχιερέων - - ἔγγονον κτλ.' ∾ n. 225 '- - Γάιον Λικίννιον Γαίου Λικινν[ίου υ]ἱὸ[ν] Σεργ[ία] OO///MNON[370]) Οἰνοανδ[έα . . .] τῆς μὲν [π]ατ[ρί]δος γενόμενο[ν π]ρ[ῶ]τον κτλ.'.

Patara: α bull. de corr. hell. 10 (1886) p. 48 (Cadyandae) '. . . . . Κ[όιντον Οὐεῖλι]ον Κοίντου Οὐει[λίου] υἱὸν Οὐελλεῖνα Τιτιανὸ[ν] Παταρέα, πολιτευόμενο[ν ἐν] ταῖς κατὰ Λυκίαν πόλεσι [πά]σαις, - - ξένον [Λ(ουκίου) Κα]τιλίου Σευήρου (procos. prov. Asiae inter annos 117 et

---

[370]) editores Ῥωμαῖον καί ibi subesse coniecerunt; at cognomen Licinii, ni fallor, deesse non potest.

120) κτλ.', cf. CG 4283 Patarensem anni 147. Quirina: κ Benndorf iter Lycicum 1 (1884) p. 122 n. 93 (rep. in Letoo Lycico) 'Ξανθίων ἡ βουλὴ καὶ ὁ [δῆμος] ἐτείμησεν - - Τιβέριον [Κλαύ]διον Τιβερίου Κλαυδίου 'Ιά[σο]νος υἱὸν Κυρείνα 'Αγριππεῖνο[ν 'Ρ]ωμαῖον καὶ Παταρέα καὶ Ξάνθ[ιον] καὶ Μυρέα, πολειτευόμενον δὲ καὶ ἐν ταῖς κατὰ [Λυ]κίαν πό[λ]εσι πάσαις, κτλ., προγόνων ὑπ[ατε]υόντ[ων στ]ρατηγῶν καὶ ναυάρχων - -' ≌ p. 117 n. 89 (Sidae), quem hominem ob patriarum ordinem Patarensem fuisse iudicaverim.

Perge: β CG 4342 '[τὸν ἱερ]έα τῆς 'Αρτέμιδος καὶ δημ[ι]ουρ[γ]ὸν [π]ό[λ]ε[ως] κτλ. [. . Αὐρή]λιον 'Απολλωνίο[υ υἱὸν] Κυρείνα 'Απολλών[ι]ο[ν] κτλ.'.

Sidyma: γ Benndorf iter Lycicum 1 (1884) p. 64 n. 32 (cf. p. 63 n. 30) '- - Τιβέριος Κλαύδιος Τιβερίο[υ] υἱὸς Κυρείνα Λειουιανός - -', Claudio imp. vivo positus.

Tlos. Fabia: εε CG 4238 c ≌ C 9, 4965 (Curibus Sabinorum) = KT p. 117 Iul. n. 10, cos. a. 101. Voltinia: ε CG 4238 d 'Γάιον 'Άντιον Αὖλον Αὔλου υἱὸν Οὐελτινία 'Ιούλιον Κουαδρᾶτον, πρεσβευτὴν ἀντιστράτηγον Πόντου καὶ Βιθυνίας, κτλ.'; huius viri, annis 86 et 105 fascibus functi, etiam Cymis (CG 3532) et Pergami (CG 3548. 3549. LW 3, 1722) tituli exstant; CG 3549 sic compositus est '['Α. 'Ιούλιον 'Α. 'Ιου]λίου Κουαδρᾶτον, δὶς ὕπατον, ἡ πατρίς'. quamquam quodammodo veri simile est patriam illam Pergamum ipsam esse, tamen consisto in Boeckhii sententia: 'Quadrati patria quae sit nescio; vix tamen dubito, quin ex Asia oriundus fuerit'.

Inter Germanicupolin et Laerteu on the top of the mountain south of Feriske mutilus titulus exstat in cuius versu altero haec leguntur 'Μάρκου υ[ἱ]ὸς Κολλείνα 'Ακύλας - -', Sterrett, the Wolfe expedition to Asia minor (1888) n. 136.

Cilicia.

Oppidorum Romano more constitutorum ante saeculum tertium mentio non fit.

Adana. Collina: α C 8, 3159 (Lambaesi) '- - *M. Iulius Col. Procul(us) Adan(a), veter. leg. III Augus(tae)* - -' ≌ 3733; eius filius *Castris* oriundus in Polliam receptus est, n. 2950. Quirina: αα CG 5806 = bull. dell' instituto 1877 p. 109 (Neapoli est, Traianae fere aetatis) = KT p. 123 n. 21 'Τ. Φλαούιος 'Αρτεμιδώρου υἱὸς Κυρείνα 'Αρτεμίδωρος 'Αδανεύς, ὁ καὶ 'Αντιοχεὺς ἀπὸ Δάφνης κτλ.'.

Mopsus (Mopsuestia): urbs foederata liberaque (cf. praeter numos Plinium nat. hist. 5, 91. LW 3, 1494. CG 5885 anni 140). — LW 3, 1498 vs. 2 '‥λίου υἱ[ὸς] Φαλέρνα‥'.

Tarsus: civitas libera et immunis (cf. praeter numos Appianum b. c. 5, 7; Lucianum macrob. 21; Dionem Chrysostomum 2, 36 R.; Plinium nat. hist. 5, 92). — α C 8, 2886 (Lambaesi) '- - *C. Iulio C. f. Col. Attico Tar(so?), optioni leg. III Aug.* - -'.

Syria.

In finibus Syriae, quam Cn. Pompeius anno 690 = 64 provinciam Romanam reddidit quamque imperatores postea auxerunt, ante M. Aurelium Antoninum rerum potitum haec civium Romanorum oppida exstiterunt eaque omnia colonico nomine insignia:

Berytus Augusti, condita a. 740 = 14 } in Fabia tribu
Heliopolis Augusti }
Ptolemais Claudii
Caesarea et Nicopolis Vespasiani
Aelia Capitolina Hadriani } harum tribus nusquam diserte enuntiatur
Laodicea, Sebaste, Tyrus Septimii Severi
Saccaea nescio cuius imperatoris
Caracalla Antiochiam et Emesam coloniarum honoribus adfecit.

Abila Lysaniae: anno fere 48 vel 49 p. Chr. Syriae provinciae addita. — γ LW 3, 1876 (a. 59) '- - Κοίντου Ἀντονίου Γαίου υἱοῦ Φαβία Γεμίνου Κλαυδιανοῦ'.

Antiochia: inde ab anno 690 = 64 libera (Plin. nat. hist. 5, 79. Euagrius 2, 12); postea Caracalli colonia (dig. 50, 15, 8, 5; Eckhel 2, 302). — Collina: α C 6, 3644 '*C. Vettio C. f. Col. Nigro domo Antiochia Syria, veterano leg. XII fulminat.* - -'. eandem Antiochiam petere videntur dipl. 60 (C 10, 867 = EE 2, 457; anni 71) testis tertius: '*Cn. Oessi Cn. f. Col. Cesti Antioches*'[371]) et C 8, 2997 (Lambaesi) '- - *L. Valeri L. f. Co[l.] Rufi domo Antiochia, 7 leg. III Aug. et leg. XXII primi[g.]* - -' et 2898 (ibid.) '- - *C. Iulio C. f. Coll. Proculo Antio(chia)* - -' et EE 5 p. 260 (inter milites legionis II Traianae fortis in castris Caesaris prope Alexandriam tendentis missos anno 194) p. 1, 7 '*coh. II 7 Faustiniana ..... onius L. f. Col. Valerianus Antioch(ia), tub(icen)*' et EE 7, 381 (Lambaesi, a. 147—150?) '- - *C. Antonius C. f. Col. Alexander Antiochia curiae Hadrianae Felici veteranorum leg. III Aug. ob honorem flaminat. perpet.* - -'. Quirina: αα CG 5806, quem titulum sub Adanensibus exscripsi.

Apamea: in numo anni 713 = 41 αὐτόνομος dicitur (Eckhel 3, p. 307 n. 7). — quod in titulo Ancyrano EE 5, 62 est '- - *A. Terentio A. [f.] Cl. Centro Apamea ex Syria, z. leg. XVI F(laviae)* - -' et in laterculis urbanis militum saec. II ex. vel III in. scriptis EE 4, 891 v. 17 et 894 c 7. 8 *Apamea* cum *Claudiae* nomine coniungitur, nihil obstat quin cognomen non tribum intellegamus.

Aradus: α CG 4536 d p. 1179 (A., saec. II ex. vel III in.) 'ἡ βο[υλὴ καὶ] ὁ δῆ[μος ὁ Ἀραδίων] Μάρκον [Σε]πτίμιον Μάρκου υἱὸν Φαβία Μᾶγνον, ἑκατοντάρχην λεγεῶνος δ Σκυ[θ]ικῆς, τὸν ἑαυτῶν πολίτην' ≌ C 3, 186 '*M. Septimio M. f. Fab. Magno, 7 leg. III : : : Gal(licae) iter(um)*, cet., Μάρκῳ Σεπτιμίῳ Μάρκ[ο]υ υἱῷ Φαβ. Μάγνῳ κτλ.'.

Beroea: fortasse huc pertinet α C 8, 3175 (Lambaesi) '- - *M. Licinius M. fil. Coll. Aquila Bera, vet. leg. III Aug.* - -'; nam, si quidem recte *Beroea* aliqua hoc loco intellegitur, Asiatico homini Collina tribus ex mea sententia potius convenit quam hominibus oriundis ex Thracia aut Macedonia, in quarum agris eiusdem nominis oppida florebant.

Berytus — Fabia

Augustus legiones V Macedonicam et VIII Augustam anno 740 = 14 Berytum deduxit (Strabo 16, 2, 19 p. 756 C; Euseb. chron. 2 p. 142 Schoene), indeque floruit colonia Iulia Augusta Felix (Plinius nat. hist. 5, 78; tituli C 3, 161. 165. 166. 6041; Ulpianus dig. 50, 15, 1, 1).

α C 8, 4098 (Lambaesi) '- - *M. Tuccius Fabia Silvanio Beryto* - -'. αα 12, 3072 (Nemausi, litteris saec. II ex.) '*I(ovi) o(pt.) m(ax.) Heliopolitan(o) et Nemauso C. Iulius Tib. fil. Fab. Tiberinus, p(rimi)p(ilaris), domo Beryto* - -'. α EE 5, 15 (Copti, Augusta fere aetate) p. 2, 39 '*7 Hordioni C. Romanius C. f. Fab. Ber(yto)*'. Maionica, Epigraphisches (Vindobonae 1885) p. 23 = Pais suppl. n. 181 (Aquileiae, litteris saec. III) '- - *M. Anton(ius) Valens, vet(erani) filius, horiundus Fab. Veruto* - -'.

---

371) ceteri testes Antiochenses Laudicenses Caesarienses Stratoniceae sunt.

γ C 3, 169 '- - *L. Dellius L. fil. Fab. Rufus Artorianus* - -'. 173 '*M. Licinius M. f. F[a]b.* (traditur *Feb.*) *Fron[t]o* - -'.

praeterea cf. Mommsenianam coniecturam ad C 3, 175 add. p. 971.

Palatina: β EE 4 p. 538 (saec. I in.). Sabatina: α C 6 2910 '*A. Curius A. f. Sab.* (subestne error lapicidae?) *Rufus domo Beryt(o), miles coh. XII urb.* 7 *Ligusti* - -'.

Caesarea

Caesaream ad turrim Stratonis '*colonia Prima Flavia a Vespasiano imperatore deducta*' Plinius nat. hist. 5, 69; cf. Paulum dig. 50, 15, 8, 7; Eckhel 3, 430 (*col. prima Flavia Aug. Caesarea*); Ulpianus dig. 50, 15, 1, 6 et Iustiniani nov. 103 pr.

Caesareae igitur inde a Flaviis temporibus Quirina convenit, sed eius rei testimonium adhuc desideratur. Collinam, quam, ubi in titulis iam exscribendis sit, ad hanc potissimum Caesaream pertinere putant viri docti, spernendam esse puto. α C 3, 1382 (Veczel in Dacia) '- - *C. Licini Coll. Caes(area) Pontici, vet. alai I. Aug. I[tur]eo[rum]* - -'. EE 5 p. 260 (Alexandrinus legionis II Traianae fortis titulus a. 194) p. 1, 3 '. . . . . *vius T. f. Col. Maximus Caesarea*', p. 1, 12 '. . . . . *C. f. Col. Priscillianus Caesar., sig(nifer)*'. Lambaesitanus titulus nescio num suo iure a Wilmannsio additus sit C 8, 2808 '- - *M. Antonius M. fil. Collin. Sabinus Caesarea August(a),* 7 *leg. X fr.,* 7 *leg. III Aug.* - -'; quamquam enim Collinam in hominibus ingenuis ex Asia oriundis saepius quam in Hispanis vel in Italis reperimus, eo offendor quod *Caesareae Augustae* nomine, ni fallor, sola illa Tarraconensis civitas (p. 190) utitur.

Capitolias: αα C 10, 532 (Salerni) = KT p. 123 (Flaviorum n. 12) '- - *T. T. f. Flavius Agrippa Cyrin(a) Capitolia(de)* - -'.

Aelia Capitolina

Hadrianus in Hierosolymorum oppidi diruti agro coloniam anno 135 (Clinton fasti Rom. ad a. 131) condidit. Eckhel 3, 441—443; Ulpianus dig. 50, 15, 1, 6 (cf. Paulum ibid. 8, 7); Cassius Dio 69, 12, 1; Malalas 2 p. 279 B; Euseb. h. eccl. 4, 6.

tribum Sergiam fuisse oportet, sed nullus huius tribus testis praesto est. nullius momenti ad hanc rem explorandam est δ EE 2, 345 ubi versu 3 *[Quiri]na, [Colli]na, [Faler]na* vel simile quoddam requiritur.

Commagene: regis ultimi Commagenes (Antiochi IV Epiphanis Magni) nepos, quem Pausanias (1, 25, 8) ἄνδρα Σύρον dicit quemque et Attica civitate (CIA 3, 78. 557 d) et Romana (557 a) usum esse scimus, fuit C. Iulius C. f. Antiochus Philopappus, consul ante annos 114—116, tribulis tribus Fabiae; cf. KT p. 116 n. 2.

Dafne: in militum laterculi EE 4, 894 (Romae, saec. II ex. vel III in.) b versu 21 '*M. Aur. M. f. Ani. Alexis Dafne*', non de *Ani(ensi)* tribu cogitandum est, sed quod Bormann et Henzen viderunt (coll. 894 c 19), *An[t(iochia)] Dafne* intellegenda est.

Emesa: Caracalli colonia (Ulpianus dig. 50, 15, 1, 4; Eckhel 3, 3, 11; Mommsen, Zeitschr. f. Rechtsgesch. 1870 p. 112 not.). — Fabia: γγ LW 3, 2567 (a. 78) = KT p. 118 n. 25 'Γάιος Ἰούλιος Φαβία Σαμσιγέραμος, ὁ καὶ Σεῖλας, Γαίου Ἰουλίου Ἀλεξίωνος υἱός - -', qui e principum Emisenorum domo oriundus videtur. Quirina: αα AEM 6 (1882) p. 40 n. 82 (Troesmi) '- - *T. Clau. Ti. filius Quirina Priscus Hemesa, ex c(ustode) a(rmorum)* - -'.

Gadara: αὐτόνομος Eckhel 3, 347. — α C 3, 181 cum add. p. 972 (Bybli) '- - *L. Philocalus L. f. Col. Valen(s) Gadara, mil. leg. X fr.* 7 *Cranii Romuli* - -'.

Garasa: α EE 2, 331 = 5, 4 (Alexandreae) '*leg. XXII Deioter.* 7 *Caeselli Fusci M. Pontius M. f. Col. Saburianut* GATA - -', quoniam de verbo ultimo non satis constat, hunc tribulem neglegere malo quam cum Mommseno ad Garasam revocare.

Heliopolis **Fabia**

Divi Augusti beneficio Heliopolis *coloniae Iuliae Augustae Felicis* nominibus ornata est (cf. praeter numos inscriptiones C 3, 202 et 6, 423).

α C 6, 423 (a. 238—244) '*L. Trebonius Fab. Sossianus colonia Heliupoli,* 7 *frum(entariorum) leg. IIII Fl(aviae) Gordianae, p. p.*'.

Laodicea (ad mare)

civitas libera (Plinius nat. hist. 5, 79; Appian. b. c. 5, 7), postea Septimii Severi imp. colonia.

Quirina: αα C 3, 6186 (Troesmi) = KT p. 119 n. 3 '- - *Tib. Claudius Tib. f. Quirina Ulpianus dom(o) Laod(icea) Syriae,* 7 *leg. X gem. et IIII Fl.* cet. - -'. Collina: miles praetorianus tituli urbani EE 4, 894 (Severi fere aetate) d 16 '*M. Aur. M. f. Col. Avitianus Laudici(a)*', si quidem recte de eadem Laodicea cogitatur.

Neapolis: *Flaviae* cognomine ornata; a Philippo demum imperatore colonia Romana facta est (Eckhel 3, 437. Mionnet 5, 506). — ad hanc Neapolim Hübner titulum Emeritensem C 2, 515 '*Iustus Menandri f. Ter(etina)*[372] *Flavius Neapolitanus* - -' revocavit; sed fateor me ignorare quid sibi velit haec inscriptio miro quodam modo perscripta.

Samosata: ἱερά, ἄσυλος, αὐτόνομος Eckhel 3, 252 sq. — α EE 5, 10 p. 260 (Alexandrinus legionis II Tr. f. titulus, a. 194) p. 1, 29 '. . . . . *Pol(lia) Bassus Samosata, optio*'.

Sidon: Sidoniis libertatem quam habuerant (Strabo 16, 2, 23 C 757; Iosephus antiq. 15, 4, 1) Augustus anno 734 = 20 ademit (Cassius Dio 54, 7, 6). Elagabalus civitatem coloniae iure affecit (*colonia Aurelia Pia Metropolis S.*, Imhoof-Blumer 445). EE 4, 894 c 21 *Fl(avia)* est Sidon. — recte fortasse Mommsen in titulo legionum duarum Aegyptiarum EE 5, 15 (Copti, Augustae fere aetatis) p. 1, 29 '7 *Treboni M. Valerius M. f. Pol. Sid.*' SID· litteras in *Sidonis* nomen supplet; sed possis et alia et *Sid(en)* Pamphyliae conicere.

Arabia.

Hanc provinciam Traianus imperator imperio Romano adiecit anno 105. colonias in eius finibus condiderunt Alexander Severus Bostram, Philippus Philippopolim: tempora dico, quibus res tribuaria vigere desierat.

Palatinae tribus mentio fieri videtur in titulo ε C 3, 87 (Hadrianae Petrae reperto) parum certae lectionis.

Cyprus.

Cyprus insula anno 696 = 58 Romanorum dicioni subiecta, anno 707 = 47 Aegypti regibus concessa, post pugnam Actiacam iterum Romanorum

[372]) lectio tituli non satis stabilita esse videtur.

facta est. inde ab anno 732 = 22, quo anno Augustus Cyprum a senatu regi voluit, suo paruit propraetori pro consule. nullum in hac provincia natum est oppidum civium Romanorum. itaque tribus, quae infra e titulorum memoria edentur, non ad oppida, sed ad homines pertinent.

Citium. Fabia??: γ CG 2645 '- - . . . Κέλσον Φαβ(ί??)α . . . - -'. Quirina: ββ LW 3, 2737 = KT p. 121 n. 48 'Τιβέριον Κλαύδιον Τιβερίου Κλαυδίου Ἰσιδώρου υἱὸν Κυρείνα Ἰσίδωρον, ἄρξαντ[α] τῆς πόλεως κτλ.'.

Paphos (*Augusta* est appellata anno 739 = 15 cf. Cassius Dio 54, 23, 7; CG 2629; Σεβαστὴ Κλαυδία Φλαβία Πάφος).[373] Aniensis: α EE 5, 15 (Copti, Augustae fere aetatis) p. 2, 37 leg. . . . coh. VI '7 *Pacci P. Flavius P. f. Anien. Paph.*'. Fabia: α Rhein. Jahrb. 66 (1879) 59 (Zellhausen) = KT p. 117 n. 17 '- - *[C.?] Iulius [C.?] fil. Fa[bia . . .]us Pap[ho?]* - -'. Teretina: LW 3, 2801 (Flaviae fortasse aetatis) '- - [Γ]άιον Οὐμμίδιον Τηρητίνα Κουαδρᾶτον, τὸν ἀρχιερέα, τὸν καὶ Παντανχιανόν, Γαίου Τηρητίνα Οὐμμιδίου Πανταύχου υἱόν, τοῦ ἀρχιερέως καὶ γυμνασιαρχήσαντος - -'.

Salamis. Quirina: ε CG 2638 (a. fere 117—138).

Creta et Cyrene.

Romani anno 658 = 96, cum Ptolemaei Apionis regis testamento regni heredes facti essent, agris regiis potiti et silphii quadam vi incolis imperata oppida suis legibus suoque arbitrio uti patiebantur. sed discordiis, quae Cyrenaeos vexabant, coacti sunt Apionis regnum in provinciae formam redigere (a. 680 = 74). Cretenses vero Q. Caecilius Metellus bello perdomuit et Romanae dicionis fecit, ut provincia ibi fieret anno 687 = 67. non est huius loci fata illa enarrare, quae Creta et Cyrene, modo ut putant uni magistratui subditae modo diremptae exanclaverint usque ad annum 727, quo Augustus provincias orbis Romani partim senatui reddidit, alias sibi retinuit. tum enim illas coniunctas provinciam unam senatoriam esse voluit eamque paullo post auxit et firmavit. unum quod scimus in hac provincia oppidum fuit non stipendiarium, coloniam dico Iuliam N(obilem?) Cnossum; sed eius tribum nullus adhuc nobis indicavit testis.[374])

Berenice. Aemilia: ε CG 5361 (post a. 679 = 75).

Cyrene: α EE 5, 15 (Copti, Augusti fere aetate) inter milites est p. 2, 29 '*C. Spedius C. f. Pol. Cyren.*'.

Lyttus. β CG 2583 = KT p. 123 n. 15 '- - Τ. Φ(λαούιον) Λεοντίνου υἱὸν Κυρείνα Ἀκέστιμον, πρωτοκόσμον β ἀγορανόμον β - -'.

Paraetonium. Collina: α EE 5, 10 (Alexandrinus militum leg. II Tr. f. missorum a. 194 laterculus) p. 2, 18 '*M. Furfanius M. f. Col. Longus Paraeton.*'. Pupinia: ibid. p. 1, 2 '. . . . *tius C. f. Pup. Tertullinus Paraetonio*'. EE 5, 15 (Copti, legionum Aegyptiacarum, Augustae fere aetatis) p. 1, 37 '*C. Trebius C. f. Pup. Paraet.*'.

---

[373]) cf. LW 3, 2806 et 2785.

[374]) de Cyrene et Tauchira cf. Marquardt, Staatsvw. 1² p. 463 not. 7.

Aegyptus.

Aegyptum armis anno 724 = 30 captam Caesari Octaviano, qui regni naturam incolarumque indolem cognoverat, non visum est provinciam facere, sed '*domui retinere*' (Tac. hist. 1, 11). '*inter alia*', Tacitus ait (ann. 2, 59), '*dominationis arcana vetitis nisi permissu ingredi senatoribus aut equitibus Romanis illustribus seposuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam quisquis eam provinciam claustraque terrae ac maris quamvis levi praesidio adversum ingentes exercitus insedisset*'. quae regum bona fuerant et quae incolae vectigalia pendebant, omnia Caesaris facta sunt. in rebus publicis et oppidorum et incolarum regendis aliam atque in ceteris orbis Romani provinciis viam Caesar ingressus est. sed alia omitto, hoc unum respiciamus oportet: ex litteris, quas Plinius ad Traianum dedit (10, 22), nullum Aegyptium hominem in civitatem recipi potuisse scimus, nisi qui Alexandriae civis ab imperatore factus esset;[375]) hoc autem donum raro concessum est: '*civitatem Alexandrinam*', sunt verba Traiani ipsius (10, 23 cf. Plinium 10, 5), '*secundum institutionem principum non temere dare proposui*' (cf. Flavius Ios. contra Apionem 2, 4 et 6). rem tribuariam igitur ab oppidis Aegypti omnibus prorsus alienam fuisse dico.

Alexandria.[376]) Pollia: α C 8, 3101 (Lambaesi) '*D. Domitio Sardonico Polia Aleczandria*[377]) - -'. EE 5, 10 (Alex., leg. II Trai. fortis, a. 194) p. 2, 10 '*M. Aurelius Pol. Isidorus Alexandr.*'; p. 2, 13 '*P. Aurelius Pol. Proclion Alexandr.*'; p. 2, 23 '*M. Aurelius Pol. Focion Ale.*'. EE 5, 15 (Alexandriae, Augusti fere aetate) milites p. 1, 3 '*C. Marcius C. f. Pol. Alexand.*'; 1, 24 '*C. Iulius C. f. Pol. Alexan.*'; 2, 5 '*C. Longinus C. f. Pol. Alex.*'; 2, 9 '*M. Petronius M. f. Pol. Alex.*'; 2, 18 '*M. Iulius M. f. Pol. Alex.*'; 2, 31 '*C. Antonius C. f. Pol. Alex.*'. δ EE 2, 1028 '*P. [C]aecilius P. f. Pol., mil. leg. X[XII?] 7 Fabu[lli] - -*'. suppl. C 3, 6613 = rev. arch. ser. III, t. 10 (1887) p. 121 n. 3 (saec. fere III) '*C. Sulpicius C. f. Pol. Aper, mil. coh. Sc(anti?) Gr(ati?) 7 Anton[i] - -*'. Quirina: αα CG 5804 (Neapoli, ante a. 116) = KT p. 123 n. 20 '- - T. Φλαούιον Κυρ. Ἀρχίβιον τὸν [καὶ Ζώσιμον] Ἀλεξανδρέα, ἀρχιερέα κτλ.'. Claudia: δ C 3, 6023 a. Fabia: γ EE 2, 341 vs. 1. Horatia: δ 1029.

Panopolis. δδ Quirina C 3, 4714 (a. 109) = KT p. 121 n. 40 Claudiorum.

Talmis. γ Teretina??: CG 5065.

Tanis. α EE 5, 10 (Alex., leg. II Tr. fort., a. 194) p. 1, 15 '*. . . . . ius M. f. Pol. Sarapammon Tani*'.

Thebe. α EE 5, 10 (Alex., leg. II Tr. fort., a. 194) p. 1, 10 '*. . . . . s P. f. Pol. Isidorus Thebes*'.

in Aegypto repertus putatur δ EE 5, 11 '*L. Albio L. f. Pol., mil. leg. III 7 Celsi*'.

---

[375]) eos cives in imminutum ius Quiritium venisse constat; usque enim ad Caracallae aetatem eis ius honorum Romanorum deerat (Cassius Dio 51, 17, 3).

[376]) Alexandrinam rem publicam ipsam numquam more Romano constitutam esse compertum habemus.

[377]) eius filius item in tribu Pollia fuit, sed Castris oriundus dicitur.

Castra.

Eos, qui in canabis orti sunt, cum cingulum acciperent in Polliam tribum utpote quae *pollentium*[378]) putaretur adscriptos esse docuerunt et Wilmanns C 8 p. 284 et Mommsen Hermae vol. 19 (1884) p. 10 sq. et EE 5 p. 15 sqq.

Lambaesi: α C 8, 2565 b 2 '*[. . Cor]nelius C. f. Pol. Antulus Castr. . .*'; b 11 '*. . [Al]lidius Comodus P(ollia) Ca[s]. . .*'. 2618 (a. 211/212) b 9 '*C. Cassius Quadr(a)tus Pol. Cas.*'; b 27 '*C. Iul. Firmus P(ol.) C(as).*'; b 36 '*Q. Geminius Rogatianus, ex cand(idato), P(ol.) Cas.*'; 2950 '*C. M. Iuli[anus] Pol. Cast[ris], cor. leg. I[II Aug.] - -*'. 2994 '*- - M. Valerio M. f. Pol. Secundo Cas., sig. leg. III Aug. - -*'. 3101 '*- - Q. Domitio Polia Castris Sardonico,*[379]) *mil. coh. VII Lusitanorum - -*'. 3151 '*- - Q. Iulius Q. f. Pol. Fortunatus Cas., mil. leg. III Aug. - -*'. 3247 '*- - C. Steius C. f. Polia Sabinianus Cas., mil. leg. III Aug. - -*'.

Carnunti: EE 4, 533 '*- - T. Fl. T. (f.) Pol. Secundus Cast., mil. leg. XV Apol., cust.* 7 *Anni Cassi - -*'.

Aquinci: EE 2, 711 '*M. Furio Po[l.] Rufo Cana[b(is)?].*

Troesmi: AEM 11 (1887) p. 30 n. 27 (cf. 6, 41. 43) '*[T. Val.] T. f. Polia Marci[anus] Cas., vet. leg. V Mac. e[x bf. c]os.* (miles factus a. 155, missus a. 170), *revers(us) at lares suos - -*'.

Alexandreae EE 5, 15 (tituli Coptitani: aetate Augusti fere, ut videtur) p. 1, 39 '*C. Aufidius C. f. Pol. Castr.*'; 2, 35 '*C. Longinus C. f. Pol. Cast.*'.

Alexandreae: EE 5, 10 (missi a. 194) p. 1, 4 '*. . . . . us L. f. Pol. Appianus Castr.*'; 1, 8 '*. . . . . lius T. f. Pol. Alexander Castr.*'; 1, 14 '*. . . . . ius M. f. Pol. Capitolinus, b. pr., Cas.*'; 1, 17 '*. . . . s L. f. Pol. Dionysius Cas.*'; 1, 19 '*. . . . s C. f. Pol. Dioscorus Cas.*'; 1, 21 '*. . . . . L. f. Pol. Ischyrion Cas.*'; 1, 26 '*. . . . . f. Pol. Dionysius Cas.*'; 1, 27 '*. . . . . [P]ol. Serenus Castr., tesser.*'; 1, 30 '*. . . . . [Po]l. Marcus Castris*'; 2, 7 '*T. Aurelius T. fil. Pol. Chaeremonianus Cas.*'; 2, 11 '*C. Pompeius C. f. Pol. Serenus Kastris*'; 2, 14 sqq. '*C. Iulius C. f. Pol. Gemellinus Castris; P. Aelius P. f. Pol. Hermias Castris; T. Aurelius T. f. Pol. Sarapammon Castr.; T. Flavius T. f. Pol. Apollinaris Castr.*'; 2, 20 '*M. Aurelius M. f. Pol. Herodes Castris*'; 2, 29 sq. '*M. Aurelius Pol. Apollos Castris; L. Aurelius L. f. Pol. Chaeremonian. Cas.*'; 2, 35 '*[C.] Cornelius C. fil. Pol. Firmus Castr.*'; 2, 38 '*[C.] Iulius C. f. Pol. Isidorus Castris*'.

Romae: EE 4, 892 p. 1, 11 '*. . . . . [Po]l. Pistus Castr.*'. 893, 29 '*M. Aurel. M. f. Pol. Licinius Ca[str.]*'. 895 p. 1, 10 '*[M.] Aurel. M. f. Pol. Apollonius Castr.*'.

Incerta.

EE 4, 894 (Romae, militum Severianae fere aetatis) d 20 '*C. Iul(ius) C. f.* OUI *Valens* ***Aemdufi***'.

C 3, 2887 (Corinii) '*A. Saufeius P. f.* CA*[m(ilia?) ?E]max* ***Ansio***, ***miles*** *c[oh.] VIIII pr.* 7 *Firmi Ter[tulli]*, cet.'.

---

378) cf. Bormanni commentariolum de tribu Pollia AEM 10 (1886) p. 227 sqq.

379) eius pater item Polliae tribulis fuit, sed patria Alexandria (i. e. castris Alexandrinis?).

Brambach 1515 (Aquis Mattiacis, post a. 70) '*C. Val(erius) C. f.* ***Berta*** *Menenia* ***Crispus***, *mil. leg. VIII Aug.* - -'. non est oppidum Macedoniae, cf. Müller ad Ptolem. 3, 12, 28.

C 6, 2381 (coh. praetor.) b 1, 13 '. . . . . *idius L. f.* VIL· (= *Velina?*) *Priscianus* ***Bia***', miles factus a. 155.

C 8, 3028 (Lambaesi) '*domo Collina* ***Cibesson***; - - *P. Alius Alexander, mil. leg. III* ***Aug.*** 7 *Aemili Silvani* - -'.

C 5, 7537 (Rocchette Palafea) '*M. Cominio M. f. Secundo Cam.* ***Commelio***' (traditur etiam ***Cominelio***).

C 3, 2714 = EE 4, 345 (Delminii, ante annum 42) '*C. Iulius C. f. Ultinia* ***Clistinna***, *mil(es) leg. VII* - -'.

C 6, 2381 (coh. praetor.) a 3, 10 '*L. Attius L. f. Poll. Verus* ***Fo***{. . . . .', m. f. a. 156 et b 1, 7 '. . . *prabenna T. f. Pol. Marcellinus* ***Foro***' m. f. a. 154. estne Forum Cornelii (cf. p. 97)?

Brambach 1211 (Moguntiaci) '*Sex. Careius Sex. f. Vol. Florus* ***ForoXG***,[380]) *miles leg. XXII pr.* - -'; fori alicuius mentio hoc loco fit, cuius nomen ab *Aug*. . . (vel *Mug*. . . vel *Vag*. . . ?) litteris incipit. quod Mommsen EE 5 p. 230 Augustam Tricastinorum intellegendam esse suspicatus est, non probaverim; sed, quoniam in Galliis fora imperatoria complura fuisse compertum habemus neque eorum frequens apud rerum scriptores est memoria, nobis huius fori fama facile perire potuit in tanta illa litterarum antiquarum ruina.

C 3, 3685 (est Pestini) '*T. Fl(avio) T. fil. Quirin(a) Severo* ***Gogaeno***, - - *dec. colon.* ***Sirm.***, cet., - -'.

EE 4, 893 (Romae, militum Severianae aetatis) vs. 28 '*M. Aurel. M. f. Pol. Cassianus* ***H***. . . . .'. — Hasta?

AEM 11 (1887) p. 10 n. 10 (Carnunti) '*C. Aufidius L. f. Quir. Sura domo* ***Heupo*** (ΗΕVPO), *veteranu(s) [l]eg. XV Apo(llinaris)*'. — *Heliupolis??*

C 3, 4483 (Carnunti) '*C. Valerius C. f. Ser.* ***Her. Tub.***, *mil. leg. XV Apoll.* - -'.

Brambach 81 (Noviomagi, saec. I) '- - *G. Iulio Clau(dia) Pudenti* LI|ONFI<, *vet. leg. X g. p. f.* - -'. qui edidit, haec adnotavit: NEOMA Montanus et Iunius; LIDNIA M. Smetius; LVIEONFIA I. Smetius et Betouw; LIOVIA Ianssenus accurate sic disputans: 'die Verschiedenheit der Auffassung rührt daher, weil das Wort durch den Steinmetzen — der erst VET gemeisselt, solches aber nachher, weil er bemerkte, damit zu frühe begonnen zu haben, wieder ausgemerzt hatte — verstümmelt ist, in der Weise, dass die Buchstaben VET noch durch das LIOVIA hindurchscheinen'. Brambach ipse denuo titulum contulit. Zangemeister Domaszewskio intercedente mecum communicavit se in lapide legisse NIEDTVIA; idem de Novia oppido cum quadam probabilitate cogitat.

C 6, 2381 (coh. praetor.) b 2, 13 '*T. Sextius T. f. Cl. Albellius* ***M***{', m. f. a. 153. — Miseno?, cf. p. 24.

EE 4, 888 (Romae, militum laterculus) vs. 4 '. . . *T. f. Ste. Lupus* ***M***{'.

ined. (dedit mihi Domaszewski; rep. Burumli prope Sistov) '- - *C. Iulius Bassus C. f. Collina* ***Massacis*** - -'. cogitaverim de Mazacis Cappadociae oppido (ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ καλουμένῃ τὰ Μάζακα ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους. καλεῖται δ' Εὐσέβεια καὶ αὕτη ἐπίκλησιν ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ Strabo 12, 2, 7 C 538), quam Tiberius Caesaream appellari iussit (Eutrop. 7, 11; Suid. s. v. Τιβέριος), cf. Plinius nat. hist. 6, 8 ('*Mazacum quae nunc Caesarea nominatur*'); Steph. Byz. s. v.; Ptol. 5, 6, 15; al.

C 6, 2382 (coh. praet.) a 28 '*Q. Ninnius Q. f. Vel. Severus* ***Marr.***', m. f. a. 174. — Marrucinos in Arnensi, Marruvinos in Sergia fuisse constat.

Bull. dalm. 1885 p. 43 n. 147 (Bigeste) '*L. Domitius M. f. ///* | *Quir., vet(eranus) leg. VII [C. p. f.* vel *leg. VIII?]* | *domo* ***Mel******//////***'.

---

380) Zangemeister sic accuratius ex lapide exscripsit FOR XXG; scripta est ante annum 70.

C 6, 2595 '*M. Vipsanius M. f. Gal. Secundus* ***Melo,*** *mil. coh. V pr. [ↄ] Lutati - -*'. — Melos insula??

EE 4, 887 (coh. praet., m. f. a. 142) vs. 2, 30 '. . . . . *Me. Rusticus* ***No*⟨'.

C 6, 3891 '- - *L. Licinius L. f. Quir. Paternus* ***Novia,*** *specula(tor) cho. V pr.* 7 *Catonis* - -'. — cf. Wilmanns ex. n. 1459 (a. 185—193) vs. 7 '*cum liberata esset Novia obsidione*'.

[C 6, 2641 '- - . . *Cornelius P. f. Gal. Navoso, [m.] coh. VII pr.* - -'; sed recte Henzen '*Navos [q(uondam)]*' scripsisse videtur.]

C 6, 2381 (coh. praet., m. f. a. 154) b 2, 4 '*S. Fanius S. f. Pub. Severus S*⟨'.

C 3, 2048 (Salonis, ante annum 42) '*T. Sabinius T. f. Fab. domo* ***Sebaste,*** *vete(ranus) leg. VII*'. — *Sebastes* nomine eo tempore quattuor oppida insignia erant: Cappadociae Ciliciae Phrygiae Syriae, quorum ante Septimium Severum imperatorem nullum Romano more constitutum est; eo imperante Syriae illud oppidum ad coloniae honorem provectum est.

C 3, 6419 (Burni, a. 42—69) '*M. Vallius M. f. Quir. Maurinus* ***Seg.,*** *mil. leg. XI C. p. f.* 7 *Val(erii) Pos[tu]mi* - -'. Segontia Tarraconensis (p. 199)? Segovia? Segobriga?

C 6, 2451 '- - *M. Valerius M. f. Sergia Quintianus* ***Seni.,*** *mil. coh. I pr.* 7 *Silvani* - -'.

C 8, 2565 in militum laterculi vs. 1 '. . *[Ga]rgilius Q. f. Ar. Fatalis* ***Sic.*** . .'; Sicca, de qua Wilmanns l. c. et Mommsen p. 1087 cogitaverunt, in Quirina erat; quod iidem viri docti (ad l. et p. 1078) *ar(morum)* intellegunt, non recte inter nomina militis ipsa munus scriptum videtur putari.

C 3, 2715 (Delminii, a. 42—68) '*M. Iulius M. f.* ***Trernahensis*** (*Teretinam* in huius monstri initiis subesse Mommsen putat), *miles leg. VII C. p. f.* - -'.

C 6, 2381 (praetor., m. f. a. 154) b 2, 5 '*T. Flavius T. f. Stel. Cornelianus V*⟨'. — Urvino? Uenevento?

C 3, 4486 (Carnunti) '*C. Valerius C. f. Fab. Silvinus* ***Val.,*** *mil. leg.* ↄ *Rutili* - -'. Valesium? cf. pag. 42 not. 60.

C 6, 2777a '*N. Didi N. f. Ar.* ***Vatia,*** *mil. in prae., spec.* - -'; an *Vatia* est cognomen?

de ***Vet.*** cf. additamenta s. v. 'Vei'.

C 8, 2840 '. . *Cl(audius) Ti. f. Col. Alexander* . . . . ***onia,*** *vet. ex armor. c[ust. leg. I]II Aug.* - -', quem alicubi in Graecis potissimum imperii Romani partibus natum censuerim, e. g. Apolloniae.

Additamenta.

Hic liber typis exscribi coeptus est mense Novembri anni 1886, finitus est mense Augusto anni 1888.

Ad p. 1 sqq.: quae ipse de tribuum numero Italicis populis post bellum Marsicum concessarum edidi quaeque eadem fere sentiens Beloch scripsit, Mommsen commentario volumini 22 'Hermae' inserto (1887, p. 101 sqq.: 'die römische Tribuseintheilung nach dem marsischen Krieg') et in tertio volumine libri, quem de iure publico scripsit, (p. 179 sq.) impugnavit. lege Cornelia Cinnae a. 670 Italicos in omnes tribus dispersos esse dicit Sullamque cum a. 671 in Italiam revertisset '*cum Italicis populis, ne timeretur ab eis velut erepturus civitatem et suffragii ius nuper datum, foedus*' percussisse (Livi epit. 86) traditum esse monet; quibusdam quidem oppidis post victoriam partam Sulla dictatore ferente comitiis centuriatis civitatem ademptam, post a. 676 redditam esse concedit; sed in universum, quae a Marianis de Italicis civitate danda impetrata essent, non esse immutata; neque enim populares, cum eis in animo esset libertinorum iura publica augere, quos Cinnani in omnes XXXV tribus perduxissent, Sulla in IIII urbanas reiecisset, novorum civium gratia legem de tribuum numero tulisse; praeterea non demonstrari posse posteriore tempore eos Italicos, qui a Romanis defecissent, in VIII quasdam tribus coniectos esse, quamquam non casu factum esse videatur, 'dass alle Marser und alle Paeligner, also die Landschaft, nach der der Krieg heisst, und die, in der er seine Hauptstadt einrichtete, in der Sergia stehen: dies durch die unverhältnissmässig grosse Zahl der Stimmberechtigten herabgedrückte Stimmrecht ist allerdings sicher Strafe'. — ad haec ego, ut qui ipse in huius libri paginis 1—6 ex illa mea priore sententia ea eiecerim quae mihi iam videbantur parum probari posse, haec pauca respondeo:

a) nescio cur Mommsen neglexerit eodem fere modo atque Sergiam in Marsis et Paelignis regnare Voltiniam in Samnitibus, Pomptinam in Lucanis, Clustuminam in Umbria, cet., magnosque earum tribuum continuos agros post bellum Marsicum in sociis factos esse videri, ita ut magno tribulium numero suffragia novorum civium imminuerentur. ut ergo et in numeris et in rebus erraverim, cives novos in paucas quasdam tribus poenae causa coniectos esse recte dixisse mihi videor.

b) si Mommseni sententia recte staret Cinnanorum legem tribuariam in ceteris fere ratam mansisse, Sulla autem ferente Marsos et Paelignos poenae causa in Sergiam compulsos esse, similem suffragiorum immutationem cum in aliis populis Italicis, qui contra illum arma ferebant, tum in Etruscis et Samnitibus et Lucanis exspectare liceret. sed in Etruscis magna tribuum varietas fuit, Samnitium et Lucanorum vero tribuum aliam originem quaero. neque igitur ad Cinnanos neque ad Sullam tribuum illam discriptionem, quam posterioribus temporibus fuisse videmus, referendam esse puto; potius ad priores leges de suffragiis Italorum latas referre mihi placet.

c) quod Mommsen in eo haeret, quod populares post Sullam mortuum, cum libertinis faverent, suffragia novorum civium ex Italicis populis augere non studuerunt, equidem Marsorum Lucanorum Samnitium reliquorumque populorum vires a Sulla adeo attritas numerumque imminutum esse credo, ut postea non multum in re publica vigerent; accedit, quod libertini in urbanis solis tribubus suffragia tulerunt.

d) de Venusia dixi KT p. 64. 69. 72. — de Aeclano contuli Appianum b. c. 1, 51 et Velleium 2, 16, 1; fortasse non recte collocavi KT p. 67. — Canusium in Falerna fuisse errore dixi KT p. 68.

e) ceterum cum mea sententia pugnare puto, quod Canusinus populus anno fere medio 665 = 89 cum sociis Italicis coniunctus fuisse (Appian. b. c. 1, 52) neque antea fundus factus esse videtur. multo vero minus valent quae de Stabiis pr. Kal. Maias anni 665 a Sulla expugnatis tradita sunt (Plinius nat. hist. 3, 70).

p. 6 lin. 19 lege: factum esse potest.

p. 9 **Abellinum.** adde β C 9, 2118 (prope Beneventum) '*Q. Vinius Q. f. Gal., II vir i. d. Abellin(i) - - : . . . . f. Gal., patri*'.

p. 10 **Alba Longa.** Fabia γ C 14, 2317. Galeria ε 2264 (= C 6, 1460). Horatia (Ariciae tribus?) γ C 14, 2362. Palatina γ 2336. *Pal(atina) Fab(ia)* coniunctae γ 2336. Quirina γγ 2300 (non 2302).

p. 13 **Bovillae** (C 14 p. 230 sq.). adde Palatinam β C 6, 2125 = 14, 2413 et Falernam β (?) 14, 2412 anni 46.

p. 23 sq. **Lavinium.** adde Fabiam β C 10, 797 (Pompeis, a. fere 47—54) ≌ 14, 4176 (Lavinii, a. 36/7).

p. 24 **Misenum.** adde α Gazette archéol. 1887, chron. p. 54 (prope Romam) '- - *M. Antonio M. filio Claudia Terenti oriundo civitate Miseni, omnibus muneribus et honoribus patriae suae perfuncto, negotiatori celeberrimo suariae et pecuariae* - -'.

p. 25 **Neapolis.** adde Maeciam γ not. d. scavi 1887 p. 198.

p. 27 **Ostia.** β C 14, 426 (non 456). adde Collinam β 4143.

p. 27 **Pompei.** ad Fabiam ε C 10, 797 cf. C 14, 4176 (Lavinii, a. 36/7).

p. 28 **Praeneste.** adde Aemiliam ε C 14, 2849.

p. 25 **Nomentum**

C 14 p. 440 sq. — Livius 8, 14, 3 ad annum 416 = 338 '*Aricini Nomentanique et Pedani eodem iure quo Lanuvini in civitatem accepti*'.

Claudia γ C 14, 3945. Collina γ—ε 3949. Clustumina γ 3979. Cornelia β 3941 '*D. Valerius D. f. Cor. Proculus, aedil(is), dictator, quaes(tor) alimentorum* - -'. Horatia γ 3961. 3972. Palatina β 3955. Sergia γ + ε 3945.

p. 29 **Puteoli.** adde Claudiam γ not. d. scavi 1885 p. 23 (= C 10, 3050).

p. 32 med.: ad Galeriam ε C 14, 3516 cf. 'Hispalim' p. 147.

p. 33 **Teanum Sidicinum.** lin. 12 lege: 'qui utrum'.

p. 33 **Treba.** in C 14, 3453 Frege[nas] vox subesse putatur, cf. p. 267.

p. 35 **Verulae.** lin. 2 lege: 'de earum fatis'.

p. 36 **Volturnum.** lin. ult. 'sub Tiburte' deleas et 'Dessau ad C 14, 3609' scribas velim.

p. 40 lin. 1 dele '54', scribe '52'.

p. 44 **Turenum** (= Trani?). Plinius nat. hist. 3, 105 in reg. II '*Turnantini*'.

Oufentina β Not. d. scavi 1886 p. 238 (= C 9, 6181 + 6180) '*P. Po[s]tumio P. f. Ouf. Ru[f]o, IIII vir(o) aed.* - -'.

p. 47 **Tegianum.** tituli C 10, 291 et 8095 (hunc eiusdem hominis esse posse atque Atinatem n. 337 litteris me monuit Bormann) Atinates potius esse videntur quam Tegianenses. agri enim Atinas et Tegianensis a Mommseno forsitan non recte separati sint. quod si recte conieci, magnus tribus Pomptinae testis in Tegiano nobis deest.

p. 47 **Copia.** lin. paenult. dele RVFINIANVS, scribe RVFLANVS.

p. 48 lin. 6 scribe 'deductae'.

p. 49 **Cluviae.** Dessau ad titulum C 14, 2844 (ad XVIII lapidem viae Praenestinae rep.) '*C. Helvidio C. f. Arn. Prisco*' monet Helvidium Priscum, praetorem anni 70, *e municipio Cluviis* fuisse (Taciti hist. 4, 5) et alium C. Helvidium Priscum redire in titulo eiusdem regionis, unde praetor ille oriundus fuit, C 9, 2827. unde quodammodo probatur Cluvias in Arnensi fuisse.

p. 49 **Alba Fucens.** adde Fabiam γ not. d. scavi 1887 p. 459 (in duobus titulis).

p. 50 **Tibur.** dele '4216 ∾ 4217', scribe '4258 ∾ 4259'.

p. 51 **Teate.** adde Arnensem β not. d. scavi 1887 p. 159. 299.

p. 51 **Marruvium.** adde α Mittheil. der Centralcomm. N. F. 11 (1885) p. LXXV = Pais n. 1141 (Aquileiae, optimae aetatis) '*T. Statius P. f. Serg.* MARR^AX^, *prim. pil. leg. XIII geminae, donatus* cet.'.

p. 53 **Interpromium.** adde: de C 9, 3044 cf. Mommseni adnotationem.

p. 61 **Ficulanus pagus.** in fine scribe '(pater)'.

p. 65 **Hadria.** adde vetustiorem inscriptionem: γ *Mai(cia)* Mittheil. des deutschen Instituts in Rom 3 (1888) p. 7.

p. 66 **Septempeda.** dele Pupiniam; est enim in Amerina inscriptione C 9, 5579 = 6, 3872 = 11, 4359.

p. 69 **Attidium** **Lemonia**

β Or. 516 '*C. Camurio C. f. Lem. Clementi, praef. fabr. IIII, praef. i. d. imper. Caes. Traiani Aug.*, cet., *proc. Aug. epistrategiae septem nomor(um) et Arsinoitae, Treienses patrono* - -' (utpote in patria positus) ∾ Ramelli ms. Attid. n. 7 = bull. d. inst. 1845 p. 129 '*Q. Camurio L. [f.] Lem. Numi[sio?] iuniori* . . . . .'. Ramelli ms. n. 9 = Riccy ricerche stor.-filol. dell' antico pago Lemonio (1802) p. 38 '*C. Aetrio C. f. Lem. Castrensi, aed.* - -'. cf. Mur. 759, 4 '*C. Vielio L. fil. Aeliano, VI viro, Ilarius L. f. Lem. Clemens* - - *patri* - -'.

p. 71 **Forobrentani** **Pupinia**

Plinius nat. hist. 3, 113 in oppidis regionis sextae (male Detlefsen edidit: *Forodruentani*).

α Mur. 730, 1 = GN 676 (Urbini) '*L. Petronio L. f. Pup. Sabino Forobrent., corn. pr. pr. leg. X fret. et IIII Fla., donis don. [a]b imp. Marco Antonino in bello German. bis,* cet.'.

p. 73 lin. 1 scribe '**Mevania** **Aemilia**'

p. 74 **Pisaurum.** Tromentinam dele.

p. 76 **Sentinum.** adde praeterea Quirinam Bull. comm. di Roma 1887 p. 179 n. 1909.

p. 78 **Tuficum.** α (non β) Henzen 7173 '*L. Cresio L. f. Ouf. Proculo, IIII vir(o),* - -; *dedit [i]d[e]m [in d]edicatione [statua]e municip(ibus) suis* cet.'.

p. 84 **Falerii.** Aniensem dele; ad 'δ C 11, 3108' adde: ≌ 3209 (Nepete); in β 11, 3100 dele '*proc. summaru]m provinciae* . . .', scribe '*fla]m. provinciae i[nferioris*'.

p. 84 **Florentia.** adde α Not. d. scavi 1887 n. 631 p. 238 '*T. Didius [. . f.] Sca(ptia)* . . . . . *ius Florent(ia), [co]h. III vi[g.]* . . . . .'.

p. 85 **Fregenae** (c. R. colonia condita a. 509 = 245). hanc domum indicari in titulo C 14, 3453 Dessau coniecerat; rectius de *Frege[llano]* cognomine cogitare videtur Bormann (C 11 p. 549 q. v.).

p. 87 **Nepet.** dele Horatiam.

p. 87 **Perusia.** adde α Archivio stor. per le Marche e l'Umbria 1 (1884) p. 381 (Plestiis) '*L. Metellus P. f. Tro. Arabus ab Perusia*'.

p. 90 **Vei.** adde ad notam 117: Bormann mihi dixit se VEI in titulo vidisse; nihil igitur iam obstat quominus *Vei* oppidum intellegatur.

p. 97 **Mutina.** adde α Mur. 1060, 5 (Florentiae??) '- - *C. Marcio C. f. Pol. Mutina* - -'.

p. 108 **Berua.** cf. Detlefsen Herm. 21 (1886) p. 527 not. 1.

p. 109 not. 148 **Trumpilini.** adde α AEM 10 (1886) p. 204 (rep. Reselec in Thracia) '*L. Plinius Sex. f. Fab. domo Trumplia, mil. leg. XX* - -'.

p. 110 **Cremona.** adde α Bull. de la société nationale des antiquaires de France 1885 p. 130 (Aunedonaci) '*L. Furius L. f. Ani. Crem., miles leg. XIIII* .....'.

p. 111 **Emona.** lin. ult. scribe 'Pollia γ et Velina δ EE 2, 811'.

p. 117 **Augusta Praetoria.** adde: α Boghetich inscr. Salonit. n. 76 (hoc anno in AEM edetur a Domaszewskio; imminuta legitur C 3, 2069) '..... *o L. f.* SEP*[gia A]ug. Praeto[ria . . .] f. ɔ. coh. VI* ..... - -'.

p. 119 **Comum.** γ Ouf. 5384 (non 5584).

p. 119 **Forum Vibi Cab.** cf. Detlefsen l. c. p. 535 sq.

p. 121 **Ticinum.** inscriptio Carnuntina iam edita est AEM 11 p. 9 n. 9.

p. 123 not. 167 adde: cf. praeterea Detlefsen Herm. 21, 1886 p. 532 sq.

p. 129 lin. 9 lege 'docti'.

p. 130 not. 186 lin. 1 lege 'in civitate Romana'.

p. 131 **Gaulus.** adde α Mittheil. des deutschen Instituts, röm. Abtheil., 3 (1888) p. 77 (Puteolis) '*C. Aelio P. fil. Cl. Quirin. Domitiano Gauro, ab imp. M. Aurel. Antonino Aug. Pio equo publico orn., praef. fabrum,* cet.'.

p. 137 adde post Ammaedaram: 'Aradis'; post Cartennam: 'Gunugu Plin. 5, 20: colonia Augusti'.

p. 139 **Ammaedara.** adde Quirinam δ EE 7, 61. ε 60.

p. 139 **Bisica.** adde: α EE 7, 101 (B.) '*M. Caecilio Secundo Arn. Honorato filio et nepoti (flaminum) perpetuorum municipii sui* (i. e. Bisicae?); pugnare videtur hic titulus cum Quirina inscriptionis Ennii Erpilli (nunc est EE 7, 100); ut iam de tribu Bisicae iudicium ferri non possit.

p. 142 **Cirta.** adde Quirinam β EE 7, 437.

p. 143 **Mileu.** adde Quirinam β (?) EE 7, 447.

p. 143 **Rusicade.** adde α EE 7, 448 (Mileu) '*Q. Fabius M. f. Q. Solutor - - oriundo Rusicade* - -'.

p. 143 **Sigus.** adde Quirinam β EE 7, 792 (post a. 217).

p. 144 **Cuicul.** adde ββ EE 7, 798 (a. 160) '- - *L. Claudius Ti. fil. Quir. Honoratus, trib. m[il. leg. . . .]* cet., *col. Cirt. dec. et aed., col. Cuic. dec. et aug.* - -'.

p. 145 **Curubis.** *colonia Iulia Curubi* EE 7, 144 anni 155.

p. 145 **Gigthis.** adde Quirinam ε EE 7, 19. 21.

p. 146 **Giufi.** adde Papiriam β EE 7, 128.

p. 146 **Hippo Regius** **Quirina**

β EE 7, 426 (Hadriani aetate) '*[C. Salvius] L. f. Quir. Fusc[us, praef. f]abr., aedil., II vir, II vir quinq.* - -'.

p. 148 **Karthago.** adde α? EE 7, 253 (Ucculae, saec. II fin. aut III in.) vs. 2 '*}nius . . f. Arn. Karthagin{*'. α 255 (ibid.) '*C. Annioleno C. f. Arn. Karthagin(i)ensi Galliano, flam. divi Titi* - -'. ceterum Karthaginiensis videtur esse ille C. Sulpicius Perenis f. Arn. Ampelius, sacerdos Cererum Karthagini anni CXXX, cuius memoria servatur in titulo prope Bisicam versus Sidi Brik reperto EE 7, 692.

p. 148 **Thibursicum Bure.** ad ε C 8, 1439 cf. Ostiensem C 14, 154.

p. 149 **Thugga.** Quirinae unus titulus exstat cf. EE 7, 276.

p. 152 **Mustis.** titulus M. Valerii Felicis melius traditur EE 7, 306.

p. 154 **Sicca.** adde Quirinam β EE 7, 709.

p. 155 **Sufetula.** adde Quirinam γ EE 7, 55 et Papiriam ε 50.

p. 156 **Thamugadi.** adde β EE 7, 758. ad Horatiam C 8, 2362 cf. EE 7, 347.

p. 156 **Theveste.** adde α EE 7, 720 (T.) '- - *Q. Crepereio Germani filio Pap. Rufino, auguri, aedili, praef. i. d. IIvir.* - - *liberalitates, quas in* ***cives suos*** *exercuit,* cet.'. β EE 7, 723.

p. 157 **Thibiuca** (EE 7 p. 63).

ε EE 7, 206 (ante a. 167) '*Q. Caecilio Q. f. Arn. Marcello Dentiliano, X viro stlitib. iudic.*, cet., *col[oniae] patrono Thibiucenses* - -'.

p. 158 **Thuburnica.** adde α EE 7, 235 (T.) '- - *Q. Octavio Q. f. Corn. Primo, omnibus honoribus in colonia sua func(to)* - -'.

p. 158 **Thysdrus** not. 229 a: scribe 686 (dele 636).

p. 160 **Vallis.** adde β EE 7, 238 '*C. Egna[ti]o C. fil. Papiria [Fe]lici, aedili* - -'.

p. 160 **Uccula**

εε 7 p. 79. — *civitas* n. 255, *municipium* n. 254 saec. IV. EE 7, 252 *Arn(ensis)* quidam tribulis templum nescio quod restituit et dedicavit; reliqui Arnensis tribules, quorum nomina ex Ucculae parietinis nobis innotuerunt, diserte Karthaginienses dicuntur (n. 253 et 255).

p. 162 in fine capitis de Africa scripti adde: Zian: γ EE 7, 6 '*C. Memmio C. [f.] C. n. Quir. Afric[ano, adl]ecto in turmas eq. [R. a d]ivo Hadriano* cet.'; inter Hipponem Diarrhytum et Uticam 213 vs. 1 fin. *Quir.*; Hr. Bedd (EE 7 p. 76): β 250 '*Ti. Aprario Felici Q. fil. Papiria Parato, aedilicio, fl. perp., bono viro, amatori [e]t alumno*[381]) *municip(ii) sui* - -'.

p. 168 lin. 20 dele 'Tarr. Cis.', scribe 'Baetica Cisimbrium'.

p. 168 lin. 33 adde '18. Complutum'.

p. 173 **Corduba.** adde β C 2, 1347 cum add. p. 701 (Acinipone) '*M. Iunio [L. f.] L. n. Gal. Terenti[ano] Servilio Sabino, II vir(o), flamini, pon[t.] perpetuo c. c. Patric. plebs Acinipponens(is) patrono* - -'.

p. 200 **Tarraco.** adde: Voltiniam C 12, 4323 v. inter Nemausenses p. 215.

p. 206 **Arelate.** adde lin. 9 fin.: cf. EE 5 p. 218.

p. 208 **Forum Iuli.** adde Aniensem γ C 12, 291.

p. 226 **Aquincum** in Sergia fuisse novo teste comprobatur; dedit enim mihi Domaszewski tituli a. 1882 Aquinci reperti neque adhuc editi exemplum '*C. Tit. C. fil. Serg. Antonius [Pe]culiaris dec. col. [Se]pt. Aq., item dec. m(un.) Sing.* - -' ≌ EE 2, 581 (Lugione rep.).

p. 246 **Nicopolim** certe ab Augusto coloniam c. R. non esse deductam etiam Servius (ad Verg. Aen. 3, 501) ostendit; dicit enim '*cum in Epiro Nicopolim* (Augustus sc.) *conderet, cavit in foedere civitatis ipsius, ut cognati observarentur a Romanis*'. num Actii aliquamdiu colonia fuerit necne, non satis adhuc patefactum esse concedo.

p. 250 **Stratonicea.** adde αα Quirinam bull. de corresp. hell. 1888 p. 253 n. 32; p. 254 n. 35; p. 264 n. 49; ββ p. 253 n. 33; p. 256 n. 37.

---

[381]) '*alumno* significat puto Aprarium ibi illum quidem non natum, at tamen a puero educatum esse' adn. Schmidt.

Indices.

I. Index tribuum XXXI rusticarum.

Oppida, de quorum tribu admodum ambigitur, in hunc laterculum non recepi.

Aemilia. Italiae reg. I Formiae, Fundi, Suessa Aurunca; reg. III Copia Thurii, Vibo Valentia; reg. VI Mevania. Macedoniae Dobiros, Dyrrhachium, Stobi.

Aniensis. Italiae reg. I Capitulum et alia oppida Hernicorum (cf. p. 32), Treba; reg. IV Carsioli; reg. VIII Ariminum; reg. X Cremona; reg. XI Vercellae. Hispaniae Tarrac. Caesaraugusta. Narbonensis Forum Iuli; Asiae Alexandria Troas.

Arnensis. Italiae reg. IV in Frentanis Anxanum vel Cluviae, Histonium, Iuvanum; in Marrucinis Teate; reg. VI Ocriculum; reg. VII Blera, Clusium, [Polimartium]; reg. VIII Brixellum. Africae Curubis, Karthago (cum Agbia, Thibursico Bure, Thignica, Thugga), Neapolis, Thabraca, Thuburbo (maius?), Thiburnica, Uchi maius. Mauritaniae Caes. Saldae, Tupusuctu.

Camilia. Italiae reg. I Lupiae; reg. IV Tibur; reg. VI Pisaurum, Suasa Senonum; reg. VIII Ravenna; reg. IX Alba Pompeia, Augusta Bagiennorum; reg. X Atria, Pola? extra Italiam: —.

Claudia. Italiae reg. I Misenum; reg. II Barium, Caelia, Luceria, Tarentum; reg. IV Aequiculi, Cliternia; reg. X Acelum, Albona, Apsoros, Berua, Concordia, Emona, Iulium Carnicum, Nedinum, Tarvisium, Varvari; reg. XI Novaria. Alpium marit. Cemenelum. Siciliae Catina. Mauritaniae Tingit. Volubilis. Belgicae Ara Agrippina. Norici Celeia, Iuvavum, Teurnia, Virunum. Pannoniae Savaria. Galatiae Iconium (?).

Cornelia. Italiae reg. I Arpinum, Cereatae Marianae, Verulae; reg. II Aeclanum, Teate (?); reg. III Croto, Petelia; reg. VI Camerinum, Fulginiae, Matilica. Africae Mustis. Belgicae Noviodunum.

Clustumina. Italiae reg. I Larinum (?); reg. IV Forum Novum (?); reg. VI Ameria, Arna, Carsulae, Iguvium, Interamna Nahars, Pitinum Mergens, Sestinum, Tifernum Mataurense, Tifernum Tiberinum, Tuder, Vettona. extra Italiam: —.

Fabia. Roma (inde ab Augusto?). Italiae reg. II Anxa, Leuca (?), Rudiae; reg. III Eburum; reg. IV Alba Fucens; reg. V Asculum; reg. VII Luca; reg. X Brixia (cum Benacensibus, Sabinis, Trumpilinis), Patavium. (Aquitaniae Gabales?). Macedoniae Heraclea Sentica. Syriae Berytus, Heliopolis. — *Iuliorum* tribus.

Falerna. Italiae reg. I Acerrae, Atella, Caiatia, Capua, Castrimoenium, Forum Popili, Nola, Puteoli (inde ab Augusto?); reg. II Caudium; reg. IV Telesia; reg. IX Album Intimilium. extra Italiam: —.

Galeria. Italiae reg. I Abella, Abellinum; reg. II Compsa, Vibinum; reg. VII Luna, Pisae; reg. VIII Veleia; reg. IX Genua. Africae Thysdrus. Baeticae Asido, Carmo, Corduba, Epora, Gades, Iliberri, Ilipa Magna, Iliturgicola, Iptuci, Isturgi, Nertobriga, Obulco, Ossigi, Sacili, Ulia, Urgavo, Iulium U . . . . ., ... Contributa Iulia. Lusitaniae Ebora, Olisipo, Pax, Salacia. Tarraconensis Ausa, Barcino, Bilbilis, Calagurris Nassica, Castulo,

Ostippo, Sabora, Salpensa, Singilia Barba. Lusitaniae Balsa, Caesarobriga, Caurium, Collippo, Igaeditani, Merobriga, (Tapori). Tarraconensis Aeso, Aquae Flaviae, Aurgi, Bracara Augusta, Complutum, Flaviaugusta, Grallia, Iuliobriga, Lancia, Limici, Segontia, Tritium Magallum, Vergilia; in insulis Ebusus, Iamo, Mago; accedunt Hispaniarum Osca, Segovia. (Aquitaniae Augustonemetum, Burdigala, Vesunna. Lugdunensis Autricum?) Belgicae Aventicum, Augusta Raurica. Norici Solva. Pannoniarum Andaütonia (?), Latobici, Sirmium, Siscia. Moesiae sup. Scupi. Macedoniae Eordaea (?). Achaiae Patrae. — est *Claudiorum* et *Flaviorum* tribus.

Romulia. Italiae reg. I Sora; reg. X Ateste. extra Italiam: —.

Sabatina. Italiae reg. VII Saturnia, Visentium, Volaterrae, Volci; reg. X Mantua. extra Italiam: —.

Scaptia. Italiae reg. I Faesulae, Florentia, Vetulonia; reg. X Altinum, Forum Iulium. Macedoniae Stobera.

Sergia. Italiae reg. IV in Marsis: Antinum, Cerfennia, Lucus, Marruvium, Supinum; in Paelignis: Corfinium, Sulmo, Superaequum; in Sabinis: Cures, Trebula Mutuesca; reg. VI Asisium; reg. XI Augusta Praetoria. Alpium Poen. Octodurum, Tarnaiae. Baeticae Italica, Tucci. Lusitaniae Scallabis (?). Tarraconensis Carthago nova. Pannoniarum Aquincum, Carnuntum, Mursa. Daciae Drobeta. Dalmatiae Acruvium, Arba, Corinium, Iader, Issa, Risinium, Scardona. (Epiri Nicopolis.) Galatiae Antiochia ad Pisidiam. praeterea Norba Italiae reg. I aut Hispaniae Lusitaniae. — est *Aeliorum* tribus.

Stellatina. Italiae reg. I Beneventum; reg. VI Mevaniola, Urvinum Hortense, Urvinum Mataurense; reg. VII Capena, Cortona, Ferentinum, Graviscae, Horta, Nepet (?), Tarquinii, Tuscana; reg. VIII Forum Livi (?); reg. XI Augusta Taurinorum, Forum Vibi Caburriatum. extra Italiam: —.

Teretina. Italiae reg. I Allifae, Atina, Casinum, Interamna Lirinas, Minturnae, Venafrum. Narbonensis Arelate.

Tromentina. Italiae reg. I Fabrateriae nova et vetus; reg. IV Aesernia; reg. VII Perusia, Vei; reg. IX Aquae Statiellae. Dalmatiae Aequum, Epidaurum, Narona, Salonae.

Velina. Italiae reg. II Ligures Baebiani et Corneliani; reg. V Piceni: Auximum, Cingulum, Cupra Maritima, Cupra Montana, Falerio, Firmum, Interamna Praetuttianorum, Pausulae, Planina, Potentia, Ricina, Septempeda, Tolentinum, Trea, Truentum, Urbs Salvia; reg. VII Pistoriae; reg. X Aquileia. Tarraconensis Palma, Pollentia.

Voltinia. Italiae reg. IV in Samnitibus: Aufidena, Bovianum vetus, Bovianum undecimanorum, Fagifulae, Saepinum, Tereventum; reg. VII Lucus Feroniae. Narbonensis Alba, Antipolis, Apta, Aquae Sextiae, Avennio, Cabellio, Carbantorate, Carcaso, Dea Augusta, Dinia, Lucus Augusti, Nemausus, Rei Apollinares, Tarusco, Tolosa, Vienna, Vasio Vocontiorum, Volcae Arecomici et Tectosages. Macedoniae Philippi.

Voturia. Italiae reg. I Ostia (inde ab Augusto?); reg. VIII Placentia; reg. XI Bergomum. extra Italiam: —.

II. Index civitatium.

III. Index capitum huius libri.



